ACTA
APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

AN. ET VOL. LXIX

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS
M-DCCCC-LXXVII

An. et vol. LXIX | 31 Ianuarii 1977 | N. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

Vicariatus Urbis nova ratione ordinatur

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

VICARIAE POTESTATIS in Urbe exsecutionem cum in ipsa pastorali curatione Dioecesis Romanae magis accommodari oporteret ad directorias normas a Concilio Vaticano Secundo prolatas pleniusque simul aequari cum veris necessitatibus hominum istius aetatis, suasum est ut convenienter recognoscerentur administrandi Vicariatus rationes et regulae, quas adhuc legitime quidem regebat Apostolica Constitutio *Etsi Nos* Sancti Pii Decimi edita primo die mensis Ianuarii anno MCMXII.[1]

Porro si illius compago satis faciet propositis suis ac finibus praestitutis, si officia singulorum utiliter dividentur, si apostolatus scienter dispositus explebitur a ministris peritis — tunc sine dubio salutariter provehetur tota pastoralis navitas pro Urbe Aeterna, *quae videlicet curis commendatur Romani Pontificis, Successoris Beati Petri in ipsa huius Urbis sede, atque, ut talis, supremi Pastoris et visibilis capitis Ecclesiae.*[2]

[1] *A.A.S.* 4 (1912), pp. 5-22.

[2] Cfr. PAULUS PP. VI, Const. Apost. *Romano Pontifici eligendo: A.A.S.* 67 (1975), p. 609.

Etenim hic ab Apostolis Petro et Paulo condita atque erecta illa Ecclesia est, *quacum ob potentiorem principalitatem, necesse est omnem convenire Ecclesiam, hoc est eos qui sunt undique fideles, in qua semper ab his qui sunt undique, conservata est ea quae est ab Apostolis traditio?* Ad ipsam praeterea spectant ceterae Ecclesiae velut ad unam *quae caritati praesidet.**

Sed eadem illa dignitas ac praestantia officium quoque necessarium secum fert salubriter praemonstrandi exemplum christianae vitae toti Ecclesiae Christi, quae vivit et agit in variis communitatibus christianis, Ecclesiis scilicet particularibus, per omnem terrarum orbem dispersis.[5]

Atqui hoc accommodationis opus rationem insuper ducit multiplicis nec non implicatae condicionis istius Urbis, in qua Clerus et Populus Romanus, cum Pastore suo coniuncti, testimonium fidei vivendo exhibent.

Ad Romanam enim Ecclesiam proprio nomine pertinent Collegii Cardinalium sodales quibus, ad normam iuris, munus est Romanum Pontificem eligendi.[6] Hic insuper collocata sunt Curiae Romanae ministeria, quibus utimur ad exsequenda universalia munera Nostra.[7]

Praeterea inveniuntur hic sedes gubernationis plurimorum Ordinum et Congregationum religiosarum, tum etiam praestantiora instituta litterarum ac studiorum Ecclesiae nec non principalia officia societatum catholicarum, quae in pluribus nationibus operantur.

Roma pariter sedes Primatis Italiae est atque sedes Confe-

[3] S. IRENAEUS, *Adversus" haereses,* III, 3, 1: ed. W. W. HABVEY II, 1857, p. 9.

[4] Cfr. S. IGNATIUS ANTIOCHENUS, *Epistola ad Romanos,* Inscr.: *Patres Apostolici* I, ed. F. X. FUNK, 1901[2], p. 253.

[5] Cfr. CONC. OEC. VAT. II Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium,* 15: *A.A.S.* 57 (1965), pp. 17-18.

[6] Cfr. PAULUS PP. VI, Const. Apost. *Romano Pontifici eligendo: A.A.S.* 67 (1975), pp. 609-645.

[7] Cfr. PAULUS PP. VI, Const. Apost. *Regimini Ecclesiae Universae: A.A.S.* 59 (1967), 1, § 1, p. 890.

rentiae Episcopalis eiusdem nationis, sicut et variorum eius institutorum apostolicorum.

Quam ob rem Urbem Aeternam incolunt permulti sacerdotes et religiosi et laici advenae ex variis orbis partibus, quorum vita et opera — si scite componitur — ditat ac locupletat christianum consortium eiusdem civitatis multiplicibus formis et experimentis vitae spiritualis.

Similiter Roma in se ostendit omnes qualitates ac proprietates capitis urbis Status huius temporis, ubi videlicet quaestiones et difficultates totius Nationis tamquam in speculo cernuntur. Cum autem ipsa sit sedes praecipuorum ministeriorum Nationis ac domicilium cultus humani ac rei socialis et politicae, quod sane maximo momento est praeditum, suo quoque modo importat ipsis incolis et civibus propriis peculiares necessitates.

Ex altera vero parte propagatio continua et tumultuaria Urbis genuit multitudinem hominum indigentium, quibus nempe opus est diligentissima cura ipsorum necessitatum tam spiritualium quam corporalium; inter alia quidem periculum est, ne migratio in Urbem adeo multorum hominum, qui a natali suo loco sunt avulsi, fidem complurium in discrimen magnum adducat.

Partitio etiam ipsius civilis administrationis urbanae poscit, ut christiani sua in regione praesentes agant proprias partes acri cum officii conscientia.

Ac tandem aedificatio sacrarum aedium, cura hominum vocatorum ad sacerdotium variasque vitae consecratae formas, postulatio catechistarum et adiutorum laicorum in re pastorali praegravia indicant opera atque officia venturi temporis.

Ceterum singularis historia Romam constituit metam tot iter facientium qui saepius peregrinationem sacram suscipiunt, permoti memoria Apostolorum et Martyrum et Sanctorum, non autem minus ipsa praesentia Vicarii Christi. Huiusmodi nimirum viatoribus occasio singularis offertur sumendae insti-

tutionis religiosae omnino peculiaris, quae eo spectat, ut quasi ante oculos ponatur perennis novitas Evangelii, quod Apostoli Petrus et Paulus'hic nuntiaverunt, quod illi aliique Martyres suo sanguine hic aluerunt, quod innumerabiles Sancti et Sanctae exemplo vitae suae hic testificati sunt.

PRINCIPIA DIRECTORIA

1. Ut Vicariatus — hoc est Curia dioecesana — Urbis fiat instrumentum aptum renovationis ac progressionis pastoralis Romae, quem ad modum documenta post Concilium edita de singulis curiis dioecesanis praecipiunt,[8] haec principia ac monita, quae sequuntur, considerari debebunt in explendo munere ministrorum et officiorum:

§ 1. Quodlibet opus vel inceptum intra Vicariatus ambitum initum — quovis in ordine aut gradu auctoritatis — semper suapte natura pastorale est: nempe eo spectat, ut ad effectum deducatur mysterium salutis pro Ecclesia Christi quae Romae est, ac vicissim ut fideliter procuret illud debitum exemplum, quod Apostolica Sedes oportet universae Ecclesiae Catholicae singulisque hominibus per orbem exhibeat.

§ 2. Accepta quidem distinctione et propria auctoritate officiorum,[9] omnes qui quovis titulo operam navant in variis ministeriis[10] quique eliguntur tum secundum pietatem et peritiam tum secundum studium et navitatem suam pastoralem, praestabunt sociam operam cum animo vere serviendi, respicientes « diaconiam » Christi, qui venit ut ministraret non ut ministraretur ei.[11]

[8] Cfr. SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS, *Directorium de pastorali ministerio Episcoporum,* 1973, n. 200.

[9] Cfr. PIUS PP. X, Const. Apost. *Etsi Nos,* 5: *A.A.S.* 4 (1912), pp. 5-22.

[10] Cfr. CONC. OEC. VAT. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium,* 26: *A.A.S.* 57 (1965), pp. 31-32.

[11] Cfr. *Me.* 10, 45.

§ 3. Etiamsi officia singula proprios persequuntur fines, tamen inter se conspirent oportet coniunganturque similibus rationibus, consiliis atque inceptis ut organica evadat eorum temperatio et frugifera simul actio pastoralis.[12]

§ 4. Actuosa navitas officiorum confirmanda pariter est per mutuum aliquod complementum, si fieri potuerit, et etiam per opportunam illam rationem qua munera per vices geruntur. Ut igitur efficaciter sustineantur vincula cum singulis communitatibus ecclesialibus, adiutricem suam operam conferent — etiam per intervalla tantum ac secundum propriam institutionem — sacerdotes, diaconi, religiosi, religiosae, laici ex diversis rei pastoralis campis.

§ 5. Omnes autem officio se astringi noverint sedulitatem constanter servandi, se ipsos progressione quadam renovandi et sese vere inserendi in vitam actionemque pastoralem Dioecesis; quod si sacerdotes sunt, etiam curam animarum actuose participent.

NORMAE

2. Ut exinde haec ipsa principia ad effectum deducantur, normas quae subsequuntur statuimus, sancientes ita et complentes — sive partim (quatenus opus sit) derogantes — ea universa quae adhuc decreta sunt.[13]

§ 1. Cardinalis Vicarius nomine et mandato Nostro obit ministerium episcopale magisterii, sanctificationis, regiminis pastoralis pro Dioecesi Romana potestate ordinaria vicaria intra

[12] Cfr. CONC. OEC. VAT. II Decr. de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia, *Christus Dominus,* 17: *A.A.S.* 58 (1966), p. 681; SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS, *Directorium de pastorali ministerio Episcoporum,* 1973, n. 200.

[13] Cfr. *Prima Romana Synodus, De Curia dioecesana,* artt. 11-18; cfr. PAULUS PP. VI, Litt. Apost, motu proprio datae *Romanae Urbis: A.A.S.* 58 (1966), pp. 115-118.

terminos a Nobis signatos. Quapropter ille etiam iudex ordinarius est Romanae Dioecesis.

Cardinalis Vicarius non cessat ab officio vacante Apostolica Sede.[14]

§ 2. Intra fines autem Dioecesis Romanae[15] suo quisque modo distinctam iurisdictionem habent tam Cardinalis Archipresbyter Basilicae Vaticanae secundum regulas antiquas nec non vigentes etiam nunc constitutiones ipsius Basilicae,[16] quam Vicarius Generalis pro Urbe Vaticana.[17]

§ 3. Cardinalis Vicarius adiuvatur a Vices Gerente et Episcopis Auxiliaribus a Nobis nominatis.

§ 4. Vices Gerens, qui Archiepiscopi titulum fert, exercet iurisdictionem ordinariam vicariam intra limites statutos, arcta servata coniunctione et communione cum Cardinali Vicario.

Munera etiam Cardinalis Vicarii propria exercet, eo impedito vel absente aut eius officio vacante.[18]

Officium Vices Gerentis non cessat, vacante Sede Apostolica.

§ 5. Episcopi Auxiliares, potestate fruentes Vicariorum Episcopalium, ministerium pastorale obeunt in certa aliqua Dioecesis regione vel etiam in fixa pastoralis actionis provincia intra fines totius Dioecesis vel etiam coniuncte simul[19] secundum Cardinalis Vicarii designationem cum facultatibus insuper quas ipse de beneplacito Nostro statuerit ad normam Litterarum Apostolicarum motu proprio editarum *Romanae Urbis* die **II** mensis Februarii anni MCMLXVI, c. III, n. 5.

[14] **Cfr. *Prima Romana Synodus,* art. 12; PAULUS PP. VI, Const. Apost. *Regimini Ecclesiae Universae: A.A.S.* 59 (1967), p. 889; Const. Apost. *Romano Pontifici eligendo,* 14: *A.A.S.* 67 (1975), p. 616.**

[15] **Cfr. *Prima Romana Synodus,* art. 11, par. 1.**

[16] **Cfr. *Prima Romana Synodus,* art. 11, par. 3.**

[17] **Cfr. Pius PP. XI, Const. Apost. *Ex Lateranensi Pacto: A.A.S.* 21 (1929), pp. 309-311.**

[18] **Cfr. *Prima Romana Synodus,* art. 13.**

[19] **Cfr. PAULUS PP. VI, Litt. Apost, motu proprio datae *Ecclesiae Sanctae,* I, 14, par. 2: *A.A.S.* 58 (1966), p. 765.**

Eae vero facultates et munera Episcoporum Auxiliarium minime cessant, vacante officio Cardinalis Vicarii donec novus creatus Vicarius officium suum rite ineat.[20]

§ 6. Vices Gerens et Episcopi Auxiliares, moderante Cardinali Vicario, efficiunt una cum eodem Cardinali Vicario Consilium Episcopale Dioecesis.[21]

§ 7. Ut recte componatur ratio pastoralis totius Dioecesis, ut res necessariae efficaciter comprobentur et ut auxilia atque consilia accipiantur utilia quidem ad apostolicum ministerium, Cardinalis Vicarius opiniones et sententias expetet etiam a reliquis consiliariis coetibus Dioecesis; qui sunt:

— Consilium Presbyterale,[22]
— Consilium Pastorale.[23]

§ 8. Similiter non omittet Cardinalis Vicarius audire etiam Consilium Parochorum Praefectorum;[24] eius quidem actio componenda erit cum reliquis institutis et consiliis dioecesanis iam memoratis.

§ 9. Ratio pastoralis totius Dioecesis, de qua in § 7, tunc tantum ad effectum adducetur cum a Nobis erit examinata, definita et probata.

§ 10. Cardinalis Vicarius de opere pastorali ac vita ipsa

[20] Cfr. PAULUS PP. VI, Litt. Apost, motu proprio datae *Romanae Urbis,* III, 1: *A.A.8.* 58 (1966), p. 117.

[21] Quoad relationes inter Episcopos ad participandam curam pastoralem Episcopi dioecesani ascitos cfr. CONC. OEC. VAT. II Decr. de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia, *Christus Dominus,* 25: *A.A.S.* 58 (1966), pp. 685-686; PAULUS PP. VI, Litt. Apost, motu proprio datae *Ecclesiae Sanctae,* I, 13, par. 3: *A.A.S.* 58 (1966), p. 764.

[22] Cfr. CONC. OEC. VAT. II Decr. dé Presbyterorum ministerio et vita, *Presbyterorum Ordinis,* Ts *A.A.S.* 58 (1966), pp. 1001-1003; PAULUS PP. VI, Litt. Apost, motu proprio datae *Ecclesiae Sanctae,* I, 15: *A.A.S.* 58 (1966), p. 766.

[23] Cfr. CONC. OEC. VAT. II Decr. de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia, *Christus Dominus,* 27: *A.A.S.* 58 (1966), pp. 686-687; PAULUS PP. VI, Litt. Apost, motu proprio datae *Ecclesiae Sanctae,* I, 16: *A.A.S.* 58 (1966), pp. 766-767.

[24] Cfr. *Prima Romana Synodus,* art. 134.

Dioecesis ad Nos statis temporibus et, quoties necessarium visum fuerit, referat.

§ 11. Hoc in primis sollemne sit, ne quidquam grave agatur, nisi fuerit antea Nobis significatum.[25]

VICARIATUS ORDINATIO

3. § 1. Vicariatus seu Curia dioecesana constat Secretaria Generali, Officiis, Tribunalibus.

§ 2. Penes Cardinalem Vicarium est moderatio superior et effectiva Vicariatus.

§ 3. Vices Gerens, secundum normas directorias Cardinalis Vicarii, apto nexu componit omnia ministeria Vicariatus, cui, ad exsecutionem quod attinet, adest Praelatus Secretarius, libenter cooperantibus Officialibus praepositis.

§ 4. Ut omnia incepta Vicariatus inter se concordent, Cardinalis Vicarius utetur opera Consilii Curiae, quod sub moderatione ipsius Cardinalis Vicarii eove absente aut impedito Vices Gerentis participant idem Vices Gerens, Episcopi Auxiliares, Praelatus Secretarius et Officiales praepositi, quorum quaestiones, de quibus agitur, intersunt.

§ 5. Curetur, ut Episcopi Auxiliares certiores reddantur audianturque praesertim circa res, ad peculiare munus suum pastorale pertinentes.

I. SECRETARIA GENERALIS

4. *Secretaria Generalis,* quam Praelatus Secretarius a Nobis nominatus moderatur, munera implet pertinentia ad cancellariam Curiae et ad acta administrativa, ad negotia generalia

[25] Cfr. PAULUS PP. VI, Const. Apost. *Regimini Ecclesiae Universae,* 136: *A.A.S.* 59 (1967), p. 928.

et ministrorum, ad informationem et documentationem, ad servitia nexu componenda, ad generalem consultationem circa res iuridicas et ad Officia coordinanda, peculiari ratione habita permanentis formationis pastoralis Cleri, religiosorum, religiosarum et laicorum, in pastorale opus incumbentium, atque etiam formationis magistrorum et catechistarum.

Praeterea sub eius recognitione (vulgo *supervisione)* Officia administrativum seu oeconomicum, iuridicum et technicum operantur.

II. OFFICIA

5. *Officia rei pastorali provehendae* (vulgo *Centri pastorali)* expendunt necessitates religiosas Dioecesis Romanae atque proponunt incepta pastoralia ad efficaciter implendum munus episcopale docendi, sanctificandi et regendi, cuius accuratam exsecutionem promoveant.

6. *Officium evangelizationi et catechesi provehendis* (vulgo *Centro pastorale per V evangelizzazione e la catechesi)* promovet ministerium Verbi intra communitatem christianam praecipue per praedicationem et catechesim in ipsis paroeciis et familiis, atque inter discipulos scholarum elementariarum mediarumque ordinis tum inferioris tum superioris. Sustentat et adiuvat scholas catholicas, ut apte consequantur propria cuiusque instituti proposita. Incitat oecumenismum fideique annuntiationem non christianis et non credentibus.

7. *Officium cultui et sanctificationi provehendis* (vulgo *Centro pastorale per il culto e la santificazione)* promovet aptoque nexu disponit: a) actionem liturgicam et sacramentalem, cantum sacrum et tutelam ipsarum aedium sacrarum earumque ornatus ; b) animationem et formationem hominum ad ministeria permissa riteque instituta; c) incepta permanentia spiritualitatis christianae (exercitationes spirituales, curricula domestica, peregrinationes sacras, hisque similia). -

8. *Officium animationi communitatis christianae et ministeriis socialibus-caritativis provehendis* (vulgo *Centro pastorale per V animazione della comunità cristiana ed i servizi socio-caritativi)* promovet aptoque nexu disponit rem pastoralem organicam in ambitu locali (Dioecesis, praefecturarum, paroeciarum), in variis condicionibus diversisque hominum ordinibus et statibus (cfr. familiam, culturam, instrumenta communicationis socialis, itinera relaxationis causa suscepta, spectacula,et tempus vacuum), in operositate sodaliciorum laicatus (Confraternitatum, consociationum hisque similium) nec non in operibus dioecesanis.

Idem officium promovet aptoque nexu disponit actionem pastoralem pro infirmis (in valetudinariis, hospitiis hisque similibus), pro senibus, mente membrisvé captis, corpore impeditis iisque omnibus, quibus magis opus est adiumento et curatione, atque actuositatem institutorum quibus promotio humana est proposita et operum socialium-caritativorum.

9. *Officium pro personis physicis et iuridicis* res pertractat pertinentes ad personas et instituta sacerdotalia, ad personas et instituta vitae consecratae, ad personas et instituta laicorum.

10. *Officia administrativum, iuridicum et technicum* prospiciunt rationibus administrativis, oeconomicis iuridicis et technicis, quae postulantur ad pastoralem actionem persequendam.

Ipsis utitur « Pontificium Opus praeservandae Fidei novisque Romae templis exstruendis», quod ut institutum iuridicum propriam sibi indolem distinctam et personae (iuridicae) rationem servat, iuxta pontificium documentum, quo est constitutum.[26]

11. *Ministeria auxiliaria.*

Ut rite haec ministeria expleantur adhiberi poterunt peculiaria Consilia studii ac Secretariatus.

[26] **Cfr. Pius PP. XI, Litt. Apost, motu proprio datae *In Allocutione: A.A.S.* 22 (1930), pp. 337-340.**

III. TRIBUNALIA

12. § 1. Apud Vicariatum Urbis duo constituta sunt distincta Tribunalia:

1) Tribunal Ordinarium Dioecesis Romanae;

2) Tribunal Regionale Latii pro causis nullitatis matrimonii.

§ 2. Haec Tribunalia pro sua quodque natura pendent ex Cardinali Vicario. Quod autem ad Tribunal Regionale Latii attinet, facultates et munera, quae Normae Supremi Tribünalis Signaturae Apostolicae assignant Moderatori Tribunalium Regionalium, pertinent ad ipsum Cardinalem Vicarium, illis quidem casibus exceptis de quibus haec Nostra Constitutio aliter decernit.[27]

Potestatem in Tribunalia Cardinalis Vicarii propriam exercet Vices Gerens, eo impedito vel absente aut. ipsius officio vacante.

13. Singula Tribunalia consistunt ex Officiali et aequo numero Vice-Officialium, ex Iudicibus, Defensoribus Vinculi, Promotoribus Iustitiae, Praeposito Cancellariae ac nonnullis Notariis. Unumquodque Tribunal habet propriam administrationem.

14. Officiales Tribunalium, Vice-Officiales, Iudices, Defensores Vinculi et Promotores Iustitiae nominantur a Summo Pontifice ad certum ac definitum tempus, proponente Cardinali Vicario pro Tribunali Dioecesano atque Conferentia Episcopali Latii pro Tribunali Regionali.

15. Quisque Officialis suam auctoritatem administrativam, disciplinarem et oeconomicam exsequitur tantummodo supra et intra proprium Tribunal separatim plane ab altero Tribunali.

[27] Cfr. SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL, *'Normae pro Tribunalibus interdioecesanis vel regionalibus aut interregionalibus'. A.A.S.* 63 (197Í), pp. 486-492.

16. In singulis Tribunalibus vices sive « turni » iudicationis statuuntur unoquoque ineunte anno iudiciali ab ipso Cardinali Vicario per decretum generale, quod ipsum Praesidem, Ponentem et Iudicem Instructorem destinabit. Causae vero variis ((turnis » committuntur secundum ordinem, quo ipsae in tabulas relatae sunt. Constitutio « turnorum » iudicationis mutari potest a solo Cardinali Vicario si unus alterve Iudex impeditur, postquam impediti solidam rationem scripto detulerunt et Officialis ipse suam dixit sententiam.

17. Secundum varia argumenta album peritorum Tribunalis editur ineunte quoque anno iudiciali a Cardinali Vicario. Ex illo vicissim albo Iudices Instructores designabunt peritos in singulis causis.

1 - TRIBUNAL DIOECESANUM ROMAE

18. Regitur canonibus 1572-1593 C.I.C. Constat ex Officiali, aequo numero Iudicum, Promotore Iustitiae, Defensore Vinculi, Praeposito Cancellariae et non nullis Notariis.[28]

19. **§ 1.** Hoc Tribunal iurisdictionem habet in universis causis, quae in foro canonico dirimi possunt, exceptis causis nullitatis matrimonii.

§ 2. In eiusdem illius generis causis ipsum putari debet tribunal secundae instantiae pro dioecesibus suburbicariis ceterisque dioecesibus Latii.

§ 3. Iurisdictionem etiam habet in causis Sanctorum secundum iam provisas accommodationes ea in re.[29]

§ 4. Huic praeterea Tribunali concreditur institutio causarum dispensationis super ratum et non consummatum, solu-

[28] C.I.C., Cann. 1572-1593.

[29] Cfr. PAULUS PP. VI, Litt. Apost, motu proprio datae *Sanctitas clarior: A.A.S.* 61 í1969), pp. 149-153.

tionis matrimonii in favorem fidei, nec non investigatio in causis petitae dispensationis ab oneribus ex sacra ordinatione.[30]

20. A Tribunali Dioecesano appellatur ad Sacram Romanam Rotam.

2 - TRIBUNAL REGIONALE LATII

21. Secundum normas Litterarum Apostolicarum *Qua cura* motu proprio editarum, Tribunalis Regionalis Latii est tractare et definire causas nullitatis matrimonii pro Regione Latii. Illud praeterea est appellationis Tribunal pro causis nullitatis matrimonii iam decisis in primo gradu a Tribunalibus Regionalibus Neapolitano et Calaritano.[31]

22. Ab hoc Tribunali appellatur ad Sacram Romanam Rotam.[32]

23. **§ 1.** Priusquam hoc Tribunal recipiat causam pro sua auctoritate « fori plerarumque probationum », obtinere illud oportebit consensionem Cardinalis Vicarii, Cui explicandum erit, quae definitae probationes et quales necesse sit in Regione Latii colligantur.[33]

§ 2. Ut sententiae ferantur de regulis in casibus specialibus, Cardinalis Vicarius peculiare mandatum dare poterit Officiali Tribunalis Regionalis in singulis casibus.[34]

[30] Cfr. SACRA CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI, *Normae ad apparandas... causas reductionis ad statum laicalem...: A.A.S.* 63 (1971), pp. 303-308; SACRA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM, Instructio *Dispensationis matrimonii: A.A.S.* 64 (1972), pp. 244-252.

[31] PIUS PP. XI, Litt. Apost, motu proprio datae *Qua cura,* I-II: *A.A.S.* 30 (1938), p. 412.

[32] PIUS PP. XI, Litt. Apost, motu proprio datae *Qua cura,* II: *A.A.S.* 30 (1938), p. 412.

[33] Cfr. PAULUS PP. VI, Litt. Apost, motu proprio datae *Causas Matrimoniales,* IV, par. 1, c: *A.A.S.* 63 (1971), p. 443.

[34] Cfr. PAULUS PP. VI, Litt. Apost, motu proprio datae *Causas Matrimoniales,* X-XI: *A.A.S.* 63 (1971), p. 445.

NORMA TRANSITORIA

Quod ad causas attinet, quae adhuc aguntur apud Tribunal Appellationis Vicariatus Urbis, quod supprimitur, iurisdictio per vices (seu per « turnos ») iudicantium prorogatur usque ad earum conclusionem.

REGULAE VICARIATUS

24. Huic Constitutioni Apostolicae accedet ordo servandus seu peculiare normarum corpus a Nobis probandum definiens terminos auctoritatis agendique rationes in Vicariatu.

Nostra haec autem statuta et praescripta nunc et in posterum firma et efficacia esse et fore volumus, non obstantibus, quatenus opus est, contrariis Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, a Nobis et Decessoribus Nostris editis, ceterisque praescriptionibus, etiam specialissima mentione dignis.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vi mensis Ianuarii, in sollemnitate Epiphaniae Domini, anno MCMLXXVII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PAULUS PP. VI

Rescriptum ex Audientia

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Pp. VI, in Audientia die 28 mensis Ianuarii anno 1977 infrascripto Cardinali a Secretis Status concessa, statuit ut Constitutio Apostolica « Vicariae potestatis in Urbe », diei 6 eiusdem mensis et anni, qua Vicariatus Urbis nova ratione ordinatus est, inde a die octava Februarii 1977 vigere incipiat ad omnes iuris effectus.

Datum ex Aedibus Vaticanis, die 28 mensis Ianuarii, anno 1977.

© **IOANNES** Card. **VILLOT**, *a Secretis Status*

SACRA CONSISTORIA

CONSISTORIUM SECRETUM

Die XX mensis Decembris, anno MCMLXXVI, Summus Pontifex Paulus VI, Consistorium Secretum celebravit in Consistoriali Aula Palatii Apostolici Vaticani, cuius acta hic ex ordine referuntur.

I - SUMMI PONTIFICIS ALLOCUTIO

Venerabiles Fratres Nostri,

Gaudemus laetamurque de vestro conspectu, Venerabiles Fratres Nostri, libenterque hac utimur opportunitate vos humane consalutandi vobisque significandi egregiam existimationem ac benevolentiam Nostram.

Quemadmodum novistis, ea de causa ad hoc Consistorium agendum vos convocavimus, ut mentem vestram aperiatis de magni momenti quaestionibus, quippe quae ad religionis bonum et incrementum pertineant. Etenim sententiam feratis oportet, utrum duo Beati, Ioannes Nepomucenus Neumann, Episcopus, et Raphaela Maria a Sacro Corde Iesu, Virgo, Sanctis Caelitibus possint annumerari. Faventibus quidem iudiciis vestris, dies statuemus, quibus eiusmodi honores utrique Beato sollemni ritu decernemus.

Antequam vero ad hanc causam tractandam procedatur, postulat ordo rerum agendarum, in hodierno Consistorio servandus, ut, hac oblata occasione, nuntium demus de Ecclesiis vacantibus, quibus Nobis in animo est providere, ac vos simul certiores reddere de iis, quibus iam provisum est.

II - PROVISIO ECCLESIARUM

Sententia audita S. R. E. Cardinalium, qui aderant, nonnullis cathedralibus Sedibus Summus Pontifex deinde providit. Praefecit nempe :

Ecclesiae Nicosiensi **Exc. P. D. Salvatorem Di Salvo, antea Episcopum tit. Turrensem in Numidia;**

Ecclesiae Calaguritanae et Galceatensi-Logrognensi **Exc. P. D. Franciscum Alvarez Martínez, antea Episcopum Tirasonensem ;**

Ecclesiae Tirasonensi **Exc. P. D. Victorium Oliver Domingo, antea Episcopum tit. Limisensem;**

Praelaturae S. Luciae **Exc. P. D. Ignatium Cannavo, Episcopum tit. Octavensem ;**

Sedi tit. Tamagristensi **R. D. Emmanuelem Moreno, e clero archidioecesis Angelorum in California, quem eiusdem Ecclesiae sacri Praesulis Auxiliarem renuntiavit;**

Sedi tit. Traguriensi **R. D. Thaddaeum Shubsda, e clero archidioecesis Angelorum in California, quem eiusdem Ecclesiae sacri Praesulis Auxiliarem renuntiavit;**

Sedi tit. Aquensi in Numidia **R. D. Patricium Murphy, e clero archidioecesis Sydneyensis, quem eiusdem Ecclesiae sacri Praesulis Auxiliarem renuntiavit.**

Praeterea Summus Pontifex nonnullas pronuntiavit Ecclesias, quibus per Apostolicas sub plumbo Litteras sacrorum Antistites praefecti iam sunt, ex quo die, xxiv scilicet mensis Iunii a. MCMLXXVI, proximum Consistorium habitum est. Videlicet :

E novem metropolitanis Sedibus :

Ecclesiam Melitensem, **Iosepho Mercieca destinatam; et** *Salisburiensem,* **cui praefectus est Patricius Chakaipa.**

Ex archiepiscopalibus Sedibus :

Ferrariensem, **Philippo Franceschi assignatam.**

Ex quattuor archiepiscopalibus titularibus :

Gaesariensem in Mauretania, **Sergio Sebastiani assignatam ; et** *Menefessitanam,* **assignatam Etsou Nzabi Bamungwabi.**

E quinquaginta dioecesibus :

Ahulensem, **cuius Episcopus nominatus est Philippus Fernández García; et** *Dodgepolitanam,* **Eugenio Gerber concreditam.**

E triginta quattuor Ecclesiis titulo assignatis :

TMgensem, **Eugenio Laridon attributam; et** *Thyatirenam,* **Thomae Dolinay attributam.**

E sex Praelaturis :

Cluniensem, **cuius sacer Praesul factus est Raphael Torija de la Fuente; et** *Marahensem,* **Alano Mariae Pena assignatam.**

Denique Abbatiam « nullius » *Glaravallensem in Brasilia,* **Carmelo Recchia destinatam.**

Postea Beatissimus Pater assensum se dedisse dixit electioni canonice factae, in Synodo Episcoporum Armenorum, Petri XVIII Ghedighian Patriarchae Ecclesiae *Ciliciae Armenorum;* **in Synodo autem Episcoporum Coptorum, Athanasii Abadir ad Ecclesiam tit. Appianam destinati, cum munere Vicarii Patriarchalis Sedis** *Alexandriae Coptorum.*

Subinde Em.mus P. D. Conradus S. R. E. Cardinalis Bafile, Praefectus Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, rettulit de causis canonizationis Beatorum Ioannis Nepomuceni Leumann, Archiepiscopi, et Raphaëlae Mariae a Sacro Corde Iesu, Conditricis Congregationis Ancillarum a Sacro Corde Iesu.

Quibus relatis, Summus Pontifex suffragia Patrum Cardinalium his, quae sequuntur verbis exquisivit :

Libenter audivimus ea, quae Venerabilis Frater Noster Conradus Cardinalis Bafile de propositis causis egregie dixit.

Est autem huius rei momentum eiusmodi, ut sententia vestra de iisdem causis Nobis exquirenda esse videatur.

Tunc S. R. E. Cardinales, suo cuiusque ordine servato, sententiam aperuerunt.

CONSISTORIUM UNICUM

Absoluto Consistorio secreto, statim eadem in Aula initium habuit Consistorium unicum, cuius acta hic referuntur.

I - POSTULATIO PALLIORUM

Sacrum Pallium « personaliter » postulaverunt Archiepiscopi : Cletus Bellucci, pro metropolitana Ecclesia *Firmana;* **et Philippus Franceschi, pro archiepiscopali Sede** *Ferrariensi.*

Postulatio autem Pallii « per procuratorem » facta est pro his, quae sequuntur metropolitanis Ecclesiis : *Salisluriensi; Kuchingensi, Antequerensi, Popayanensis Montisvidei, Maceiensi, Melitensi, Monterrey>ensi,*

Quibus peractis, Summus Pontifex mandavit Perieli Felici, Protodiacono Cardinali, ut crastina die postulatum Pallium vel sacris ipsis, qui petiverant Praesulibus, vel eorum procuratoribus sueta caeremonia traderet.

II - PERORATIO CAUSARUM CANONIZATIONIS

Postea Ioannes Torre, Consistorialium Advocatorum Decanus, ad suetum morem institit, ut nomen beatorum Ioannis Nepomuceni Neumann et Raphaëlae Mariae a Sacro Corde Iesu sollemni Summi Pontificis declaratione in Sanctorum album inscriberetur, aptiore die statuto. Cui viro Carolus Egger, Abbas atque in Secretaria Status Cancellariae Litterarum Apostolicarum praepositus sic Summi Pontificis nomine respondit :

« Ad postulationes exhibitas iubeor Summi Pontificis nomine paucis respondere. Gaudet sane Beatissimus Pater quod Ipsi datur nova sanctitatis lumina ad imitandum mundo proponere, cui nunc cum maxime opus est, ut ad recta, honesta, superna, immortalia erigatur.

Uterque Cáeles diversa quadam sanctimoniae forma, saltem ut humanis oculis offertur, inclaruit : B. Ioannes Nepomucenus Neumann, S. Alfonsi alumnus et sectator acerrimus, apostolatus operibus, quibus tantummodo Divini Redemptoris lucra quaesivit, praefulsit, maxime ut Praesul Sedis Philadelphiensis, quam apte disposuit magnisque incrementis adauxit; B. Raphaela Maria a S. Corde Iesu vita abscondita in Christo potissimum commendatur : in priore felicem nexum inter amorem apostolicum et contemplationem laudamus ; arcanam fecunditatem vitae, qua Deo in solitudine et silentio, in oratione et humilitate deservitur, admiramur in altera.

Attamen Summus Pontifex, quamvis hos Beatos dignos existimet, quibus Sanctorum Caelitum honores tribuantur, exoptat, ut in tanti momenti re Apostolicae Sedis consuetudo rite servetur. Quapropter decretorum iudicium non ante est prolaturus, quam omnes, ad quos pertinet, sententiam rogaverit ».

Eorum deinde, quorum interesset, sententiam his verbis Summus Pontifex exquisivit :

Quemadmodum res postulat, intento animo perpendimus ea, quae ad illustrandas et comprobandas causas sunt allata.

Verumtamen, ut Nostro nomine modo significatum est, rei gravitas Nobis suadet, ut mentem vestram cognoscamus, antequam decretoriam sententiam Nostram edicamus.

Quapropter vos oramus, ut, ad gloriam Dei et utilitatem animarum spectantes, circa utramque causam suffragia vestra feratis.

Sententiis acceptis, Beatissimus Pater haec verba pronuntiavit :

Laetamur sane, quod omnium sententiis postulatur, ut his Beatis honores Sanctorum Caelitum decernantur. Quam ob rem non discedendum esse arbitramur a iudiciis peritorum membrorumque Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, quippe quae gravibus argumentis confirmentur.

Itaque hos Beatos dignos censemus, qui in Sanctorum album referantur. Quod quidem adiuvante Deo, sollemni ritu in Vaticana Basilica faciemus proximo anno: nominatim id praestabimus Beatae Raphaëlae Mariae a Sacro Corde Iesu die vicesima tertia mensis Ianuarii, Beato vero Ioanni Nepomuceno Neumann die undevicesima mensis Iunii.

Demum omnes vos rogamus, ut Deo impensas preces adhibeatis, ut, quod modo decretum est, in Ecclesiae bonum vitaeque christianae auctum feliciter vertat.

Quibus Summi Pontificis verbis Consistorium Publicum absolutum est.

LITTERAE DECRETALES

Beato Iustino De Jacobis honores Sanctorum decernuntur.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quantum Nos curae ac diligentis studii, pro apostolico quo fungimur patris et pastoris et divinarum rerum magistri munere, ad missionales res fovendas usque posuerimus, ex iis manifesto patere verbis existimamus quae, in Pontificatus Nostri quasi exordiis, ad Oecumenici Concilii Vaticani II Patres fecimus : « Perplacet praesertim Nobis ut Ecclesia universa missionalis sit, ut singuli etiam fideles animo et re, quantum geri possit, missionales evadant» *(A.A.S.* **66 [1964], p. 998). Et revera « Ecclesia peregrina natura sua missionaria est, cum ipsa ex missione Filii missioneque Spiritus Sancti originem ducat secundum propositum Dei Patris »** *(Ad Gentes, 2).* **Quae cum ita sint, beatum**

Iustinum De Jacobis in Sanctorum Caelitum coetum ingenti laetitia sollemniter hodie referentes, eum non solum Christi evangelii praeconem esse praeclarissimum declarare placuit, verum etiam eorum ipsorum pervalidum apud Deum caelestem patronum esse, qui, euntes in mundum universum, divinam legem promulgare contendunt omni creaturae (cf. *Marc.* **16, 15). Aethiopiae apostolus appellatus, viginti amplius annos illa in regione sic se praebuit patientem et constantem a Christo nuntiatae et partae salutis administrum, ut ad eum referri posse videatur quod de divini verbi praedicatore magna asseveratum est auctoritate : « Debet enim esse promptus ad initia capienda, constans ad opera perficienda, perseverans in difficultatibus, patienti et forti animo ferens solitudinem, defatigationem, infructuosum laborem. Mente apèrta et dilatato corde hominibus occurret, ofiicia sibi commissa libenter suscipiet, alienis etiam populorum moribus et variantibus condicionibus generose se aptabit, concordi animo et mutua caritate sociam operam dabit fratribus et omnibus qui eidem operi se dedicant, ita ut simul cum fidelibus communitatem apostolicam imitantes, cor unum sit et anima una** *(Ad Gentes,* **25). Iustinus De Jacobis natus est die nono mensis Octobris, anno millesimo octingentesimo, in Muranae dioecesis pago Sancti Felicis, seu « San Feie » Italice nuncupato, quattuordecim filiorum septimus, posteroque die sacris baptismatis aquis renovatus. Mater praecipue eum pie religioseque educavit eumque sic fecit caelestium rerum studiosum, qui rarae videlicet in Eucharistiam pietatis inque beatissimam Christi Matrem specimina dederit. Est deinde in lumine ponendum qua animi alacritate sive rerum egenos a puero usque adiuvare studuerit sive Deo preces adhibuerit, ut Christianae fidei adhuc expertibus lux tandem divinae veritatis refulgeret. Adulescentulus parentes Neapolim comitatus est, eaque in Campaniae urbe inita studia continuavit. Duodeviginti annos natus, religiosam Congregationem Missionis ingressus est seque Deo votis biennio post obligavit. Etsi autem suspensus haerebat an sacerdotii ordinem susciperet, quippe qui haud se meritum putaret in quem tanta dignitas conferatur, eum tamen, theologicarum disciplinarum perfecto curriculo, in Apuliae urbe Brundusio accepit, die duodecimo mensis Iunii, anno millesimo octingentesimo vicesimo quarto. Eodem proinde, ac Sanctus Vincentius a Paulo, impulsus ardore, initium dedit pastorali ei operae, quae Congregationis Missionis propria est ac praecipua : ad populi coetus videlicet sermones habere, divinas res atque aeternas eos eru-**

diendo; per paenitentiae sacramentum Christifidelibus subvenire; spirituales exercitationes et meditationes clericis praebere, necnon Deo devotis virginibus et laicis fidelibus. Hos autem susceptos labores superna fuisse gratia confirmâtes, laeti atque uberes fructus palam ostenderunt. Eorum praeterea inopia et egestate misertus, quos per Campaniae regiones duos annos saeviens pestilentia absumpsit, pro viribus praesidio iis esse et solacio conatus est, nullo labore fractus. Nec est praetereundum primis sacerdotii annis eum varia et gravia officia in Congregatione Missionis tanta diligentia et sollertia obiisse, ut optimam omnino moderatorum suorum spem hac in provincia foveret. Ardens tamen animarum studium, quo flagrabat, infideliumque ad Christi ovile adducendorum vehemens desiderium eo usque processerunt, ut, anno millesimo octingentesimo tricesimo octavo, invitationi Praefecti Sacrae Congregationis de Propaganda Fide accesserit tuncque constitutam praefecturam apostolicam Abyssiniae adiverit, eiusdem nominatus sacer Praesul. Antequam autem evangelizationem iniret, autochthonum linguam ediscere coepit deque locis gentiumque moribus certiorem se facere. Factus tandem Evangelii praedicator, hanc sibi proposuit suae ipsius navitatis formam et quasi vitae rationem : Aethiopem cum Aethiopibus fieri ; indígenas presbyteros excitare, qui iam inde sane conscius fuit « firmiores radices Ecclesiam figere, cum variae communitates fidelium ex suis membris proprios habeant salutis ministros, fratribus suis inservientes » (cf. *Ad Gentes,* **16) ; sibi denique proposuit suisque evangelizationis sociis partes definire, quo aptius operaretur quisque cumque ampliore animarum fructu. Missionali tamen eius operositati, quia indefessum se praebebat catholicae religionis praeconem, obstari coeptum est. Apostolicae igitur et Romanae Sedi opportunum visum est ut, catholicae rei fovendae et defendendae causa, praefectura Abyssiniae ad Vicariatuum apostolicorum ordinem redigeretur eique Iustinus praeficeretur, Nilopolitanae titulo Sedis creatus simul Episcopus : nemo enim illo putabatur dignior qui episcopali dignitate insigniretur, nemo aptior ut auctoritate sua et firmitate obversis undique difficultatibus resisterei. Pontificiam huiusmodi nominationem, pro summa sua animi demissione, totis antea viribus renuit, eidemque deinde annuit; atque die octavo mensis Ianuarii, anno millesimo octingentesimo quadragesimo nono, episcopalem ordinationem Villelmus Massaia, Apostolicus apud Gallas Vicarius, eiusdem fracta quasi voluntate, clam ei contulit prope Massauam, omne genus periculis imminentibus catholicique no-**

minis insectatorum haud parvis insidiis. Factus Episcopus, haud ille mutavit suam vitae rationem, qui omnium se reputabat seque praebebat famulum et ministrum. Nec suam minuit actuositatem, ad asperrima quaeque ferenda paratus, ne illorum ullus periret qui episcopali eius procurationi crediti essent. Famem revera et sitim, vincula et carcerem, proditiones et omne genus tribulationes perpessus est, Iesu unice usus auxilio, qui vicit mundum (cfr. ***Io.*** **16, 33). Gravia enim et consolatoria secum saepius mente reputabat verba et promissa : « Inicient vobis manus suas et persequentur tradentes in synagogas et custodias, et tradentes ad reges et praesides propter nomen meum ... In patientia vestra possidebitis animas vestras** ***(Lc.*** **21, 12 sqq.). Verum enim vero, obortae magisque in dies auctae inimicorum crucis Christi insectationes nec eius ipsius nec ab eo collecti parvuli gregis infringere constantiam valuerunt. Quinimmo eorum, Deo iuvante, continenter augescebat numerus qui, mentis errore relicto, in catholicae fidei veritatem concedebant. Tantae tamen animi corporisque angustiae, tot suscepta per asperrimas terras itinera et exanclati ad Christi regnum proferendum labores valetudinem eius minuerunt atque ad ultimum fregerunt. Improviso captus morbo et letali, confortari sanctae Ecclesiae sacramentis opta vit. Ad nonnullos deinde qui eum circumstabant respiciens omnesque animo complexus Abyssiniae incolas, quos ut pupillam oculorum carissimos habebat, terrena hac vita placido exitu functus est, caelestem ingressurus, die tertio mensis Augusti, anno millesimo octingentesimo sexagesimo, atque in urbe Hebo perhonorifice sepultus. Quodsi vero, post enarratos terrenae eius vitae eventus, praeclaras Iustini De Jacobis animi virtutes paucis perstringere velimus easque in Christiani populi admirationem et exemplum proferre, has praecipue significandas esse putamus : fuisse eum videlicet a puero usque summa Dei caritate incensum, quem adsiduis enixisque precibus orar et, inque sacrosanctum Eucharistiae sacramentum flagranti amore intentum ; acerbissimam Christi passionem et mortem devota recordatione coluisse; divini Redemptoris Matrem suam ipsiusmet habuisse matrem caelestem singularemque patronam, cuius tutissimo praesidio se fidens usque committeret. Omnium praeterea consensu, qui necessitudine eum propius contingebant, se suaque, gentium Apostolum imitatus, impendit, omnia omnibus factus, ut omnes salvos faceret (cf.** ***1 Cor.*** **9, 22). Nec solummodo quos iure habebat in Christo filios fovit amantissime, sed acatholicos etiam et muslimos observanter prosecutus est : his prae ceteris succurrere promp-**

tus, si egestate laborarent vel aegri et derelicti iacerent. Durissimum praeterea sibi, ab sacerdotii inde exordiis, vitae genus imposuit illudque constanti ac firmissima voluntate tulit, paenitentiae causa ductus. Haud igitur mirum est si, tanti viri vita et ab eo exercitis virtutibus acti, Congregationis Missionis moderatores de canonicis processibus rite instituendis egerunt, ad eiusdem quod attinebat beatificationis et canonizationis Causam. Ordinarii exinde processus, qui dicuntur, in Curiis Neapolitana et Lyciensi necnon Vicariatus apostolici Abyssiniae coepti sunt et absoluti, ab anno millesimo octingentesimo nonagésimo primo ad nonagesimum quintum; apostolici autem, inter annos millesimum nongentesimum quartum et quintumdecimum, Romae. Decretis denique publici iuris factis de virtutibus theologalibus et cardinalibus heroum in modum ab eo exercitis, deque miraculis eodem intercedente a Deo patratis, Pius XII, rec. mem. Decessor Noster, per Apostolicas sub anulo Piscatoris datas Litteras « Divinae largitatis », venerabilem Dei Famulum Iustinum De Jacobis honoribus Beatorum Caelitum coli permisit, die vicesimo quinto mensis Iunii, anno millesimo nongentesimo tricesimo nono. Ad eum autem in Sanctorum numerum accensendum iterum processus canonice instructi, deque duobus, quae rite requiruntur, miraculis disputatum est : quorum alterum, die quarto mensis Octobris, anno millesimo nongentesimo septuagesimo quarto Nosmetipsi probavimus, quo Catharina D'Innocenzo, sodalis Filiarum a Caritate, ilico et perpetuo sanata est a gravissima et insanabili neoplasia seu maligno carcinomate gastrico; alterum apostolica Nostra auctoritate remitti concessimus, canone freti 2138 § 1 Codicis Iuris Canonici. Quibus peractis, in sacro Consistorio quod in aedibus Vaticanis habuimus, die duodecimo mensis Decembris, eodem anno, diem canonizationis decrevimus. Quo feliciter orto, hodie nempe, in Petriano foro ad Basilicam Vaticanam patente, undique congregatis sacri Iubilaei gratia plurimis ex Aethiopiae praesertim terris Christifidelibus, augustiore sollemnioreque ritu Missa litavimus, qua inita haec verba iuxta traditum morem protulimus : « Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, beatum Iustinum De Jacobis, episcopum, Sanctum esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus, statuentes eum in universa Ecclesia inter sanctos pia devotione

recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Quae postquam diximus, novensilis sancti validam apud Deum intercessionem primi invocavimus, deque eiusdem vita, operibus praecelsisque animi virtutibus orationem inter Missarum sollemnia fecimus. Quae vero per Decretales bas Litteras ediximus firma esse et fore volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo sexto mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quinto, Pontificatus Nostri tertio decimo.

Ego PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus



Loco £ß Plumbi

In Secret. Status tab., n. 816862.

LITTERAE APOSTOLICAE

Circumscriptiones ecclesiasticae Australiae a iure missionali ad ius commune deducuntur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Australiani, terram interiectis marium spatiis longinquam, sed animo Nostro iugiter praesentem, intuemur, ubi Nobis datum fuit vigorem christianae vitae cognoscere et experiri. Etiam maturuerunt feliciter Ecclesiae ibidem conditae, siquidem, divina operante gratia et annitentibus sacris Pastoribus, sacerdotibus, laicis, religio est aucta incrementis, presbyterorum fideliumque numerus crevit, opera ad pietatem pertinentia sunt confirmata. Propter eiusmodi statum rerum, qui est causa cur gratiae Deo agantur, Conferentia Episcopalis Australiana preces Nobis admovit, ut circumscriptiones ecclesiasticae eiusdem Civitatis foederatae a iure missionali ad ius commune' transire sineremus. Quibus votis Nos, auditis Sacrae Congregationibus pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide et pro Episcopis, libenter annuendum esse censuimus. Quae cum ita sint, Nos, omnibus mature perpensis, auctoritate Nostra Apostolica, harum Litterarum vi, a iurisdictione Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide eximimus et ad ius commune deductas decernimus omnes circumscriptiones ecclesiasticas Nationis Australianae, quae Provincias Ecclesiasticas Adelaidensem, Brisbanensem, Melburnensem, Perthensem, Sydneyensem efficiunt, necnon Archidioeceses Sanctae Sedi immediate subiectas, scilicet Camberrensem et Hobartensem, atque Missionem sui iuris Kalumburunam, Abbatiae Nullius Dioeceseos Novae Norciae unitam, definientes, ut negotia, quae ad praedicta loca spectant, in posterum, pro varia sua natura, apud competentia Dicasteria Apostolicae Sedis tractentur. Quae vero per has Litteras statuimus, et firma sint omnino, nunc et futuris temporibus, atque vim suam habeant, contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxn mensis Martii, anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri tertio decimo.

83 IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco © Sigilli

In Secret. Status tab., n. 289862.

HOMILIAE

I

In Basilica Vaticana inter Missarum sollemnia habita, nocte Nativitatis D. N. I. Ch. *

Fratelli e Figli, accorsi a questa convocazione notturna!

Voi sapete perché !

È la ricorrente memoria d'un fatto estremamente umile e immerso in un povero paese lontano (ma era un paese predestinato), e inserito in una ignota vicenda del tempo (ma era anch'esso un tempo profeticamente calcolato); d'un fatto si direbbe insignificante quale la nascita d'un Bambino in condizioni poverissime, prive d'ogni importanza esteriore e d'ogni interesse ambientale (ma era l'arrivo nel mondo, nel genere umano, del Verbo di Dio, del Figlio consustanziale del Padre Creatore e Signore dell'universo, che rimanendo qual'era, si faceva Figlio di Maria; Figlio così di Dio e Figlio dell'uomo).

È questo fatto ambivalente umile e immenso, umano e divino, che nell'unica Persona del Verbo unisce due nature, di cui una, l'umana, sì, rispecchia costituzionalmente[1] **una meravigliosa, ma certo sempre remota immagine dell'altra, la divina, l'eterna, l'infinita ; immagine ineffabile dell'invisibile Iddio,**[2] **e pone nell'abissale mistero della divinità questa simbiosi ch'è Cristo Gesù ;** *natus est Christus; ...de Patre, Deus; de Matre, homo?* **Essa lo pone nell'umanità e nella storia, centro in cui si ricollegano tutte le cose celesti e terrestri,**[4] **ed a cui ogni singolo essere umano può avere accesso e salvezza ;**[5] **è questo il fatto, il mistero che noi ora ricordiamo e celebriamo.**

Lux in tenebris lucet, **la luce splende nelle tenebre.**[6]

Non ci fermeremo a considerare questo aspetto del mistero del Natale, cioè il modo scelto da Dio per rivelarsi nel suo Messia ; quasi volesse nascondersi nell'atto stesso in cui si manifestava personalmente e umanamente agli uomini, che pur lo attendevano. È un aspetto che lascia intravedere molte altre divine intenzioni, degne d'essere in altro momento

* Die 25 m. decembris a. 1976.

[1] Cfr. *Gn* 1,'26-27.

[2] Cfr. *Col* 1, 15; g *Cor* 4, 4.

[3] S. Agostino, *Serm. ,184; PL* 38, 997.

[4] Cfr. *Ef* 1, 10.

[5] Cfr. *Lc* 3, 6.

[6] *Gv* 1, 5.

esplorate e meditate. Voleva il Signore che noi, anche davanti alla sua suprema rivelazione temporale, non fossimo esonerati dal dovere di ricercarlo? voleva Egli che la nostra ricerca ci obbligasse a curvarci sui sentieri dell'umiltà, per correggere l'ostacolo principale che ci impedisce un autentico incontro col Cristo rivelatore, non altrimenti possibile che nella mortificazione del nostro fallo capitale, l'orgoglio? o voleva che non per altro interesse egoista lo avessimo a cercare, ma per quello del puro amore? Come si debba infatti cercare la divina rivelazione ce lo ricordano le memorabili parole di S. Agostino : *amore petitur, amore quaeritur, amore pulsatur, amore revelatur* ... : « con l'amore si domanda, con l'amore si cerca, con l'amore si bussa, con l'amore si rivela ».[7]

Tal ha sido el objetivo al que ha mirado y mira en todo momento la Sede Apostólica y la Iglesia en España, en un esfuerzo encaminado a « fomentar y elevar cuanto de verdadero, de bueno y de bello hay en la comunidad humana »,[2] favoreciendo así la consolidación de un clima social donde se afiance la concordia, la justicia, la caridad, en beneficio de los hombres y a gloria del Creador.

Por ello, puede estar seguro, Excelencia, de que en la nueva etapa que vive su País —y a la que miramos con simpatía y esperanza— no faltará por parte de la Iglesia, dentro del debido respeto por las varias opciones legítimas, el ofrecimiento de una adecuada iluminación, desde el Evangelio y el Magisterio, de la conciencia de los fieles, para que ellos asuman libre y responsablemente las concretas y justas decisiones cívicas que les corresponden.

Señor Embajador : ante su persona queremos formular los mejores votos para su País, a fin de que éste, fiel a sus esencias cristianas, responda debidamente a la cita de la historia y, prosiguiendo por derroteros de concordia y de esfuerzo mancomunado de todos sus hijos, camine hacia un futuro de paz, de prosperidad, de integración interna y de justa inserción internacional.

[1] Cfr. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes*, n. 76.

[2] Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis *Gaudium et spes*, n. 76.

Al asegurarle nuestra benevolencia para el feliz y fructífero cumplimiento de la alta misión de Vuestra Excelencia, le rogamos transmita a Su Majestad el Rey nuestro vivo aprecio y agradecimiento por su deferente mensaje, mientras imploramos sobre su Persona, su Familia y todos los queridos hijos españoles abundantes bendiciones del Altísimo.

V

In Patriarchali Archibasilica SS.mi Salvatoris prolata, in Constitutionis Apostolicae promulgatione, qua Vicariatus Urbis nova ratione ordinatus est. *

L'avvenimento, che qui oggi ci riunisce, presenta caratteri così rilevanti nella vita della Diocesi di Roma da potersi qualificare storico. Sebbene infatti esso non si distingua per novità incoerenti dal corso ormai secolare della tradizione, propria dell'istituzione che presiede al governo pastorale di Roma e che siamo soliti chiamare « Vicariato », tuttavia esso assume importanza degna d'essere avvertita e onorata da successiva memoria per il fatto ch'esso si collega canonicamente e logicamente con la Costituzione Apostolica del nostro Santo Predecessore Pio X, designata dal titolo « Etsi nos »[1] e si conforma ai criteri dottrinali e disciplinari del Concilio Vaticano secondo, così da doversi riconoscere nell'avvenimento stesso un atto di conferma e di rinnovamento molto significativo.

Dopo ponderata elaborazione, che ha impegnato per un non breve periodo di tempo numerose e qualificate persone, noi siamo dunque in grado di presentarvi oggi la Costituzione Apostolica <(Vicariae Potestatis in Urbe », la quale provvede finalmente a quella ristrutturazione della Curia diocesana di Roma, che molte voci da tempo ormai sollecitavano.

Vada pertanto innanzitutto il nostro ringraziamento a coloro che hanno collaborato nella preparazione del Documento. In particolare l'espressione della nostra gratitudine si dirige al Signor Cardinale Luigi Traglia, Decano del Sacro Collegio e già nostro Vicario per codesta amatissima diocesi. Profittiamo di questa circostanza per porgere all'Em.mo Porporato l'attestazione della nostra stima ed apprezzamento, sicuri di interpretare in ciò il pensiero di tutti.

Ci è gradito poi salutare con affetto i Cardinali, i Vescovi, i Sacer-

* Die 8 m. ianuarii a. 1977.

[1] *A.A.S.* 4 (1912), pp. 5-22.

doti, i Religiosi e le Religiose, nonché i membri del laicato, che — accogliendo l'invito del nostro Cardinale Vicario — sono presenti a questo incontro.

Non vi è certamente bisogno di attardarci ad illustrare le ragioni che ci hanno indotti ad affrontare questo non facile impegno. Esse possono ben sintetizzarsi in quest'unica : promulgando la nuova Costituzione, noi intendiamo attestare la nostra consapevolezza di Vescovo di Roma, che giustifica e sostiene quella Pontificia. È infatti proprio in quanto Successore del Beato Pietro in questa Sede romana che noi ci sappiamo investiti del compito formidabile di Vicario di Cristo in terra e perciò di Supremo Pastore e Capo visibile della Chiesa universale.[2]

Sentiamo perciò con viva sollecitudine la responsabilità che, in quanto Vescovo di questa Chiesa locale, su cui riposa misticamente e storicamente un disegno divino, noi abbiamo di fronte a Cristo, la cui santità siamo tenuti ad effondere, col ministero della parola e con i sacramenti, nelle anime dei fedeli, serbando i loro costumi immuni da ogni male e, per quanto ci è possibile, con l'aiuto di Dio mutandoli in bene, così da poter giungere, insieme con loro, alla vita eterna.[3]

Quale trepidazione, quale coscienza della nostra umiltà, quale fiducia nella esaltazione in Cristo del nostro ufficio sia episcopale sia pontificale vibrano nel nostro animo in un momento come questo, nel quale vediamo stretta attorno a noi questa nostra Diocesi, degnamente rappresentata dai suoi esponenti più qualificati. Se è vero che in ogni Chiesa locale, sebbene piccola e povera, è presente Cristo, per virtù del quale si raccoglie la Chiesa una, santa, cattolica ed apostolica,[4] quanto più questo può essere detto di questa Chiesa romana, alla quale guardano tutte le altre Chiese come a quella « che presiede nella carità ».[5]

Questa prerogativa, tuttavia, comporta anche il dovere della esemplarità nella vita cristiana a beneficio di tutta la Chiesa di Cristo, vivente ed operante nelle varie comunità o Chiese particolari sparse in tutto il mondo. Ecco, perciò, l'intendimento che ha presieduto all'elaborazione di questa nostra Costituzione : per ravvivare la vita cristiana di Roma, dare all'organo di governo pastorale della diocesi nuova efficienza, in sintonia con le mutate esigenze dei tempi presenti, pur senza venir

[2] Cfr. Const. Apost. *Romano Pontifici eligendo: A.A.S.* 67 (1975), p. 609.

[3] Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 26, 3.

[4] Cfr. Const. dogm. de Ecclesia *Lumen gentium,* n. 26, 1.

[5] Cfr. S. Ignazio di Antiochia, *Epistola ai Romani,* Inscr.: *Patres Apostolici,* I, ed. P. X. Funk, 1901[2], p. 253.

meno ad una doverosa fedeltà alle gloriose e collaudate tradizioni del passato.

Per facilitare comunque l'esatta comprensione dello spirito, oltre che della lettera, delle nuove disposizioni, vorremmo subito precisare che esse devono essere lette, avendo presente il denominatore comune, che le anima : ed è quello della fiducia e della stima. Fiducia e stima per la persona del Cardinale Vicario e dei suoi Vescovi ausiliari, fiducia e stima per i diversi Organi della Curia diocesana, per i Parroci e i loro Coadiutori, per gli operatori di pastorale religiosi e laici, per le organizzazioni diocesane e parrocchiali. Il Papa ha fiducia nei suoi Collaboratori : questo è ciò che vogliamo innanzitutto riaffermare.

Sulla base di questa ispirazione di fondo, quali sono stati i criteri principali che hanno orientato l'elaborazione della nuova disciplina? Essi possono essere succintamente così formulati :

a) mettere in più chiara luce il naturale legame che esiste tra la persona del Papa, Vescovo di Roma, e la sua Diocesi, con la conseguente necessità della comunione dottrinale e pastorale con lui di tutta la comunità diocesana, specialmente di coloro che sono chiamati a collaborare nell'attività apostolica ;

b) precisare la partecipazione di tutte le componenti della comunità diocesana al lavoro pastorale secondo le prescrizioni conciliari e postconciliari ; stimolarne una coordinata attività, mediante un costante collegamento con la Curia diocesana; definire i modi della collaborazione di Sacerdoti, Religiosi e laici a questo scopo ;

c) assicurare il coordinamento dell'attività della Curia diocesana in ordine ad un unitario lavoro pastorale ;

d) riordinare i Tribunali del Vicariato secondo criteri di funzionalità e di adeguamento alla peculiare condizione della Diocesi di Roma ;

e) stimolare l'impegno di tutta la comunità diocesana nell'animazione cristiana della vita della Città di fronte ai pericoli della decadenza religiosa e morale della popolazione tanto varia e aumentata, e ai bisogni crescenti di assistenza spirituale e culturale delle nuove generazioni;

/) coordinare le iniziative di promozione umana con quelle varate in sede civile, nel rispetto dovuto, secondo i principi cristiani, a coloro che sono investiti di autorità e nel doveroso contributo al bene comune, perseguito nell'ambito a ciascuno proprio.

Queste, in breve, le grandi linee ispiratrici della riforma. Noi vi preghiamo di considerarle con animo aperto e di disporre la mente e il cuore ad accoglierne volenterosamente la traduzione concreta, così come essa viene proposta nella normativa della Costituzione. Siamo convinti che da una loro intelligente e concorde attuazione potrà derivare un efficace rilancio dell'iniziativa pastorale nella nostra Chiesa locale, a beneficio di questa Città, che il sangue dei martiri e la testimonianza eroica di numerosissimi santi hanno reso gloriosa di fronte al mondo.

Noi invochiamo il divino Spirito perché anche in questa circostanza si degni di effondere l'abbondanza dei suoi doni sulla nostra Chiesa, portandoci ad una sempre più viva esperienza della comunione di grazia, che in Cristo ci lega e ci sospinge verso un impegno rinnovato di zelo operoso.

Intercedano per noi i beati Apostoli Pietro e Paolo, che su questa terra e sotto questo cielo son nati, attraverso il loro glorioso martirio, alla vita senza fine del Paradiso ; ci sia accanto San Giovanni Battista, alla cui memoria si intitola la Basilica, che ci vede oggi raccolti; e soprattutto si chini su di noi con sguardo materno Colei, che è qui di casa, essendo questo Tempio dedicato anche al suo divin Figlio, il Salvatore del mondo, Maria che la nostra gente ama invocare con l'appellativo tradizionale di « salvezza del popolo romano ». Sotto la sua protezione noi poniamo questa nostra iniziativa pastorale, a lei chiedendo che ne favorisca la fruttificazione benefica, a gloria di Dio e a vantaggio delle anime.

VI

Ad Exc.mum Virum Felicem Standaert, Belgicae Nationis apud Sedem Apostolicam liberis cum mandatis Legatum, demandati muneris testes Litteras tradentem Summo Pontifici. *

Monsieur l'Ambassadeur,

Nous vous remercions vivement des aimables paroles que vous venez de Nous adresser en présentant les Lettres qui vous accréditent auprès de Nous comme Ambassadeur extraordinaire et plénipotentiaire de Sa Majesté le Roi des Belges.

Votre Excellence vient de rappeler dans quelles perspectives Elle

* Die 10 m. ianuarii a. 1977.

situe la mission qu'Elle vient de recevoir. Votre pays possède, en effet, une riche tradition à la fois culturelle, politique et sociale, qui lui assure une place de choix au sein des nations éprises de justice et de progrès, et soucieuses d'oeuvrer efficacement à la construction d'un monde qui est encore à la recherche de son avenir.

Dans cet effort vers plus de justice et de concorde dans les rapports humains à leurs divers niveaux, l'Eglise, qui n'a pas d'autre but spécifique que le service de l'Evangile du salut, remplit elle aussi un rôle original. Rappelant sans cesse le primat des valeurs éthiques et spirituelles, elle est heureuse de collaborer avec tous ceux, personnes et organismes, qui s'inspirent de ce même idéal. Nous savons que nos Fils de Belgique, qui tiennent une place si importante dans la vie de leur pays, s'efforcent de puiser les orientations de leur action aux sources mêmes de leur longue tradition religieuse, afin de répondre à leur vocation et de contribuer au service de leur communauté nationale et de la communauté humaine.

Nous formons, Monsieur l'Ambassadeur, les voeux les meilleurs pour vous-même, en ce jour où Nous avons le plaisir de vous accuellir, et Nous vous souhaitons un heureux accomplissement de votre importante mission. Il Nous est aussi particulièrement agréable de vous confier le soin de transmettre à Sa Majesté le Roi des Belges et à Sa Majesté la Reine notre salut respectueux et cordial, ainsi que nos souhaits pour la prospérité du cher Peuple de Belgique.

SS. CONGREGATIONUM

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

DECRETUM

ROMANA **SEU** CORDUBEN.

Canonizationis Beatae Raphaëlae Mariae a S. Corde Iesu, fundatricis Congregationis Ancillarum S. Cordis Iesu.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Ex quo Caelitum honores Beatae Raphaëlae Mariae a S. Corde Iesu, Congregationis Ancillarum S. Cordis Iesu fundatrici, die 18 mensis Maii a. 1952 in Petriana Basilica Vaticana decreti sunt, devotio erga eam magnis incrementis est aucta, atque pecrebruit et fama de pluribus beneficiis, mir acuii quoque praebentibus speciem, eius apud Deum intercessione obtentis, quae veluti superna signa visa sunt ad Causam usque ad canonizationem prosequendam. Hinc factum est ut, instantibus Causae actoribus multisque Sacrorum Antistitibus, ipsius Beatae canonizationis Causa fuerit resumpta, Pio Papa XII probante, die 21 Aprilis anno 1953.

Ex diversis, quae mirae ferebantur, sanationibus, duae propositae sunt a Causae actoribus Apostolicae Sedis iudicio, ut Causa ipsa canonizationis rite instrui valeat.

At vero unius et alterius sanationum disceptatio non eundem felicem sortita est exitum. Siquidem super altera earum Medicum Consilium Sacrae huius Congregationis pro Causis Sanctorum non eam, quam lex exigit, suffragationem edidit circa praeternaturalem sanationis

indolem. Quapropter ipsimet Causae actores ab ulteriore eiusdem sanationis discussione sponte destiterunt.

Prior vero sanatio, quae mirum in modum contigit, prouti certis argumentis plenisque probationibus probatum est, dominam respicit Mariam ab Incarnatione García Gallardo, triginta et duos annos natain urbemque Huelvam inhabitantem; ipsa enim medicis curationibus per decem ferme annos incassum habitis, per solam Beatae Mariae Raphaëlae a S. Corde Iesu invocationem a struma nodoso tyroideo (vulgo (i gozzo »), die 30 mensis Ianuarii anno 1973, omnino convaluit.

Hac super mira sanatione adornatus est apud Curiam ecclesiasticam Huelvensem, anno 1974, Apostolicae Sedis auctoritate processus, de cuius iuridica forma et validitate decretum exiit die 15 Novembris a. 1974 Sacrae huius Congregationis. Consilium autem Medicum ipsius S. Congregationis pro Causis Sanctorum, severo examini subiectis depositionibus tum testium in processu auditorum, tum medicorum a curatione, ab inspectione et ex officio deputatorum, praeter naturae vires praefatam sanationem evenisse affirmavit die 24 mensis Septembris anno 1975.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, eadem asserta mira sanatio ad examen vocata est prius in Congressu, qui dicitur, Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum, die 1 mensis Iunii anno hoc 1976 coadunato; deinde, die 13 subsequentis mensis Iulii, in Coetu Plenario Patrum Cardinalium, relatore seu ponente Rev.mo Cardinali Petro Palazzini. De quibus omnibus peractis certior est factus Summus Pontifex, die 5 Augusti insequentis mensis per subscriptum Praefectum Sacrae Congregationis. Et eadem Sanctitas Sua vota Patrum Cardinalium rata habens, ut Decretum super mira eadem sanatione rite appararetur, mandavit; concessitque insimul, instantibus enixe Causae actoribus, dispensationem super praescripto canonis 2138 § 1 Codicis Iuris Canonici, ita ut ad sollemnem eiusdem Beatae canonizationem uno dumtaxat miraculo rite agnito et approbato quandocumque celebrandam deveniatur.

Hodierno tandem die Beatissimus Pater Paulus VI ad se accivit Cardinales infrascriptum Praefectum atque Petrum Palazzini, Causae ponentem seu relatorem, meque Antistitem a Secretis S. Congregationis pro Causis Sanctorum ceterosque de more convocandos, iisque adstan-

tibus edixit: *Constare de uno miraculo a Deo patrato, Beata Maria Raphaela a S. Corde Iesu intercedente, nimirum de instantánea, perfecta atque constanti sanatione dominae Mariae ab Incarnatione García Gallardo a struma nodoso dexteri lobi tyroidei.*

Hoc autem Decretum publicis iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri iussit.

Datum Romae, die 13 Novembris a. D. 1976.

CONRADUS Card. BAFILE, *Praefectus*

L. « S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Venerdì, 7 Gennaio 1977, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Udienza ufficiale, per la presentazione delle Lettere Credenziali, S. E. don ANGEL SANZ BRIZ, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Spagna presso la Santa Sede.

Lunedì, 10 gennaio 1977, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Udienza ufficiale, per la presentazione delle Lettere Credenziali, S. E. il Signor FELIX STANDAERT, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Belgio presso la Santa Sede.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Paolo VI ha nominato:

Assistente al Soglio Pontificio:

7 luglio 1976. S. E. Mons. Fulton J. Sheen, Arcivescovo titolare di Newport.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

3 dicembre 1976. S. E. Mons. Alexandre do Nascimento, Vescovo di Malanje, *Membro della S. Congregazione per V Evangelizzazione dei Popoli.*

Protonotari Apostolici soprannumerari:

10 luglio 1976. Mons. Schmenk Gilbert F. (Vichita).
17 » » Mons. Drouillet Henry A. (Beaumont).
27 agosto » Mons. Janik Emil (Passau).

Prelati d'Onore di Sua Santità:

13 giugno 1976. Mons. Miller James (Juneau).
17 luglio » Mons. Burlton Francis Hayden (Beaumont).
» » » Mons. Enderle Marvin Frank (Beaumont).
» » » Mons. Enderle Martin Nester (Beaumont).
» » » Mons. Perusina Nicholas John (Beaumont).
» » » Mons. Rabroker George F. (Beaumont).

22	luglio	1976.	Mons. Arena Filippo (Palermo).
»	»	»	Mons: Sarullo Michele (Palermo).
23	»	»	Mons. Allen John Norman (S. Francisco, Cal.).
»	»	»	Mons. Butler William Joseph (S. Francisco, Cal.).
»	»	»	Mons. Dwyer John Thomas (S. Francisco, Cal.).
»	»	»	Mons. Farrell Thomas Joseph (S. Francisco, Cal.).
»	»	»	Mons. Fitzpatrick Joseph Aloysius (S. Francisco, Cal.).
»	»	»	Mons. Fitzsimon Michael Joseph (S. Francisco, Cal.).
»	»	»	Mons. Kennedy Thomas Ignatius (S. Francisco, Cal.).
»	»	»	Mons. Kenny John Joseph (S. Francisco, Cal.).
»	»	»	Mons. Lacey Francis Aloysius (S. Francisco, Cal.).
»	»	»	Mons. Walsh Daniel Francis (S. Francisco, Cal.).
10	agosto	»	Mons. Campion John J. (S. Diego).
»		»	Mons. Flynn Michael (S. Diego).
»		»	Mons. Hanley Andrew William (S. Diego).
»		»	Mons. O'Neill Patrick (S. Diego).
		»	Mons. Prendergast Thomas (S. Diego).
		»	Mons. Bhatigan John (S. Diego).
		»	Mons. Verhoeven John J. (S. Diego).
»		»	Mons. Young Charles P. (S. Diego).
»		»	Mons. Gallagher John P. (Scranton).
18		»	Mons. Haughey James (Dromore).
		»	Mons. Hohenester Eduard (Passau).
»		»	Mons. Huber Joseph (Passau).
»		»	Mons. Neun Franz Xavier (Passau).
»		»	Mons. Teichtweier Georg (Passau).
27		»	Mons. Sommer Johannes (Passau).
29	settembre	»	Mons. Diñan Edward F. (Denver).
		»	Mons. Fisher David (Greensburg).
»	»	»	Moris. Shuda Robert (Greensburg).
1	ottobre	»	Mons. Bassett Ernest Thomas (Westminster).
»	»	»	Mons. Hanion John B. (Dunkeid).
»	»	»	Mons. Kanyi Giov. Battista (Kampala).
7	»	»	Mons. Schwanke Josef (St. Pölten).
22	»	»	Mons. Duncan John C. (Lafayette).
»	»	»	Mons. Higi William L. (Lafayette).
26	»	»	Mons. Biasiotto Vincenzo (Chiavari).
»	»	»	Mons. Cavallero Roberto (Chiavari).
»	»	»	Mons. Negri Ferdinando (Chiavari).
»	»	»	Mons. Sanguinetti Giulio (Chiavari).
10	novembre	»	Mons. Arahill Brian (Auckland).
»	»	»	Mons. Coulter James A. (Derry).
»	»	»	Mons. Felini Franco (Lodi).
»	»	»	Mons. Giani Leone (Pescia).
»	»	»	Mons. Savaré Giacomo (Lodi).
12	»	))	Mons. Ojea Rodríguez Claudio (Pinar del Rio).
29	»	»	Mons. De Nittis Francesco (Vieste).
»	»	»	Mons. Rapisarda Alfio (Catania).
»	»	»	Mons. Tabet Paolo (Baalbek).

3	dicembre	1976.	Mons. Meriggi Libero (Tortona).
11		»	Mons. *Bulaitis Giovanni (Kaisiadorys).
»		»	Mons. Zur Giorgio (Eresiavia).
21		»	Mons. Del Giorno Vittorio (Istanbul).

Cappellani di Sua Santità:

10	luglio	1976.	II	sac. Arencibia Leal Armando (S. Cristóbal de La Habana).
»	»	»	II	sac. De Céspedes Carlos Manuel (S. Cristóbal de La Habana).
	»	»	II	sac. Gonzalez Rolando (S. Cristóbal de La Habana).
»	»	»	II	sac. Pérez Várela Angel (S. Cristóbal de La Habana).
»	»	»	II	sac. Petit Vergel Alfredo (S. Cristóbal de La Habana).
17	»	»	II	sac. Marceaux Sydney Joseph (Beaumont).
»	»	»	II	sac. Ray Greig Kenneth (Beaumont).
10	agosto	»	II	sac. Gölles Giuseppe (Graz-Seckau).
»	»	»	II	sac. Hammer Luigi (Graz-Seckau).
27	»	»	II	sac. Danner Georg (Passau).
	»	»	II	sac. Doppelberger Alois (Passau).
»	»	»	II	sac. Jaitner Heribert (Passau).
»	»	»	II	sac. Kaspez Friedrich (Passau).
»			II	sac. Kohlbauer Joseph (Passau).
			II	sac. Krallinger Joseph (Passau).
	»	»	II	sac. Pettirsch Gerhard (Passau).
»	»	»	II	sac. Rossmaid Joseph (Passau).
28	settembre	»	II	sac. Phamhofer Giovanni (Graz-Seckau).
1	ottobre	»	II	sac. Gabel Herbert (Friburgo-Br.).
»	»	»	II	sac. Ruf Norbert (Friburgo-Br.).
7	»	»	II	sac. Allegretti Pietro (Carpi).
	»	»	II	sac. Catellani Renzo (Carpi).
			II	sac. Marchetto Alessandro (Carpi).
»	»	»	II	sac. Rossi Romano (Carpi).
22	»	»	II	sac. Rota Donato (Castellaneta).
»	»	»	II	sac. Wang-Lu Giuseppe (Tsinam).
io	novembre	»	II	sac. Biagini Franco (Pescia).
»	»	»	II	sac. Jakobi Paul Wilhelm (Paderborn).
	»	»	II	sac. Vogt Carlo Giuseppe (Essen).
12	»	»	II	sac. Lara Gutiérrez Marcelo Rolando (Pinar del Rio).
»	»	»	II	sac. Machado y Garcia Juan Manuel (Matanzas).
13	»	»	U	sac. Zilla Luigi (Tursi-Lagonegro).
17	»	»	II	sac. Ruggia Luigi (La Spezia).
19	»	»	II	sac. Flash Wolfgang (Vienna).
»	»	»	II	sac. Knotzinger Konrad (Vienna).
»			II	sac. Nedbal Johann (Vienna).
»	»	»	II	sac. Schwarzenberger Rudolf (Vienna).
29	»	»	II	sac. Sandri Leonardo (Buenos Aires).
	»	»	II	sac. Gonzalez-Agapito Jaime (Barcelona).
»	»	»	II	sac. Zurbriggen Stephan (Sion).

30	**novembre**	**1976.**	**Il sac. Navarro Ruiz Francisco (Sevilla).**
			Il sac. Palla Virgilio (Genova).
			Il sac. Pallone Marino (Roma).
			Il sac. Viola Giuseppe (Genova).
	dicembre		**Il sac. Barca Lino (Tortona).**
			Il sac. Ceveriati Agostino (Tortona).
			Il sac. Scappini Giuseppe (Tortona).
			Il sac. Callegaris Rino (Tortona).

NECROLOGIO

20	**dicembre**	**1976.**	**Mons. Richard Oliver Gerow, Vescovo già di Natchez-Jackson** *(U.S.A.).*
»	»	»	**Mons. James Hagan, Vescovo già di Makurdi** *(Nigeria).*
21	»	»	**Mons. Gabriel Champagne, Vescovo già di Tamale** *(Ghana).*
»	»	»	**Mons. Paul Mazé, Vescovo già di Papeete** *(Iles Tahiti).*
29	»	»	**Mons. Joseph Zimmermann, Vescovo tit. di Cerinia, Ausiliare di Augsburg** *(Deutschland).*
4	**gennaio**	**1977.**	**Mons. Vasco Séirécov, Vescovo di Nicopoli** *(Bulgaria).*
7	»	»	**Mons. Henri Vion, Vescovo già di Poitiers** *(France).*
12	»	»	**Mons. James Edward Kearney, Vescovo già di Rochester** *(U.S.A.).*
17	»	»	**Mons. José Dalvit, Vescovo tit. di Munaziana, Ausiliare di Belo Horizonte** *(Brasil).*

An. et vol. LXIX 28 Februarii 1977 N. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: **Palazzo Apostolico - Città del Vaticano** — *Administratio:* **Libreria Editrice Vaticana**

ACTA PAULI PP. VI

LITTERAE DECRETALES

Beato Olivario Plunkett, martyri, Sanctorum honores decernuntur.

Cnristi splendor cum errorum depulisset tenebras ex Hibernia insula, ducente scilicet agenteque Sancto Patricio ipso Fidei Patre Hibernorum, providentissimus Deus complures deinceps filios confessores excitavit ac virgines filias eiusdem spiritalis parentis, quorum quidem tum agmen longissimum tum clarissimum nomen Hiberniae impetravit titulum « Insulae Sanctorum nec non Doctorum ». Quod autem nulli inter eos diu inveniebantur martyres quorum sanguine iactum semen irrigaretur, nihil eo impediebatur tam admirabile incrementum. Solum mille post annis decretum sapientia divina est ut adeo salutaris effunderetur fluvius cum vexationum religiosarum turbines Hibernos involvissent eorumque fidem periclitarentur. Omnibus vero qui sic ad patiendum destinati sunt propter Christi nomen ac suam erga Sedem Petri fidelitatem ille antecedit Olivarius Plunkett Archiepiscopus Armachanus et Hiberniae Primas sub cuius figura hodie veneratur Ecclesia speciem Boni Pastoris qui decem per difficillimos annos Christi gregem indefatigabili studio ac magnanimitate paverat deindeque Ipsius secutus est exemplum qui animam suam pro ovibus posuerat suis (cf. *Io.* 10, 11). Colens igitur eum Ecclesia Deo vicissim gratias habet quod in hoc ipso viro alliciens vehementer praebuit exemplum fidei profundae ac singularis omnino fortitudinis, quodque ita lucide nobis aperuit eiusdem animum cotidianis muneribus deditum, voluntatem a mundi illecebris et minus periculosa vitae ratione propter Dominum aversam, immo-

tum obsequium erga Apostolicam Sedem, veniam propriae mortis auctoribus datam secundum Magistri divini formam : « Pater, dimitte illis ...)) *(Lc.* 23, 34). Et, quem ad modum is suo tempore nitens sedulo laborabat ut pax inter populum suum conciliaretur, ita Nos, dum Caelitem Sanctum hodie illum renuntiamus, magna spes tenet ipsum pariter coram solio gratiae divinae valide deprecando^ tandem consecuturum ut mutua perimatur fratrum caedes quae lacerat populum Nobis tam earum.

Kalendis Novembribus anno millesimo sexcentésimo vicesimo quinto in Hibernia natus Olivarius Plunkett in municipio est Loughcrew appellato, quod hoc tempore pertinet ad Veteris Castelli paroeciam dioecesis Midensis circiter quinquaginta passuum milibus ab urbe Dublino. Stirps eius inter praestantiores numerabatur earum quae ex Anglis et Normannis ortae erant Hiberniam occupantibus ad extremum saeculum duodecimum ; patrem habebat Ioannem Plunkett, dominum sive « toparcham » Loughcrew, matrem vero Thomasiam Dillon. Ex quo Regina Elizabeth I regnare coeperat, institutio Catholica magnis poenis in Hibernia vetabatur. Ideo puer Olivarius privatim erudiendus patrueli suo Patricio Plunkett datus est, qui abbas erat coenobii Sanctae Mariae Dublini ac postmodum episcopus Ardachadensis (MDCXLVII-MDCLXIX) et Midensis (MDCLXIX-MDCLXXIX). Anno MDCXLI exarsit dimicatio religiosae libertatis in Hibernia et Pontifex Maximus Urbanus VIII uti legatum peculiarem ad Foederationem Catholicam Kilkeniam misit Petrum Franciscum Scarampi, sodalem Oratorii Sancti Philippi Nerii. Anno dein MDCXLV Summus Pontifex Innocentius X creavit Ioannem Baptistam Rinuccini, qui erat Archiepiscopus Firmanus, Nuntium Extraordinarium. Duobus post annis hic revertit Romam secumque reduxit adulescentes quinque studiis ibidem sacerdotalibus destinatos, inter quos ipsum Olivarium Plunkett. Hic quidem non multo post adventum in urbem, scilicet mense Maio anno MDCXLVII, receptus est in Collegium Hibernum, quod viginti annis ante conditum erat Romae a Cardinali Ludovico Ludovisi. De eius vero discipuli vita testimonium singulare proditum memoriae est ab eiusdem Collegii rectore aequali qui adsiduam Olivarii operam extollit navatam philosophiae et theologiae ac numerorum scientiae, ob quam primus eminuit ex omnibus curriculi sui sociis apud Collegium Romanum Societatis Iesu; idem praeterea documentum testatur morum ipsius integritatem et honestatem, pietatem quoque et urbanitatem constantem. Ianuariis tandem Kalendis anno MDCLIV in sacello Collegii Urbaniani de Propaganda fide auctus est sacerdotio ab

Antonio MacGeoghegan, Episcopo Cluanensi, qui ex vexatione religiosa Cromwellii Romam profugerat. Petivit autem novensilis sacerdos a moderatoribus suis ut Romae permanere sibi liceret donec insectatorum furor resedisset. Tres itaque annos degit cum sodalibus Oratorii apud aedem Sancti Hieronymi a Caritate, quibuscum etiam ministerium sacrum communicavit fungens curionis infirmorum munere in valetudinario a Sancto Spiritu ; eodem tempore dedidit se iuris canonici et civilis studio apud Universitatem Sapientiae sub celebris doctoris Mariscotti ductu. Novembri mense anno MDCLVII ipse constitutus est theologiae sacrae praeceptor in Collegio Urbaniano de Propaganda Fide ubi duodecim annos deinceps magno cum fructu docendi officium explevit itaque effecit ut academica eiusdem Collegii excellentia duplicaretur. Illud etiam per tempus se praestitit Sacrae Congregationis Indicis consultorem nec non procuratorem apud Sanctam Sedem plurium Hiberniae Praelatorum. Sic igitur contigit ut in urbe Roma, quae sanctorum martyrum memoriis abundabat, intimus appulsus Sancti Ignatii et Philippi Nerii admixtus missionalibus Collegii de Propaganda Fide propositis sublimibus conformavit futuri pastoris martyrisque animum cui providens Deus reservaverat nempe summi ponderis munus. Eidem propterea bonorum Largitori referendae grates pro exemplo hoc Olivarii discipuli et sacerdotis et magistri theologiae qui numquam non sibi praefinivit optimas species operis et caritatis erga homines curis suis concreditos. Cum ad Hiberniae litus appulit Olivarius Cromwellius mense Augusto MDCXLIX, paene omnes Hiberniae sedes suum quaeque habuerunt episcopum. Tribus vero annis exactis, cum dominatus Cromwellii iam ubique esset firmiter stabilitus, unus dumtaxat superavit pastor qui idcirco tolerabatur quod infirmus iam brevique moriturus putabatur. Tres quidem episcopi illata per scelus morte perierant ac reliqui maximam partem perfugerant ad Catholicorum nationes Europae. Conabantur interea singuli sacerdotes et parochi inter populum suum perstare, clam videlicet Eucharisticum Sacrificium agentes et Sacramenta dispensantes. Fere viginti sic annos tota Hibernia caruit praesentibus actuosisque sacrorum Antistitibus quamquam ad breviora tempora nonnulli secreto remigrare potuerunt. Denique tandem hierarchiae partim saltem restitutae praefecit Pontifex Maximus Clemens IX ipsum Olivarium Plunkett quem simul creavit archiepiscopum Armachanum totiusque Hiberniae Primatem. Ineunte autem decem annorum ministerio complures difficultates et quaestiones manebant novum Primatem. In multis enim provinciae Armachanae dioecesibus erant interea

factiones ac lites exortae de ipsa iurisdictione, cum legitimi communitatum duces desiderarentur ; illud praesertim fiebat post mortem episcopi alicuius procul in exsilio vita functi. Omnem igitur scientiam suam iuris ac legum omnemque fortitudinem et auctoritatem conferre debebat Olivarius Plunkett ad pacem intra gregem suum confirmandam. Praeterea multorum sacerdotum mores in dedecus erant prolapsi. Istis vero in rerum adiunctis Archiepiscopus Plunkett nihil omnino temporis amisit; nam peractis sine mora duabus synodis ex more in propria dioecesi Armachana is congregari iussit universae provinciae synodum in urbe « Clones » ac deinde eodem autumno praesens ipse invisit sex dioeceses. Milleni Christifideles — tum iuvenes tum senes — undique ad illum concurrebant ut confirmationis reciperent sacramentum utque novi Archiepiscopi verba perciperent, quibus videlicet tanta spes et animi constantia pro priore desperatione instillaretur. Interdum post longiores confirmationis sacrae ritus aegre valebat pedibus recte consistere. Porro dum tale visitandi officium explet Archiepiscopus attendebat etiam rationem liturgiae sacrae celebrandae, quo maius ad Catholicorum ritus accederet decus in ea natione ubi plura penes non catholicos erant templa. Vehementer etiam dolebat hic apud Collegium de Propaganda Fide quondam praeceptor haud idoneas praesto esse facultates sedesque institutionis pro clero et populo suo. Publicatis enim bonis et agris cunctis, non poterant Hiberni fideles iam mittere filios ad scholas catholicas exterarum gentium; praeterea ipsa pastoralis necessitas imperabat ut plures initiarentur sacerdotes minimis tantum disciplinarum elementis domi infecti. Audacissimum igitur cepit Olivarius Plunkett consilium ut nempe schola conderetur intra suae archidioecesis fines et quidem in urbe Drogheda, quae altera tunc erat a maxima Hiberniae civitate. Inibi ut praeessent et docerent rogavit Patres Societatis Iesu. Mox exinde accidit ut Catholici adulescentes ac sacerdotes iuniores de tota provincia instituerentur ab eisdem peritis magistris; quin immo, quod vix credebatur, ipsi etiam cives non catholici istius regionis coeperunt liberos suos in eo instituto erudiendos curare catholico, quod solum eius modi palam administrabatur in omni natione.

Quod autem Archiepiscopum sic licebat opus renovationis per provinciam Ultoniae persequi atque etiam publicam scholam Catholicam ibi constituere, acceptum referendum erat amicitiae cuiusdem necessitudini quam is cum auctoritatibus non catholicis, tam civilis quam ecclesiastici ordinis, contraxerat tempore maioris indulgentiae quod productum est usque ad annum MDCLXXIII. Noscebatur uti homo moderatus

et religiosis suis munibus dicatus et ab omnibus studiis politicis plane alienatus. Sciebat ancipitia quidem esse tempora ideoque bonis oportere uti occasionibus quandiu offerrentur. Pacis in provincia turbatae causa perpetua erant sic dicti « Tories » vel « Raparees », filii id est Hibernorum opibus propriis destitutorum qui cum terrarum publicationi mordicus reniterentur victum sibi conspirantes corrogabant populandis ipsis incolis. Rogatu autem fratrum praelatorum Archiepiscopus obviam processit grassatoribus illis quibuscum colloquens in eorum latibulo explicavit quae tandem pericula animae et corporis importaret talis agendi via eosque hortatus est ut arma abicientes veniam ea condicione acciperent ut patriam desererent. Propter felicem illius admonitionis eventum potuit ipse Augusto mense MDCLXXI Sanctae Sedi nuntiare pacem sua in provincia conglutinatam esse ; « faxit Deus » — precabatur — « ut ita sit etiam posthac ». Ex negotiis pastoralibus suis quamvis plurimis et gravissimis eripere satis tamen valebat temporis Archiepiscopus ut commercium epistularum crebrum frequentaret cum Apostolica Sede. Tot enim annos Romae commorans asciverat sibi fidelitatem amoremque magnum erga Petri Sedem, quocirca sacrum quoddam officium esse censebat ut ipsa certior continenter fieret de actione et condicione Ecclesiae in Hibernia. Paene ducentae exstant epistulae, quas ille per Internuntium Bruxellensem misit ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide. Epistulare autem opus illud consumebat exiles iam facultates Archiepiscopi qui ut egentissimi populi Primas ipse pauperrimus erat. Ad extremum annum MDCLXXIII Senatus Londinensis firmiter refragari coepit et obstare Regis Caroli II consiliis quibus nempe ut maior libertas Catholicis Britanniae et Hiberniae attribueretur perficere cogitabat. Inde accidit nimirum ut nova vexatione Episcopi cogerentur de patria iterum recedere. Fixum tamen et statutum pridem erat Archiepiscopo Plunkett quid faceret : permanere decreverat donec obtorto funibus collo ad navem pertraheretur. Sic Ianuario mense MDCLXXIV oportuit eum domo per nives aufugere in silvas et montes. Quo tempore scripsit : « Vere dici potest fuga nostra facta esse hieme ac sabbato *(Mt.* **24, 20), hoc est die Dominico et festo Cathedrae Sancti Petri. Laus Deo qui nobis permisit ut pro Sancti Petri Cathedra pateremur ipso illo die sacro Cathedrae super petram aedificatae** *(Mt.* **16, 18) quae exopto ut vim denique perfringat horum procellosorum fluctuum ». Tempestas certe paulatim remisit et postquam sex menses delituit Archiepiscopus valuit rursus ministerium suscipere attamen multo cautius et prudentius quam ante. Anno tandem**

MDCLXXViii licuit ipsi denuo congregare synodum provinciae in urbe « Ardpatrick ». Cum postmodum perlustrabat dioecesim Cluanensem cognoscebat Londini deprehensam esse coniurationem quam dicunt papistarum. Nulla illa Catholicorum coniuratio in regem idcirco conficta est ut nomen catholicum laceraretur neve, si fieri posset, heres solii regalis catholicus, Iacobus Dux Eboracensis, succedere sineretur, qui nihilominus Eex evasit anno MDCLXXV. Ut autem aliquod pondus et momentum haberet mendacium istud coniurationis, necesse fuit auctoribus eius publica instituere iudicia accusatorum qui palam punirentur et de quibus incredibilia vulgo proferrentur testimonia. Postremus itaque talium falso accusatorum fuit ipse Archiepiscopus. Circiter annum integrum impedire is potuit ne comprehenderetur sed mense Decembri MDCLXXIX strenue conquisitus est ac demum revera captus. Quamquam nihil criminis inventum erat inter scripta et opera illius, mentita tamen indicia contra eum colligebantur quibusdam auxiliantibus sacerdotibus dioecesanis ac religiosis, quorum profligatos quidem mores Archiepiscopus censor quondam notaverat et vituperaverat. Septem in carcere mensibus traductis denique vocatus est in ius apud « Dundalk » et laesae maiestatis accusatus ; verum nullius istic comparentibus accusatoribus nullum actum est iudicium. Octobri mense anno MDCLXXX Londinum translatus est ad Novae Portae carcerem et Iunio mense anno sequenti rursus in iudicium tractus. Rerum autem adiuncta alia prorsus eum circumdabant : nec Archiepiscopus nec ipsius accusatores iuratis iudicibus noti erant et in eadem urbe animus percrebruerat Catholicis infestissimus. Testes praeterea quos Archiepiscopus ex Hibernia acciverat quique patefacturi erant veram accusatorum eius indolem sero pervenerunt nec sunt ullo modo auditi. Constantissime redarguebat ille maiestatis crimen at se catholicum Archiepiscopum esse apertissime arguebat. Cum ergo inevitabilis de eo lata esset sententia mortis per suspendium distractionem et concisionem, Archiepiscopus ex medio proclamavit iudicio : « Deo gratias ! ».

Martyrii gratia quam Deus illi impertiverat liquido ex epistulis effulget quas novissimis duabus vitae hebdomadibus conscripsit dum mirabili quadam animi tranquillitate atrocissimam praestolatur necem. Ad iuvenem suum consobrinum et quondam scribam Michaelem Plunkett, sacerdotem apud Collegium Hibernorum in Urbe, per litteras ille confessus est se angi quod de impendente non angeretur cruciatu : ((At quomodo ego miserrimus homo tantae sum fortitudinis, cum Servator meus aliquando coeperit pavere et taedere factusque sit

sudor eius sicut guttae sanguinis *(31 c.* **14, 33;** *Lc. 22,* **44)? ... Arbitror metuendo et patiendo Christum meruisse ut egomet sine timore essem ». Addidit etiam propalam se fassum Archiepiscopum esse catholicum libenter eadem mori de causa exque animo iam ignoscere omnibus qui ad illam mortem quidquid contulerint. ((In singulos dies exspecto ut ad supplicii locum perducar ubi excisa viscera mea ante oculos meos comburentur caputque resecabitur. Cupio dissolvi et esse cum Christo** *(Phil.* **1, 23) ». Decem ipsis post diebus quam illa pronuntiata erant verba animam herois suam Deo reddidit Kalendis Iuliis anno MDCÎLXXXI in loco « Tyburn ». Mutuum dein corpus collegerunt pieque humaverunt, ut ipse petiverat, iuxta quinque alios ex Societate Iesu martyres priores ob istam coniurationem papistarum in sepulcreto Sancti Aegidii. Duo exinde transierunt anni et Maurus Corker religiosus Ordinis S. Benedicti ex Britannia qui cum Olivario Plunkett amicitiam in vinculis contraxerat, anno MDCLXXXIII reliquias martyris atque exuvias effodit et secum detulit ad coenobium « Lamspringe » in Germaniam. Caput vero ipsius Romam per tulit atque Cardinali Norfolk veteri Olivarii amico concredidit. Anno tandem MDCCCLXI Archiepiscopus Armachanus Hugo MacMahon in Hiberniam caput rettulit ubi ex eo tempore ad venerationem exponitur in oppido « Drogheda ». Immo Nos ipsi olim instar peregrinatorum sacrorum sacellum Martyris invisimus apud eandem civitatem. Interea anno MDCCCLXXXIII ceterae Olivarii reliquiae convenienter translatae sunt ex coenobio « Lamspringe » ad Benedictinorum abbatiam « Downside » in Britannia.**

Fama praeclarae Archiepiscopi mortis eiusque adiunctorum longe ac late diffusa est non tantum per Hiberniam ac Britanniam verum etiam per totam Europam continentem usque Romam praesertim. Quapropter Sacra Congregatio de Propaganda Fide rogavit anno MDCLXXXIV Archiepiscopum Armachanum, successorem videlicet martyris, et Cashe-liensem ut totam rem diligenter enarrarent. Archiepiscopus Casheliensis Ioannes Brenan, qui septem annos in Collegio Romano Hibernorum comes ac socius fuerat Olivarii Plunkett et collega ipsius apud scholam Collegii de Propaganda Fide nihil se dubitare nuntiavit quin Primatis mors fuisset veri martyris pro fide catholica. Negotium autem pendebat per totum tempus Legum Poenalium donec catholicum nomen in libertatem vindicatum est anno MDCCCXXIX cum melior aetas Hibernorum nationi illuxit. Numquam vero memoria martyris penitus interciderat. Profecto primae narrationes vitae illius medio saeculo undevicesimo edi sunt coeptae quarum optimum quidem opus Patricius Franciscus

Moran, postmodum Cardinalis Archiepiscopus Sydneyensis, emisit anno MDCCCLXi Romae ubi erat alter a Rectore Collegii Hibernorum. Ille scilicet interposuit descriptioni vitae ac mortis Olivarii Plunkett interpretationes epistularum ex tabulario Collegii de Propaganda Fide depromptarum. Anno MDCCCLXXIV inscriptum est nomen Olivarii Plunkett in indice martyrum qui pro fide in Britannia passi erant; qui index Romam transmissus est ut Beatificationis eorum causa aliquando aperiretur. Post duodecim annos die ix mensis Decembris MIX£CLXXXVI Pontifex Maximus Leo XIII censuit causam huius martyris institui una cum ducentis sexaginta aliis Dei Servis ex Britannia dummodo Olivarii Plunkett causa separatim ageretur. Die xvn mensis Martii MCMXVIII Benedictus XV P. M. promulgavit martyrii decretum Olivarii Plunkett exindeque sollemni is ritu in album Beatorum Caelitum relatus est die xxni mensis Maii MCMXX apud Petrianam Basilicam in Urbe. Circiter anno huius saeculi tricesimo praecipue post maximum Congressum Eucharisticum ex universis gentibus Dublini anno MCMXXXII celebratum exarsit magna pietas erga Olivarium Plunkett inter Hibernos domi ac foris. Bellum alterum universale cultum illum ad tempus interrupit sed ex domibus Hibernorum movebantur continenter preces ad Deum ut caelestia concederentur beneficia optatae canonizationi necessaria.

Interim causa redintegrata est die xxvn Iulii mensis MCMLI postquam constitit quaedam percepta esse dona Dei per illius Beati deprecationem. Anno demum MCMLVIII Neapoli in Italia evenit sanatio prodigiosa Dominae Ioannae Marchese de Martiriggiano, cuius pridem desperata erat vita, per Beati Olivarii invocationem. Haec enim quadragesimum quartum agens annum paritura iam brevi erat tertium filium cum uterus repente perruptus est et fetus interiit. Nonnullis post horis ipsa gravissime quidem aegrotans delata est ad valetudinarium « Clinica Mediterranea » appellatum quod tunc administrabant Sorores Hibernae ex Congregatione Missionariarum Medicarum Mariae quarum domus princeps sita est in ipsa urbe « Drogheda)) prope Olivarii Plunkett caput sacratum. Post meridiem eodem nempe xxxi Martii die MCMLVIII femina subiit sectionem chirurgicam a gynaecologo primario valetudinarii qui continuo renuntiavit nullam superesse sanationis spem ob profundas vesicae lacerationes. Auctore igitur et instigante Sorore C3abrini Quigley preces statim movere coeperunt Beato Olivario ut dominam illam ipse servaret quae cito obitura existimabatur. Postridie autem mane condicionem eius mirabiliter commutatam offenderunt;

tribus dein diebus iam omni periculo libera dicta est et post duas hebdomades ex valetudinario dimissa est usquequaque sanata. Hodie ex tali Dei beneficio vivit et viget.


Inter mensem Iunium MCMLXIX et Iunium MCMLXXII processus apostolicus peractus est in curia archiepiscopali Neapolitana quo in prodigiosam illam sanationem diligentissime est inquisitum; validitas iuridica processus confirmata est a Sacra Congregatione pro Causis Sanctorum die XII Ianuarii MCMLXXIII. Documenta medica luculenter commonstraverunt indolem eventus plane supernaturalem atque Consilium Medicum Sacrae Congregationis consensit agi reapse de miraculo. Nos recte certiores facti tum de illo iudicio tum de disceptatione totius rei apud Sacram Congregationem ediximus die ix Decembris MCMLXXIV sanationem Ioannae Marchese effectam esse vero miraculo a Deo impetrato, interveniente martyre Beato divario Plunkett. Praeterea instante causae postulatore qui partes sustinebat ipsius actoris, Venerabilis Fratris Nostri Villelmi Conway successoris Olivarii Plunkett in sede Armachana, concessimus ut alterum miraculum iure praeceptum transiliretur. Deinde mensis Decembris duodecimo die anno MCMLXXIV, cum celebraretur Sacrum Consistorium qued eo die ad Aedes Vaticanas convocaramus, Nos exceptis adstantium Patrum sententiis aliorumque qui soliti sunt his de rebus consuli constituimus ut die xn Octobris mensis anno Iubilari MCMLXXV martyr Olivarius Plunkett sollemniter inscriberetur in fastos Sanctorum. Itaque optatissimo illo die tandem illucescente Nos coram multitudine plus decem milium peregrinatorum Hibernorum una cum millenis aliis ex omni terrarum orbe, coram Cardinalibus et Episcopis plurium nationum ac praesertim coram Praelatis Curiae Romanae nominatimque administris Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, plurimisque fidelibus, perlibentes exaudivimus Venerabilem Fratrem Conradum Bafile, Archiepiscopum titulo Antiochenum in Pisidia, Pro-Praefectum eiusdem Congregationis, flagitantem ut Beatus Olivarius Plunkett rite pronuntiaretur Sanctus. Caelestis itaque regiae praesidio et adiumento expetito luceque item caelitus implorata per Sanctorum Litanias Nos denique sollemnia haec exprompsimus verba : « Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, beatorum apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatum Olivarium Plunkett Sanctum esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo

adscribimus, statuentes eum in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen ». In oratione autem sacra quae subinde secuta est docuimus Nos in hoc martyre Sancto Olivario Plunkett Ecclesiam concelebrare summam amoris testificationem, supremum modum christianae caritatis ostentare, incitare cunctos Hibernos ad pacem et conciliationem animorum secundum verba Domini Nostri : « maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam quis ponat pro amicis suis » *(Io.* **15, 13).**

Ceterum Decretales has Litteras sive nunc sive in posterum efficaces esse decernimus, ut suos effectus habeant, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duodecimo mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo quinto, Pontificatus Nostri tertio decimo.

Ego PAULUS Catholicae Ecclesiae Episcopus



Loco £g Plumbi

In Secret. Status tao., S16863.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

EPARCHIA APOSTOLICA IN FOEDERATIS AMER. SEPT. CIVITATIBUS

Exarchatus Apostolicus pro fidelibus ritus byzantini Melchitarum in Foederatis Americae Septemtrionalis Civitatibus ad Eparchiae gradum attollitur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum apostolicum officium Nostrum requirat, ut aptius in dies Christianorum fidelium coetibus consulamus, visum est Nobis omnino accipiendam esse sententiam Venerabilis Fratris Nostri S. R. E. Cardinalis Praefecti Sacrae Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus de Exarchatu apostolico pro fidelibus ritus byzantini Melchitarum, in Foederatis Americae Septemtrionalis Civitatibus degentibus, ad gradum Eparchiae attollendo. Ex quo enim haud ita pridem constitutus est, multum in eo incrementi catholicae res habuerunt, ita ut vel maiora in posterum exspectari iure possint. Audita igitur hoc super negotio etiam sententia Patriarchae Antiocheni Melchitarum, Episcoporum praeterea Conferentiae earumdem Civitatum atque Apostolici ea in Natione Delegati, auctoritate jostra decernimus ut Exarchatus apostolicus quem diximus ad gradum Eparchiae attollatur, titulo loci vulgo ((Newton, Massachusetts », pro omnibus fidelibus ritus byzantini Melchitarum, princeps seu eparchiale cuius templum erit sacra aedes ((Dominae Nostrae ab Annuntiatione », in loco vulgo « Rosindale » exstans. Sic conditam Eparchiam Apostolicae huic Sedi directo subicimus, firma Declaratione eiusdem Sacrae Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus, die xxv mensis Martii, anno MCMLXX, exarata de rationibus habendis cum Patriarchatu. Statuimus insuper ut eparchiales consultores deligantur,

qui sacro Praesuli consilio et auxilio assint; ut mensa eparchialis constituatur, quae a fidelibus sponte oblatis pecuniis efformabitur, statutis paroeciarum tributis et bonis ad eandem Eparchiam spectantibus. Iura denique et obligationes sive conditae Sedis sive sacri Praesulis aliaque id genus desumantur e Litteris Apostolicis « Cleri Sanctitati » de ritibus orientalibus deque personis agentibus, a canone 392 ad 526, decretis quoque servatis Concilii Vaticani II ceterisque Apostolicae Sedis praescriptis. Quae vero iussimus ad effectum rite perducantur deque absoluto negotio sueta documenta exarentur, ad Sacram Congregationem pro Ecclesiis Orientalibus mittenda.

Hanc Constitutionem Apostolicam nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duo de tricesimo mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo sexto, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

PAULUS Card. PHILIPPE
S. Congr. pro Ecclesiis Orientalibus Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco 83 **Plumbi**

In Secret. Status tab., n. 318975.

II

MARAVIENSIS

In Insulis Philippinis praelatura « Maraviensis » conditur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Temporibus autem nostris, multo maiora vindicantur : *Cum ...nostris diebus mulieres magis magisque partes activas habeant in tota societatis vita, magni momenti est amplior earum participatio etiam in variis campis apostolatus Ecclesiae.*[4] Haec a Concilio Vaticano iussa impulsum excitarunt, qui iam fructus suos edit : quae tamen varia experimenta maturitatem adhuc exspectant. Numerosissimae vero iam sunt hodie, ut etiam Paulus VI dixit,[5] christianae illae communitates, quae apostolica navitate mulierum fruantur; quin etiam quaedam **ex** illis mulieribus vocantur in partem consiliorum in ambitu tam dioecesano quam paroeciali ad res pastorales investigandas institutorum. Apostolica quoque Sedes iam in quibusdam suae Curiae laboris coetibus partem mulieribus attribuit.

Porro iam ab aliquot annis, quaedam christianae communitates, ex iis quae saeculo decimo sexto vel posterioribus temporibus ab Apostolica Sede Romana separatae sunt, mulieres admi-

***mulieris in Societate et in Ecclesia itemque ad Membra Consilii praepositi anno internationali « de muliere» celebrando,* 18 aprilis** 1975: ***A.A.S.* 67** (1975), **p.** 265.

[4] CONC. OEO. VAT. **II, Decretum *Apostolicam Actuositatem,* 18 novembris** 1965, **n. 9:** ***A.A.S.* 58 (1966), p. 846.**

[5] **Cf.** PAULUS **PP. VI, *Allocutio ad membra Commissionis a studiis de muneribus mulieris in Societate et in Ecclesia itemque ad Membra Consilii praepositi anno internationali ade muMere» celebrando,* 18 aprilis** 1975: ***A.A.S.* 67** (1975), **p.** 266.

serunt ad pastorale munus non aliter ac viros : quo novo incepto moti harum communitatum sodales vel etiam aliae huiusmodi communitates postulationes et scripta, ut mulieribus latior pateat haec admissio, nunc repetunt, contradicentibus vero aliis. Huius ergo negotii oecumenicum momentum patet, de quo Ecclesia catholica suam mentem aperire debet, eo vel magis quod publicae opiniones late in variis circulis sparsae quaestionem moverunt, num etiam catholica Ecclesia suam disciplinam mutare posset, ut mulieres ad sacerdotalem ordinationem admitteret. Nonnulli immo ex catholicis theologis eandem controversiam aperte agitarunt, pervestigationes incitantes non tantum in sacris Bibliis, in Patrum scriptis, in historia ecclesiastica, sed etiam in evolvendis institutorum et morum historiis, vel in psychologicis et sociologicis scientiis. Ex quo factum est, ut pleraque argumenta, quae conferre possent ad hanc gravem quaestionem solvendam, acri iudicio expensa sint. Cum vero agatur de tali controversia, quam, saltem uti nunc se offert, traditio scholarum theologicarum vix attigerit, fieri potest, ut in ea nunc evolvenda rationes quaedam necessariae ab iis, qui argumentantur, neglegantur.

Quamobrem Sacra haec Congregatio pro Doctrina Fidei, mandatum exsequens a Beatissimo Patre acceptum eiusque subsequens verba, quae in suis die 30 Novembris anno 1975 datis litteris scripsit,[6] censet nunc resumendum : Ecclesiam, quae Domini exemplo fidelis manere intendit, auctoritatem sibi non agnoscere admittendi mulieres ad sacerdotalem ordinationem; atque aestimat oportere, pro praesentibus adiunctis, ut in luce clariore ponat hanc doctrinam, quae dolenter forsitan a quibusdam percipiatur, unde tamen oriens bonum paulatim discernetur, quippe quae conferre possit ad *respectiva* viri ac mulieris munera altius investiganda.

[6] **Cf. *A.A.S.* 68 (1976), pp. 599-600; cf. *ibid.*, pp. 600-601.**

I. *Traditio perpetuo ab Ecclesia servata*

Numquam Ecclesia catholica sensit presbyteralem vel episcopalem ordinationem mulieribus valide conferri posse. Fuerunt quidem primis saeculis nonnullae sectae haereticae, praesertim gnosticae, quae mulieribus sacerdotale ministerium committere aggressae sunt: quod statim Patres animadversum vituperaverunt, utpote quod novum atque in Ecclesia minime accipiendum iudicarent.[7] Sane in eorundem Patrum scriptis haud dissimulanda percipitur contagio praeiudicatarum opinionum circa muliebrem sexum non aequarum, quae tamen fere nihil in eorum pastoralem actuositatem et etiam minus in eorum spiritalem directionem influxerunt. At praetermissis hisce commentationibus, illius temporis ingenio afflante concitatis, aperte legitur, praecipue in monumentis iuris ecclesiastici, quae Antiochena et Aegyptiaca traditio servavit, ob eam propriam praecipue causam solos viros ad ordinem ministeriumque vere sacerdotale vocari, quia Ecclesia fideliter servare intendit exemplar illud sacerdotalis ministerii, quod Dominus Iesus Christus voluit quodque Apostoli accurate custodierunt.[8]

Idem animi iudicium aetatis mediae theologos movit,[9] etsi scholastici doctores, cum fidei veritates argumentis ratione conceptis illustrare satagerent, de illa quaestione argumenta saepe hauriebant, quae hodie docti difficile accipiant, immo iure improbent. Ex eo tempore usque ad nostram aetatem non iam

[7] S. IRENAEUS, *Adv. haereses* 1, 13, 2: *PO-* 7, 580-581; Ed. Harvey, I, 114-122; TERTULLIANUS, *De praescript. haeretic.* 41, 5: *COL* 1, p. 221; Firmilianus Caesarien., in S. CYPRIANI EPIST. 75: *CSEL* 3, pp. 817-818; ORIGENES, *Fragmenta in 1 Cor.* 74, in *Journal of theological studies* 10 (1909), pp. 41-42; S. EPIPHANIUS, *Panarion* 49, 2-3; 78, 23; 79, 2-4; t. 2 *GCS* 31, pp. 243-244; t. 3, *GCS* 37, pp. 473, 477-479.

[8] *Didascalia Apostolorum,* c. 15, ed. R. H. Connolly, pp. 133 et 142; *Constitutiones Apostolicae,* lib. 3, c. 6, nn. 1-2; c. 9, nn. 3-4: ed. F. X. Funk, pp. 191, 201; S. IOANNES CHRYSOSTOMUS, *De sacerdotio,* 2, 2: *PG* 48, 633.

[9] S. BONAVENTURA, *In IV Sent.,* Dist. 25, art. 2, q. 1: ed. Quaracchi, t. 4, p. 649; RIOHARDUS DE MEDIAVILLA (Middletown), *In IV Sent.,* Dist. 25, art. 4, n. 1, ed. Venetiis 1499, f° 177r; IOANNES DUNS SCOTUS, *In IV Sent.,* Dist. 25: *Opus Oxoniense,* ed. Vives, t. 19, p. 140; *Reportata Parisiensia,* t. 24, pp. 369-371; DURANDUS A SANCTO PORCIANO, *In IV Sent.,* Dist. 25, q. 2, ed. Venetiis 1571, f° 364v.

videtur haec quaestio mota fuisse, quia sine controversia et universaliter accepta erat consuetudo, veluti iure possessionis gaudens.

Ecclesiae ergo hac de re traditio per saecula tam firma fuit, ut magisterium numquam necesse habuerit edisserere principium, cui nulla labes inferebatur, seu legem defendere, quae nullo infitiante vigebat. At quotiescumque traditio illa, occasione data, manifestabatur, ea testimonio erat Ecclesiam in id intentam esse, ut ad exemplar sibi a Domino traditum se conformaret.

Eandem traditionem religiose custodierunt Orientales Ecclesiae, quarum unanimis hac de re consensus eo magis conspicuus est, quod de multis aliis rebus varium esse suum cuiusque ius libenter accipiant; atque etiam hodie quidquam commune habere recusant cum iis postulationibus, quibus mulierum sacerdotalis ordinatio intenditur.

II. *Quomodo Christus se gesserit*

Christus Iesus nullam mulierem inter Duodecim adscivit. Si ita se gessit, id non propterea evenit, quod sui temporis moribus cedebat, nam ipsius cum mulieribus agendi ratio modo civium suorum prorsus dissimilis erat, et ab eorum observantia ille voluntarie audacterque se removebat. Sic nempe palam cum Samaritana muliere colloquitur, ideoque mirationem ipsis discipulis movet (cf. *Io* 4, 27) ; legalis immunditiae mulieris, quae sanguinis fluxum patiebatur, nullam rationem habet (cf. *Mt* 9, 20-22); a peccatrice muliere in domo Simonis pharisaei se tangi patitur (cf. *Lc* 7, 37 et ss.); mulierem in adulterio deprehensam absolvens, docere intendit haud severius agendum esse in mulierum quam in virorum culpas (cf. *Io* 8, 11); a lege Moysis se distineri non dubitans, aequalia asseverat viri ac mulieris quoad vinculum matrimonii iura et officia (cf. *Me* 10, 2-11; *Mt* 19, 3-9).

Cum vero iter faciens Iesus evangelizaret regnum Dei, sibi comites adiunxit non tantum Duodecim, sed etiam mulieres,

inter quas erat *Maria, quae vocatur Maddalene, de qua daemonia septem exierant, et Ioanna uxor Chusa procuratoris Herodis, et Susanna, et aliae multae, quae ministrabant eis de facultatibus suis (Lc* 8, 2-3).

Quamvis secundum mentis habitum Hebraeum haud magni valoris esset, teste iure Iudaico, mulieris testimonium, tamen primae Dominum a mortuis suscitatum viderunt mulieres, et ille iis officium commisit primum paschale nuntium Apostolis ipsis afferendi (cf. *Mt* 28, 7-10; *Lc* 24, 9-10; *Io* 20, 11-18), qui praepararentur, ut publici Eesurrectionis testes postea fierent.

Haec vero omnia — id fatendum est — non quidem talem evidentiam afferunt, ut cuique proxime perspicua sint, quod quidem mirandum non est, siquidem quaestiones, quas movet Verbum Dei, altiores sunt quam ut responsa pateant; nam ad intellegendum tam Iesu missionis, quam Scripturae ipsius ultimum sensum, non satis est mere historicam textuum enarrationem instruere. Hac tamen in re agnoscendus est velut fascis colligatus factorum, quae in idem indicandum vergunt, magisque admirationem movent quod Iesus munus apostolicum[10] mulieribus non concredidit. Ipsa Mater eius, Filii mysterio tam arcte sociata, cuius partes eximiae in Lucae et Ioannis Evangeliis extolluntur, apostolico non est affecta ministesterio. Quod Patres induxit, ut Mariam in exemplum proponerent Christi hac in re voluntatis: eandemque doctrinam, saeculo ineunte XIII, adhuc confirmavit Innocentius Pp. III, scribens: *Licet beatissima Virgo Maria dignior et excellentior fuerit Apostolis universis, non tamen illi, sed istis Dominus claves regni caelorum commisit.*[11]

[10] **Obiciunt quidam Iesum ideo duodecim viros elegisse, ut signum allegoricum compleret, quippe qui in figura significaret, hos duodecim eorum personam acturos qui duodecim tribus Israel genuerant (cf. *Mt.* 19, 28; *Lc.* 22, 30). At in textibus ad id allatis nil asseritur nisi Duodecim in iudicio eschatologico partem habituros. Genuina ratio, cur Duodecim electi sint, intellegitur potius ex toto illorum munere, ad quod vocati sunt (cf. *Me.* 3, 14), ut scilicet Christum in populo repraesentarent eiusque opus continuarent.**

[11] **INNOCENTIUS PP. III, *Epist.* 11 decembris 1210 ad episcopos Palentin. et Burgen., in *Corpore Iuris, Decretal,* lib. 5, tit. 38, *De paenit.* c. 10 *Nova:* ed. A. Friedberg, t. 2,**

HI. ***Apostoli quomodo se gesserint***

Hunc Christi modum cum mulieribus agendi Apostolica communitas fideliter observavit. Etsi B. Maria insignem locum obtinebat inter illos paucos, qui in Cenaculum post Domini ascensionem congregabantur (cf. *Act* 1, 14), non tamen ipsa in Collegium duodecim Apostolorum est cooptata, cum de electione ageretur, cuius exitus fuit designatio Matthiae; duo enim discipuli propositi erant, de quorum nominibus Evangelia ne mentionem quidem faciunt.

Die autem Pentecostes, Spiritu Sancto repleti sunt omnes, viri ac mulieres (cf. *Act 2,* 1; 1, 14), attamen nonnisi *Petrus cum undecim levavit vocem suam,* ut nuntiaret in Iesu adimpletas esse prophetias *{Act* 2, 14).

Illis vero atque Paulo, quando terminos orbis Iudaeorum transierunt, necesse fuit, ut Evangelium et vitam christianam hominibus Graeco et Romano cultu atque humanitate imbutis praedicarent, Mosaicae Legis observantias solvere, et quidem interdum cum dolore. Potuissent ergo, nisi iis persuasum esset in hoc fidem Christo servandam esse, libenter sibi proponere, ut mulieribus ordinem conferrent. Apud illius aetatis Graecos plura quorundam deorum sacrificia exstabant, quae per mulieres confici solerent. Graeci enim a Iudaeorum opinionibus aberant : etsi eorum philosophi mulierem viro inferiorem esse profitebantur, fiebant inter eos ad promovendam aliquo modo mulierum dignitatem concitationes, quas historiarum scriptores notatu dignas aestimant, quaeque imperatorum temporibus creverunt. Revera ex libro Actuum Apostolorum atque Epistulis beati Pauli constat mulieres quasdam cum Apostolo in Evangelio laborasse (cf. *Rom* 16, 3-12; *Phil* 4, 3); et ille gratus singularum nomina enumerat inter salutationes, quibus Epistulas suas concludit; ad conversiones promovendas partes haud par-,

col. 886-887; cf. *Glossa in Decretal,* lib. 1, tit. 33, c. 12 *Dilecta,* v° *Iurisdictioni.* Cf. S. THOMAS, *Summ, theol.,* IIIᴬ pars, quaest. 27, art. 5, ad 3"™; PSEUDO-ALBERTUS MAGNUS, *Mariale,* quaest. 42: ed. Borgnet 37, 81.

vas habuerunt quaedam ex illis mulieribus, ut Priscilla, Lydia, aliaeque; prae ceteris vero Priscilla, nam *Priscilla et Àquila assumpserunt Apollo* et *diligentius exposuerunt ei viam Dei* (cf. *Act* 18, 26); Phoebe etiam, quae erat *ministra Ecclesiae quae est Cenchris (Rom* 16, 1). Ex his omnibus manifeste constat mores Ecclesiae Apostolorum longe a Iudaeorum moribus recessisse; attamen numquam mulieribus illis ordinationem conferre cogitaverunt.

In Pauli Epistulis, probati exegetae animadverterunt varios esse dicendi modos ab Apostolo usurpatos; scribens enim *adiutores meos (Rom* 16, 3; *Phil* 4, 2-3), nominat indistincte viros et mulieres, qui quocumque titulo eum in Evangelio adiuvant; nomen vero *Dei adiutores (1 Cor* 3, 9; cf. *1 Thess* 3, 2) reservat Apollo, Timotheo sibique Paulo, utpote qui directe ad apostolicum ministerium et verbi Dei praedicationem segregati sint. Mulierum tamen quamvis insigne fuisset die Resurrectionis munus, cooperatio ad id a Paulo non extensa est, ut illo publico munere sollemniter praeconium nuntiandi fungerentur, quod unius missionis apostolicae proprium est.

IV. ***Quae Christus et Apostoli fecerunt, norma sunt perpetua***

Etsi hic Christi et Apostolorum modus se gerendi a tota persaecula usque ad nos firma traditione ut norma habitus est, quaestio tamen oritur, num hodie aliter se gerere Ecclesiae liceat. Sunt qui affirmative respondeant, pluribus rationibus fulti, quas pervestigare oportet.

Asseverant praesertim Iesum et Apostolos sic egisse, quia mores illius temporis regionisque necessario observabant, nec aliam causam fuisse, cur Christus ministerium neque mulieribus neque ipsi Matri suae committeret, nisi quod aliter agere prohiberent eiusdem temporis adiuncta. Nemo tamen probavit, ac reapse probari non potest, eiusmodi agendi modum solum a rationibus socialibus et cultus humani propriis esse profectum. Revera, cum Evangelia supra examinaremus, Iesum

contra conspeximus ab opinionibus suorum coaetaneorum se longe distraxisse, ea auferendo discrimina, quibus mulieres a viris separabantur. Asseverari ergo non potest Iesum opportunitatis tantum rationem habuisse, cum mulieres in apostolicum coetum non adnumeraret. Eo minus Apostoli ad hunc morem observandum societatis cultusque adiunctis coacti sunt apud Graecos, quod illi haec discrimina ignorabant.

Praeterea obiciunt, inter ea, quae Paulus de mulieribus praescripsit, nonnulla esse, quae nostris temporibus caduca censeantur, atque partes aliquas eius doctrinae difficultates movere. At contra animadvertendum est fere omnia praecepta illa, ut veri simile esse videtur, ab aetatis moribus petita, ad disciplinae nonnisi minoris momenti usus spectare, cuiusmodi est obligatio facta mulieribus caput velandi (cf. *1 Cor* 11, 2-16); quae praescripta iam non urgent. Cum vero Paulus, ut *mulieres in ecclesia taceant* statuit, non permittens eas loqui *(1 Cor* 14, 34-35; cf. *1 Tim* 2, 12), haec interdictio diversae est indolis eiusque significationem exegetae illustrant, nempe apostolum mulieribus non adimere ius, quod aliunde agnoscit, in ecclesia prophetandi (cf. *1 Cor* 11, 5), sed solum prohibere, ne publicum docendi munus gerant in coetu christiano. Haec interdictio secundum Paulum cum consilio divino de creatione conectitur (cf. *1 Cor* 11, 7; *Gen* 2, 18-24), nec facile cultui moribusque adscribenda est. Praeterea in mentem revocare iuvat Paulum eum fuisse, qui in Novi Testamenti scriptis, de primi iuris virorum et mulierum aequalitate, utpote Dei filiorum in Christo (cf. *Gal* 3, 28), maxima cum firmitate diceret. Nihil denique est, cur Paulus accusetur infensorum praeiudiciorum in mulieres, quibus ex contrario eum fiduciam significasse quasque ad laborandum secum vocasse constet.

Ad haec vero de apostolicae aetatis adiunctis obiecta addunt, qui legitimam futuram esse huiusmodi disciplinae mutationem contendunt, considerandum esse, quomodo Ecclesia sacramentorum disciplinam moderetur. Equidem animadver-

ti tur, nostris praecipue temporibus, quam conscia sit Ecclesia se in sacramenta, quamvis a Christo instituta, potestate quadam pollere, cuius decursu temporum usa est, ut eorum signum distinctius designaret, atque ea ministrandi condiciones determinaret; quod patet ex recentibus Summorum Pontificum Pii XII Paulique VI decretis.[12] Attamen sedulo advertendum est hanc potestatem, quamvis veram, certis finibus circumscriptam esse. De hoc monuit Pius Papa XII scribens: *Ecclesiae nulla competit potestas in substantiam Sacramentorum, id est in ea quae, testibus divinae revelationis fontibus, ipse Christus Dominus in signo Sacramenti servanda statuit*-™ Quae iam docuit Tridentina Synodus declarans: *Hanc potestatem perpetuo in Ecclesia fuisse, ut in Sacramentorum dispensatione, salva illorum substantia, ea statueret vel mutaret, quae suscipientium utilitati seu ipsorum Sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum et locorum varietate, magis expedire indicaret.*[14]

Praeterea haud praetermittendum est sacramentalia signa non, quasi ex pacto convenerit, selecta esse: non solum sub multiplici respectu, signa sunt reapse naturalia, utpote quae gestuum, rerumque vim significandi naturaliter inditam assumant, sed praecipue ordinantur ad annectendos illi summo, qui praecesserit, salutis eventui posterioris aetatis homines, eosque uberi sacrorum Bibliorum vi educandos et arte symbolica docendos, qualem gratiam significent atque efficiant. Sic Sacramentum Eucharistiae non est mere fraternum convivium, sed simul memoriale praesens et *actuale* denuo faciens Christi sacrificium, nec non eius ab Ecclesia facta oblatio; sic ministeriale sacerdotium non est tantum pastorale munus, sed continuationem infert eorum munerum, quae Apostolis Christus concredidit,

[12] PIUS PP. XII, Constit. Apost. *Sacramentum Ordinis,* 30 novembris 1917: *A.A.S.* 40(1948), pp. 5-7; PAULUS PP. VI, Const. Apost. *Divinae Consortium Naturae,* 15 augusti 1971: *A.A.S.* 63 (1971), pp. 657-664; Const. Apost. *Sacram Unctionem,* 30 novembris 1972: *A.A.S.* 65 (1973), pp. 5-9.

[13] Pius PP. XII, Const. Apost. *Sacramentum Ordinis: loc. cit.,* p. 5.

[14] Sessio 21, cap. 2: DENZINGEB-SCHÖNMETZER, *Enchiridion symbolorum...,* n. 1728.

potestatumque, quae ad ea munera pertinent. Aptatio ergo ad tempora civilisque cultus formas ad id extendi nequit, ut solvatur quoad substantiam hoc sacramentale vinculum cum iis eventibus, qui christianam religionem fundaverunt, et cum Christo ipso.

His in rebus, ad extremum est Ecclesiae, per suum Magisterium pronuntiantis, decernere quaenam partes sint immutabiles, quae vero partes mutationi sint obnoxiae. Ideo Ecclesia certas mutationes haud sibi admittendas esse censet, quia conscia est se Christi modo agendi obstrictam esse : tunc multum abest, ut moveatur antiquitatis fallaci studio, sed revera Domino suo servat fidem, cuius sola luce vera ratio eius iudicii intellegi potest. Ecclesia autem sententiam suam dicit, innixa in Domini promisso nec non in Spiritus Sancti praesentia, atque eo consilio, quo luculentius annuntietur Christi mysterium maioreque sedulitate custodiantur et ostendantur integrae eius divitiae.

Ecclesiae ergo praxis vim normae habet. In eo autem quod solum viris ordinatio sacerdotalis confertur, subest traditio continua per totam Ecclesiae historiam, universalis tam in Oriente quam in Occidente, intenta ad pravos usus statim coercendos; quae norma, exemplo Christi innixa, ideo observata est, et observatur, quia putatur conformis esse proposito Dei circa Ecclesiam suam.

V. *Ministeriale sacerdotium mysterii Christi luce contemplandum est*

Postquam haec Ecclesiae norma huiusque fundamentum in mentem revocata sunt, utile et opportunum videtur eandem normam illustrare ostendendo eius, quam theologica cogitatio dignoscit, convenientiam: quod enim nonnisi viri ad ordinationem sacerdotalem accipiendam vocati sunt, hoc arcte convenit cum Sacramenti genuina indole eiusque specifica ad Christi mysterium relatione. Tunc vero non intenditur, ut argumentum de-

monstrativum afferatur, sed ut doctrina per analogiam fidei illustretur.

Constans Ecclesiae doctrina est, quam denuo fusiusque declaravit Concilium Vaticanum II, revocavit etiam Synodus Episcoporum anno 1971 habita, iteravit denique Sacra haec Congregatio pro Doctrina Fidei in sua die 24 Iunii anno 1973 data Declaratione, Episcopum vel Presbyterum, suo quemque munere fungentem, in persona propria non agere, sed Christum repraesentare, qui per eum agit: *sacerdos vice Christi vere fungitur,* ut scripsit iam saeculo **III** S. Cyprianus.[15] Christum ipsum repraesentare posse, hoc Paulus proprium esse affirmavit apostolici sui muneris (cf. *2 Cor* **5,** 20; *Gal* 4, 14). Quae Christi repraesentatio tunc altissimam sui significationem ac peculiarem prorsus modum assequitur, cum eucharistica celebratur synaxis, fons et centrum Ecclesiae unitatis, convivium sacrificale, quo populus Dei sacrificio Christi coniungitur: sacerdos, qui solus potestatem habet id perficiendi, agit non tantum virtute, quae ei a Christo confertur, sed in persona Christi,[16] huius partes sustinens, ita ut ipsam eius imaginem gerat, cum verba consecrationis enuntiat.[17]

[15] S. CYPRIANUS, *Epist.* 63, 14: *PL* 4, 397 B; ed. Härtel, t. 3, p. 713.

[16] CONC. OEC. VAT. II. Constit. *Sacrosanctum Concilium,* 4 decembris 1963, n. 33: *...a sacerdote, qui coetui in persona Christi praeest...;* Constit, dogmat. *Lumen Gentium,* 21 novembris 1964, n. 10: *sacerdos quidem ministerialis, potestate sacra qua gaudet, populum sacerdotalem efformat ac regit, sacrificium eucharisticum in persona Christi conficit illudque nomine totius populi Deo offert...;* n. 28: *vi sacramenti Ordinis, ad imaginem Christi, summi atque aeterni Sacerdotis... suum munus sacrum maxime exercent in eucharistico cultu vel synaxi, qua in persona Christi agentes...;* Decret. *Presbyterorum Ordinis,* 7 decembris 1965, n. 2: *... Presbyteri, unctione Spiritus Sancti, speciali charactere signantur et sic Christo Sacerdoti configurantur, ita ut in persona Christi Capitis agere valeant;* n. 13: *ut sacrorum ministri, praesertim in sacrificio missae, presbyteri personam specialiter gerunt Christi...;* cf. SYNODUS EPISCOPORUM a. 1971, *De sacerdotio ministeriali,* I, 4; S. CONGR. PRO DOCTRINA FIDEI, *Declaratio circa catholicam doctrinam de Ecclesia,* 24 iunii 1973, n. 6.

[17] S. THOMAS, *Summ, theol.,* III^A pars, quaest. 83, art. 1, ad S™'; *Dicendum est quod* [sicut celebratio huius sacramenti est imago repraesentativa crucis ipsius: *ibid.* ad 2™], *per eandem rationem etiam sacerdos gerit imaginem Christi, m cuius persona et virtute verba pronunciat ad consecrandum.*

Christianum ergo sacerdotium est sacramentalis indolis, sacerdos est signum, cuius quidem supernaturalis efficacitas ordinatione accepta obtinetur, at signum, quod percipi oportet,[18] cuiusque significationem fideles facile dignoscant. Tota enim sacramentorum oeconomia in signis naturalibus fundatur, quae vim significandi habent cum hominum animo concinentem: *signa sacramentalia,* ut ait S. Thomas, *ex naturali similitudine repraesentant*[19] Eadem autem naturalis similitudo exigitur circa personas, quae circa res : cum enim repraesentare oportet sacramentaliter Christi agendi modum in Eucharistia, non haberetur haec naturalis similitudo, quae inter Christum eiusque ministrum- postulatur, nisi partes a viro agerentur : secus difficile in eodem ministro imago Christi perspiceretur ; siquidem Christus ipse fuit et permanet vir.

Sine dubio totius generis humani mulierum aeque ac virorum primogenitus est Christus: unitatem peccato fractam ita reparavit, ut iam non sit Iudaeus neque Graecus, non sit servus neque liber, non masculus et femina: omnes enim unus sunt in Christo Iesu (cf. *Gal* 3, 28). Attamen Verbum incarnatum est secundum sexum virilem; quae quidem res in facto innititur, quod, nedum excellentiam quandam viri super mulierem importet, ab oeconomia salutis seiungi non potest: etenim id cum universo consilio Dei consonat — sicut a Deo est revelatum — cuius nucleus est Foederis mysterium.

Salus enim, quae hominibus a Deo offertur, seu unio cum eo, ad quam vocantur, Foedus nempe, describebatur iam in Vetere Testamento, apud Prophetas, praecipue sub figura nuptialis mysterii : populum electum fieri Dei sponsam ardenter dilectam; cuius dilectionis familiaritatem intimam traditio cum Iudaea tum christiana pervidit, quae iterum iterumque Can-

[18] ***Quia cum sacramentum sit signum in eis quae in sacramento aguntur, requiritur non solum res, sed significatio rei,*** **ait S. Thomas plane ad ordinationem mulierum removendam: *In IV Sent.,* dist. 25, q. 2, art. 1, quaestiuncula Iª corp.**

[19] **S. THOMAS, *In IV Sent.,* dist. 25, q. 2, art. 2, quaestiuncula Iª, ad 4um.**

tica Canticorum perlegebat; sponsum vero fidelem mansurum esse, etiam quoties sponsa amorem eius deciperet, id est quoties Israel Deo infidelis esset (cf. *Os* 1-3; *Ier* 2). *At ubi venit plenitudo temporis (Gal* 4, 4), Verbum, Dei Filius, ideo caro factum est, ut iniret et sanciret novum et aeternum Testamentum in sanguine suo, qui pro multis effunderetur in remissionem peccatorum : cuius mors filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum; cuius e latere transfixo Ecclesia nascitur, sicut Eva e latere Adam est nata. Tunc plenum et sempiternum efficitur hoc nuptiarum mysterium, quod nuntiaverunt atque cecinerunt scripta Veteris Testamenti: Christus est sponsus; Ecclesia est eius sponsa, quam ideo diligit, quod eam acquisivit sanguine suo, ut eam exhiberet sibi gloriosam, sanctam et immaculatam, neque ab ea iam separari potest. Argumentum nempe nuptiarum evolvitur inde ab Epistulis sancti Pauli (cf. *2 Cor* 11, 2; *Eph* **5,** 22-33) usque ad beati Ioannis scripta (praecipue *Io* 3, 29; *Apoc* 19, 7 et 9); innuitur vero etiam in synopticis Evangeliis, nam *quanto tempore habent secum sponsum, non possunt ieiunare* amici eius (cf. *Me* 2, 19) ; *simile factum est Regnum caelorum homini regi qui fecit nuptias filio suo (Mt* 22,1-14). Sermone illo Sacrae Scripturae, symbolis intertexto, quo vir et mulier in intima sua identitate exprimuntur et attinguntur, revelatum est nobis mysterium Dei et Christi, quod ex se pervestigari non potest.

Numquam ergo praetermittendum est Christum virum **esse.** Ideo, ne momentum huiusmodi symbolismi neglegatur in oeconomia Revelationis, tenendum est in iis actionibus, quae ordinationis characterem postulant et in quibus repraesentatur Christus ipse, auctor Foederis, sponsus et caput Ecclesiae, suo salutis officio fungens, quod praeclarissimo modo in Eucharistia fieri contingit, partes eius — haec est enim primigenia significatio verbi « personae » — viro agendas esse. Hoc vero in viro nequaquam oritur ab aliqua excellentia, quatenus est

persona, in ordine valorum, sed solum a diversitate, quae, in ordine munerum et servitii rationum, in factis innititur.

Num dici potest, cum Christus sit nunc in caelesti condicione, iam nihil interesse, utrum a viro an a muliere repraesentetur, quia *in resurrectione neque nubent neque nubentur (Mt* 22, 30)? Haec tamen verba non significant viri ac mulieris distinctionem in aeterna gloria aboleri, cum identitatem personae propriam determinent. Quod de Christo dicendum est sicut de nobis. Plane enim compertum est sexus diversitatem in natura humana magnum influxum exercere, utique profundiorem quam exempli causa gentium diversitates; hae enim non tam intime humanam personam afficiunt quam sexus diversitas, quae directe ordinatur cum ad personarum communionem, tum ad humanam generationem, atque in revelatione biblica ascribitur primordiali Dei voluntati: *masculum et feminam creavit eos (Gen* 1, 27).

Attamen, instabunt aliqui forsan dicentes sacerdotem, maxime cum liturgicis et sacramentalibus actionibus praesideat, pariter Ecclesiam repraesentare, utpote cuius nomine agat, intendens « facere id quod facit Ecclesia ». Eo nempe sensu aetatis mediae theologi tradebant ministrum etiam agere « in persona Ecclesiae », id est nomine totius Ecclesiae et ad eam repraesentendam. Re quidem vera, qualiscumque est, ad fideles quod attinet, participatio actionis liturgicae, totius tamen Ecclesiae nomine reapse celebrat sacerdos, quippe qui omnium nomine oret et in missa totius Ecclesiae sacrificium offerat : Ecclesia in novo Paschate Christum Dominum per sacerdotes sub signis visibilibus immolat.[20] Cum ergo Ecclesiam quoque ipsam sacerdos repraesentet, num cogitari licet hanc congruenter cum supra descripta ratione signi a muliere posse repraesentari? Fatendum sane est sacerdotem reapse Ecclesiam repraesentare, quae est Corpus Christi; at hoc ideo, quia in primis Christum ipsum

[20] Cf. CONCILIUM TRIDENTINUM, sessio 22, cap. 1: *DS,* n. 1741.

repraesentat, qui est caput et pastor Ecclesiae, quibus verbis Concilium Vaticanum II utitur, accuratius enuntians et complens locutionem *in persona Christi*.[21] Hoc munere fungens, sacerdos christianae synaxi praesidet atque eucharisticum sacrificium celebrat, in quo Ecclesia tota offert ipsaque offertur.[22]

Quicumque praedictis rationibus obsequi voluerit, melius intelleget, quam iustis de causis Ecclesia hoc modo se gesserit; ex iis denique controversiis, quae nostra aetate ortae sunt, utrum mulieres ordinationem recipere valeant necne, christiani incitari se sentiant, ut mysterium Ecclesiae perscrutentur, naturam et significationem episcopatus et presbyteratus pressius investigent, item genuinum insignemque discernant locum sacerdotis in baptizatorum communitate, cuius membrum quidem est, a qua tamen secernitur, quia in iis actionibus, in quibus ordinationis character requiritur, sacerdos, cum illa efficacia, quae sacramentorum est propria, imago est ac signum ipsius Christi, qui convocat, absolvit, Foederis sacrificium conficit.

VI. *Ministeriale sacerdotium Ecclesiae mysterio illustratum*

In memoriam vero opportune redigendum est quaestiones, quae oriantur e sacramentorum theologia et praesertim e sacerdotio ministeriali, de quo nunc agitur, solvi non posse nisi Revelationis luce affulgente. In iis enim solvendis humanae scientiae, quamvis magni sit aestimanda, quam in proprio ambitu conferant, cognitio, sufficere non possunt, quippe quae non

[21] CONC. OEC. VAT. II, Const. dogmat. *Lumen Gentium*, n. 28: *Munus Christi Pastoris et Capitis pro sua parte... exercentes;* Decret. *Presbyterorum Ordinis*, n. 2: *ita ut in persona Christi Capitis agere valeant...;* n. 6: *munus Christi Capitis et Pastoris*. - Cf. PIUS PP. XII, Litt. Enc. *Mediator Dei: altaris administer personam Christi utpote Capitis gerit, membrorum omnium nomine offerentis: A.A.S.* 39 (1947), p. 556; - SYNODUS EPISCOPORUM a. 1971, *De sacerdotio ministeriali*, I, 4: *Christum, Caput communitatis, praesentem reddit...*

[22] PAULUS PP. VI, Litt. Enc. *Mysterium fidei*, 3 septembris 1965: *A.A.S.* 57 (1965), p. 761.

apprehendant res fidei, in quibus, quod proprie supernaturale est, istarum scientiarum competentis iudicii non sunt.

Sic advertendum est, quantum Ecclesia a ceteris societatibus differat, natura et structura sua plane singularis. In Ecclesia enim pastorale munus cum ordinis sacramento pro more conectitur; non est ergo mere regimen, quod conferri possit iis potestatis formis, quae in rebus publicis inveniuntur. Non confertur spontaneo hominum delectu, etsi quidem forte per modum electionis designatur, qui munus accipiat : nonnisi enim per Apostolorum successorum manus impositionem et orationem electio ut a Deo facta confirmatur atque Spiritus Sanctus, qui in ordinatione datur, aliquem participem reddit regiminis Christi, supremi pastoris (cf. *Act* 20, 28). Quod munus est opus servitutis et amoris: *Si diligis me, pasce oves meas* (cf. *Io* 21, 15-17).

Quapropter non patet, quomodo proponi possit mulierum ad sacerdotium accessus ob eam, quae hominibus agnoscitur, iurium aequabilitatem, quaeque etiam christianis contingit. Ad quod probandum, nonnumquam ut argumento utuntur verbis supra allatis Epistulae ad Galatas (3, 28), quibus declaratur nullam esse iam in Christo distinctionem viri et mulieris. His tamen verbis non agitur de ministeriis Ecclesiae, sed tantum asseritur omnes aequaliter vocari, ut adoptionem filiorum Dei accipiant. Praeterea ac potissimum, in ipsa ministerialis sacerdotii natura vehementer erraret, qui illud inter humana iura ascriberet, cum baptismus nemini ullum ius conferat ad publicum ministerium in Ecclesia adipiscendum. Sacerdotium enim alicui confertur, non ut ei honori sit vel commodo, sed ut Deo et Ecclesiae serviat; immo respondet vocationi peculiari et omnino gratuitae : *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos et posui vos (Io* 15, 16; cf. *Heb* 5, 4).

Dicunt interdum, vel in libris seu ephemeridibus passim scribunt, esse mulieres, quae in animo vocationem ad sacerdotium percipiant. Huiusmodi proclivitas, quamvis generosus et

intellectu sit facilis, ad genuinam vocationem non sufficit : haec enim redigi nequit ad meram mentis inclinationem, quae subiectiva tantum maneret. Cum enim sacerdotium peculiare ministerium sit, cuius Ecclesia officium et custodiam acceperit, pro vocatione ad illud Ecclesiae auctoritas atque fides adeo expetenda est, ut eius sit pars constitutiva, nam Christus elegit *quos voluit ipse (Me* 3, 13). Rursus universalis est vocatio omnium baptizatorum ad regale sacerdotium exercendum, suam Deo offerendo vitam, atque testimonium reddendo in laudem Dei.

Mulieres, quae ministeriale sacerdotium se ambire profitentur, serviendi Christo Ecclesiaeque desiderio sane impelluntur. Nec mirum est quod, simul ac ipsae consciae fiunt olim discrimina se passas esse in civitate, ad id adducuntur, ut ipsum ministeriale sacerdotium sibi exoptent. Praetermittendum tamen non est sacerdotalem ordinem in humanae personae iuribus non contineri, sed e mysterii Christi et Ecclesiae oeconomia pendere. Presbyteri munus ambiri non potest quasi provectionem secum ferat in excelsiorem societatis dignitatem; nullus enim mere humanus sive societatis sive personae progressus ex sese capax est ad illud aditum praebendi, quippe cuius status omnino di ver sus sit.

Restat ergo, ut profundius meditemur inter maxima christianae professionis asserta genuinam illam baptizatorum aequabilitatem, quae ideo non est uniformitas, quia Ecclesia est corpus varietate membrorum distinctum, in quo suum cuique membro munus assignatur. Munera ergo distinguenda, non permiscenda sunt, nulli alterius in alterum exsuperantiae favent, aemulationis nomen non praebent. Unum charisma melius, quod quis aemulari potest ac debet, est caritas (cf. *1 Cor* 12-13). Maiores in Regno caelorum non sunt ministri, sed sancti.

Exoptat sancta Mater Ecclesia, ut christianae mulieres sibi plene consciae fiant, quanta sit ipsarum missio: partes earum

hodie maximae sunt, ut simul et instauretur atque humanior fiat societas et fideles veram Ecclesiae imaginem agnoscant.

Declarationem hanc Summus Pontifex Paulus divina Providentia PP. VI in Audientia concessa infrascripto Praefecto Sacrae Congregationis pro Doctrina Fidei, die 15 octobris a. 1976, ratam habuit, confirmavit atque evulgari iussit.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis pro Doctrina Fidei, die 15 mensis octobris 1976, in festo Sanctae Teresiae Abulensis.

FRANCISCUS Card. **SEPER**
Praefectus

® Fr. **HIERONYMUS HAMER, O. P.**
Archiepiscopus tit. Loriensis
Secretarius

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

I
PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus divina Providentia Pp. VI, successivis decretis S. Congregationis pro Episcopis singulas, quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere. Nimirum praefecit :

Die 2 Decembris 1976. — **Titulari episcopali Ecclesiae Buduanensi R. D. Antonium Iosephum Rafael, e clero dioecesis Lamacensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Emmanuelis a Iesu Pereira, Episcopi Brigantiensis.**

Die 28 Decembris. — **Cathedrali Ecclesiae Raphaëliensi R. D. Alciden I. Casaretto, Vicarium Generalem dioecesis S. Isidori in Argentina**

Die 29 Decembris. — **Metropolitanae Ecclesiae Truxillensi Exc.mum P. D. Emmanuelem Prado Pérez-Rosas, hactenus Episcopum Chachapoyasensem.**

Die 30 Decembris. — **Cathedrali Ecclesiae Achadensi R. D. Thomam Flynn, e clero eiusdem dioecesis, Rectorem Collegii Sancti Nathei in oppido vulgo Balaghaderreen.**

Die 8 Ianuarii 1977. — **Cathedrali Ecclesiae Pastopolitanae Exc.mum P. D. Arturum Salazar Mejia, ex Ordine Augustinianorum Recollectorum, hactenus Episcopum titularem Avittensem et Vicarium Apostolicum Casanarensem.**

Die 4 Ianuarii. — **Titulari Episcopali Ecclesiae Croensi R. D. Edgardum Gabrielem Storni, canonicum theologum Cathedralis S. Fidei in Argentina, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Vincentii Faustini Zazpe, archiepiscopi S. Fidei in Argentina.**

Die 15 Ianuarii. — **Cathedralibus Ecclesiis Calliensi et Pergulanae Exc. P. D. Constantinum Micci, Episcopum Fanensem et Forosemproniensem.**

Die 17 Ianuarii. — **Cathedrali Ecclesiae Phoenicensi Exc.mum P. D. Iacobum S. Rausch, hactenus Episcopum titularem Summensem.**

Die 21 Ianuarii. — **Coadiutorem c.j.s. Exc.mi P. D. Gerardi Mariae Coderre, Episcopi Sancti Ioannis Quebecensis, Exc.mum P. D. Bernardum Hubert, hactenus Episcopum Sancti Hieronymi Terraebonae.**

Die 24 Ianuarii. — **Cathedrali Ecclesiae Albanensi in America R. D. Huardum J. Hubbard, Vicarium Capitularem eiusdem dioecesis. -**

— **Cathedrali Ecclesiae Poroconcordianae R. D. Adolf um Gerstner, e clero archidioecesis Paranensis, curionem paroeciae B. Mariae Virginis de Monte Carmelo, in oppido vulgo Nogoyá.**

Die 25 Ianuarii. — **Cathedrali Ecclesiae Captatoropolitanae R. D. Ioannem Oneres Marchiori, e clero Lagensi.**

Il

DECRETUM

CAMBERRENSIS, VOLLONGONGENSIS, BATHURSTENSIS ET VILCANNIENSIS-FORBESINAE

De mutatione finium

Quo aptius christifidelium pastorali curae consuli possit, Exc.mi PP. DD. Thomas V. Canili, Archiepiscopus Camberrensis, Villelmus E. Murray, Episcopus Vollongongensis, Albertus Thomas, Episcopus Bathurstensis, et Duglasius I. Warren, Episcopus Vilcanniensis-Forbesinus, nuper ab Apostolica Sede postulaverunt ut suarum Ecclesiarum fines aliquantulum immutarentur.

Sacra Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Aloisii Paro, Archiepiscopi tit. Torcellani et in Australia Pro-Nuntii Apostolici, rata huiusmodi immutationem christifidelium bono profuturam, vigore specialium facultatum a Summo Pontifice Paulo, Divina Providentia Pp. VI, sibi tributarum, oblatas preces accipiendas esse censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, hoc Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae fuissent, ea quae sequuntur decernit.

A dioecesi Vollongongensi separat atque perpetuo archidioecesi Camberrensi adnectit comitatum quod vulgo *Eurobadalla* **appellatur.**

Ab archidioecesi Camberrensi territorium separat quod intra fines comitatus vulgo *Waugoola* extenditur et illud perpetuo adnectit dioecesi Bathurstensi.

Item ab archidioecesi Camberrensi distrahit territorium quod intra fines comitatus vulgo *Jemalong* extenditur et illud perpetuo adsignat dioecesi Vilcanniensi -Forbesinae.

Quapropter omnia acta et documenta quae praedicta territoria respiciunt a Curia « a qua » ad Curiam dioecesis cui illa noviter sunt aggregata, quam primum fieri poterit, tradantur.

Ad haec omnia exsequenda Sacra Congregatio pro Episcopis Exc.mum P. D. Aloisium Paro deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Sacram Congregationem mittendi, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 17 decembris anno 1976.

© SEBASTIANUS Card. BAGGIO, *Praefectus*

L. © S.

© Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

DECRETA

I

PHILADELPHIEN. SEU BUDOVICEN.

Canonizationis Beati Ioannis Nepomuceni Neumann e Congregatione Ss.mi Redemptoris, Episcopi Philadelphiensis, fundatoris Congregationis Sororum Tertii Ordinis S. Francisci Philadelphiensium.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Sancto dicente Bernardo, doctore mellifluo, nihil est in Ecclesia pretiosius, nihil optabilius bono utilique pastore. In huiusmodi pastorum numero recensendus est Beatus Ioannes Nenomucenus Neumann, Philadelphiensis episcopus.

Praeclarum hoc Americae Septemtrionalis lumen ortum duxit Prachaticii, in Bohemiae oppido, anno 1811. Disciplinis theologicis tum in seminario dioecesano, tum in Pragensi universitate sedulo incubuit; itemque privatim plurimas coluit linguas, et scientiis naturalibus et astronómicas praecipue delectabatur. At desiderio missionum ad exteras gentes incensus, in Americam Septemtrionalem se contulit, ubi ab episcopo Neo-Eboracensi benignissime receptus, sacerdotio auctus est. Sacris addictus expeditionibus, populis regionis prope Magaram evangelium summa sollicitudine et patientia praedicavit. Verum tamen, perfectioris vitae avidus, in Congregatione Sanctissimi Redemptoris vota nuncupavit. Omnibus exemplar regularis observantiae, strenui laboris missionalis et austeritatis se praebuit et, superior renuntiatus, virtutibus in suorum regimine non minus enituit. Episcopus Philadelphiensis electus, numquam quievit ut oves sibi concreditas a noxio pascuo averterei et ad salutare adduceret. Inter cetera templum cathedrale aliasque octoginta ecclesias construendas curavit. Sorores Franciscales Philadel-

phienses Tertii Ordinis instituit, Orationem Quadraginta Horarum in dioecesim advexit et paroeciales scholas ita promovit ut illarum pater in America appelletur. In pervigilio Epiphaniae Domini anno 1860, cum domum rediret, apoplexia correptus, aetate quadraginta novem annorum, animam Deo reddidit. Eum, virtutibus et miraculis clarum, Paulus Papa sextus die 13 Octobris a. 1963 Beatorum fastis accensuit.

Cum autem novensilis Beati gloria novorum prodigiorum fama atque impensiore fidelium cultu in dies amplificaretur, Causa eius canonizationis die 27 Ianuarii a. 1966 resumpta fuit.

E variis autem, quae ferebantur, sanationibus a Deo patratis invocato Beati Ioannis Nepomuceni Neumann nomine atque intercessione, unam eamque fulgentiorem selegerunt Causae actores et eam Apostolicae Sedis iudicio proposuerunt, ut eidem Beato sanctorum honores decernerentur. Quod mirum respicit puerum Michaelem Patricium Flanigan qui, anno 1962, cum esset annorum sex, inopinato lapsu per gradus in terram decidit, indeque atroces in dextera tibia dolores sentire coepit. Quibus perdurantibus, ter in valetudinarium Philadelphiense, vulgo appellatum *Mercy Hospital,* **deductus et receptus est; ibique mense Iulio a. 1963 medici a curatione agi edixerunt de sarcomate ab Ewing nuncupato, compiente quidem, praeter dexteram pueri tibiam, utrumque pulmonem necnon maxillam. In cassum autem cedentibus omnibus medicae artis remediis atque infausta declarata prognosi, intercessio Beati Ioannis Nepomuceni Neumann fuit suppliciter invocata et demum exaudita. Etenim puer Michael Patricius Flanigan sub finem mensis Decembris eiusdem anni 1963 ex exitiali morbo perfecte sanatus est, et usque ad hoc tempus eadem fruitur recuperata valetudine.**

Qua super sanatione institutus est anno 1971 Apostolicae Sedis auctoritate processus apud Curiam archiepiscopalem Philadelphiensem, cuius iuridicam vim et formam Sacra haec Congregatio die 26 Octobris a 1973 confirmavit. Cui iuridicae inquisitioni ingens documentorum copia compulsata fuit. In indolem autem et adiuncta eiusdem sanationis diligenter et acute semel atque iterum inquisivit ipsius Sacrae Congregationis Medicorum Consilium quod, omnibus perpensis, eamdem sanationem praeter naturae ordinem et vires contigisse declaravit.

Quibus peractis, quaestio subiecta est iudicio eiusdem Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, et quidem primum in Congressu, qui dicitur, Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum die 1 Iunii hoc anno 1976 habito ; ac deinde in Coetu Plenario Patrum

Cardinalium in Vaticanis aedibus die 13 mensis Iulii subsequentis, ponente seu relatore Rev.mo Cardinali Francisco Carpino.

De hisce omnibus absolutis certior est factus Summus Pontifex Paulus VI, qui affirmativum responsum S. Congregationis ratum habens, mandavit ut decretum super eadem mira sanatione conficeretur, facta quidem benigna dispensatione super praescripto canonis 2183 § 1 Codicis Iuris Canonici, ita ut ad sollemnem eiusdem Beati Ioannis Nepomuceni Neumann canonizationem uno dumtaxat miraculo rite agnito et probato quandocumque deveniri possit.

Hodierno demum die idem Summus Pontifex, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Francisco Carpino, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis S. Congregationis, ceterisque convocari solitis, iisque adstantibus, praesens Decretum confirmavit et promulgavit, edicens : *Constare de uno miraculo, Beato Ioanne Nepomuceno Neumann intercedente, a Deo patrato, nimirum de perfecta ac diutina sanatione pueri Michaelis Patricii Flanigan ab incurabili sorcornate ab Ewing nuncupato dexterae tibiae, cum multiplici metastasi pulmonari bilaterali, et ascendentis partis maxillae.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 13 Novembris a. D. 1976.

CONRADUS Card. BAFILE, *Praefectus*

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

II

NAMURCEN.

Beatificationis et canonizationis Ven. Servi Dei Fratris Muciani Mariae (in saeculo: Aloisii Iosephi Viaux), ex Instituto Fratrum Scholarum Christianarum.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Servus Dei Mucianus Maria (in saeculo : Aloisius Iosephus Viaux), in Belgico pago cui nomen *M eilet* **anno 1841 natus atque anno 1917 vita functus, religiosam professus vitam in Instituto Schola-**

rum Christianarum, sodalibus atque suis discipulis eorumque parentibus schola et exemplar virtutum per sexaginta amplius annos exstitit. Praeclara lateque diffusa sanctitatis eius fama, supernis signis a Deo confirmata, Ordinarium Namurcensem induxit ut Causam de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis iniret. Servatis itaque omnibus de iure servandis, Paulus Papa VI die 4 mensis Maii anno 1970 eundem Famulum Dei christianas virtutes heroum in modum coluisse edixit.

Ad sollemnem autem eius beatificationem assequendam duas inter alias Actores selegerunt sanationes quae, eodem Servo Dei intercedente, divinae actionis indicia videbantur, easque huic foro ad cognoscendum exhibuerunt.

Quarum altera contigit domino Dominico Scaccia, quadraginta annorum viro, caementario Italico in Galliam laboris causa demigrato atque in loco *Lambersart* **prope Insulam domicilium habenti.**

Qui, medicis curationibus in cassum adhibitis edictaque a medentibus a cura gravissima prognosi, Venerabilis Muciani Mariae patrocinium imploravit et exauditus est ; namque primis diebus Septembris mensis anni 1932 a Phlegmone in dextero crure diffuso perfecte convaluit.

Altera autem mira sanatione, eodem Venerabili deprecatore operaque caelestem ferente, fruitus est dominus Georgius Thibaut, sexaginta et duos annos natus, operarius quondam ferriviarum Belgicarum, qui, postquam die 20 mensis Ianuarii a. 1953 ad sepulcrum Famuli Dei valetudinem petiturus accesserat, ab ulcere varicoso in regione malleoli medialis pedis omnino sanatus est.

Cum praeter naturae vires huiusmodi sanationes evenisse dicerentur, canonici processus adornati sunt, Apostolicae quidem Sedis auctoritate, apud Curiam ecclesiasticam Namurcensem : super priore annis 1938-1939, et super altera annis 1957-1958; de harum autem inquisitionum legitima forma et vi eadem Apostolica Sedes constare edixit.

Coadunato postmodum, die 23 Novembris a. 1974, huius Sacrae Congregationis Consilio Medico, prolatoque favorabili voto de sanationum praeternaturali indole, quaestio subiecta est theologorum studio et iudicio ; primum scilicet, die 4 mensis Maii a. 1976, in Congressu Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum; ac deinde, die 22 Iunii eodem anno, in Coetu Plenario Patrum Cardinalium, in quo Rev.mus Cardinalis Silvius Oddi, Causae ponens seu relator, dubium posuit discutiendum : *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.* **Et iidem Patres affirmativum protulerunt suffragium.**

Facta de praedictis omnibus, die 5 mensis Augusti eiusdem anni, per subscriptum Praefectum Summo Pontifici Paulo VI relatione, Sanctitas Sua suffragia Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum rata habens, iussit decretum super duabus miris sanationibus rite apparari.

Quod cum factum esset, hodierno die, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Silvio Oddi, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis S. Congregationis pro Causis Sanctorum, ceterisque de more convocandis, iisque adstantibus, Beatissimus Pater edixit : *Constare de duobus miraculis, Venerabili Servo Dei Muoiano Maria, ex Instituto Fratrum Scholarum Christianarum, intercedente, a Deo patratis, videlicet de instantánea, perfecta ac constanti sanatione cum domini Dominici Scaccia a Phlegmone in dextero crure diffuso, tum de perfecta constantique sanatione domini Georgii Thibaut ab ulcere varicoso in regione malleoli medialis dexteri pedis.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 13 Novembris a. D. 1976.

CONRADUS Card. BAFILE, *Praefectus*

L. © S.

© Iosephus Oasoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Lunedì, 24 Gennaio 1977, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Udienza ufficiale, per la presentazione delle Lettere Credenziali, S. E. il Signor **SEPPO TAITO PIETINEN**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Finlandia presso la Santa Sede.

Giovedì, 27 Gennaio 1977, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Udienza S. E. il Signor **WALTER** F. **MONDALE**, Vice Presidente degli Stati Uniti d'America, con il Seguito.

Venerdì, 28 Gennaio 1977, il Santo Padre ha ricevuto in Udienza ufficiale, per la presentazione delle Lettere Credenziali, S. E. il Signor **IGNAZIO** C. **OLISEMEKA**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Nigeria presso la Santa Sede.

SEGRETERIA DI STATO

ONORIFICENZE

Con Biglietto della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

Gentiluomo di Sua Santità:

29 giugno 1976. Al sig. Charles J. Tobin (Albany).

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

18 agosto 1976. Al sig. Hilf Willibald (Mainz).
19 settembre » Al sig. Heller Kurt (Vienna).
3 dicembre » Al sig. William Luigi Stefano *(Senegal).*
11 » » Al sig. Salamanca Augusto *(Perù).*

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

30 novembre 1976. Al sig. Massé Luciano (Ottawa).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

9	**giugno**	**1976.**	**Al sig. Pfeiffer Eberhard (Treviri).**
16	**luglio**	»	**Al sig. Van der Lans Antonio G. (Rotterdam).**
4	**agosto**	»	**Al sig. Freiherr von Morreau Karl (Passau).**
6	»		**Al sig. Van Rooy Oharies (Roermond).**
12	»	»	**Al sig. Asperger Joannes (Salzburg).**
»	»	»	**Al sig. Tecchi Oristofari Oeliani Giovanni (Roma)**
13	»	»	**Al sig. Berger Bruno (Rottenburg).**
11	**settembre**	»	**Al sig. Stiwell Richard G. (New York).**
22	**ottobre**	»	**Al sig. Van Parijs Fernand (Anvers).**
31	»	»	**Al sig. König Joseph (Berlino).**
»	»	»	**Al sig. Lelièvre Jean (Saint-Denis).**
5	**novembre**	»	**Al sig. Aysseh Alfred (Ispahan dei Latini).**
11	»	»	**Al sig. Acquarone Lorenzo (Genova).**
17	»	»	**Al sig. Fattal Antonio Elias (Cairo).**
»	»	»	**Al sig. Yaghmour Nicolas (Cairo).**
23	»	»	**Al sig. Nishida Nobuo** *(Giappone).*
30	»	»	**Al sig. Purcel Roberto Michele** *(Gran Bretagna).*
9	**dicembre**		**Al sig. Di Giovanni Eligio (Venafro).**

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

9	**aprile**	**1976.**	**Al sig. Faille Raymond** *(Francia).*
8	**agosto**	»	**Al sig. Goes Quirino Adriano Antonio (Utrecht).**
»	»	»	**Al sig. Rademakers Giovanni Leonardo Hubert (Utrecht)**
»	»	»	**Al sig. Van Noord Pietro (Utrecht).**
	»	»	**Al sig. Van Roosmalen Giuseppe (Utrecht).**
7	»	»	**Al sig. Alien John Moore Herman (S. Antonio).**
»	»		**Al sig. Dudley Cullen Richard (S. Antonio).**
	»	»	**Al sig. Dunn Robert Park (S. Antonio).**
»	»	»	**Al sig. Hajovsky John Anton (S. Antonio).**
»	»	»	**Al sig. Hamel Roger Clarence (S. Antonio).**
»	»	»	**Al sig. Heger John Frank (S. Antonio).**
»	»		**Al sig. Holm Dion Raphael (S. Antonio).**
»		»	**Al sig. Hughes Welder Patrick (S. Antonio).**
»	»	»	**Al sig. Kiesel Al vin Jack (S. Antonio).**
»	»	»	**Al sig. Kohel Robert Clarence (S. Antonio).**
»		»	**Al sig. Kosarek Emil Jerome (S. Antonio).**
	»	»	**Al sig. Lorist Giovanni (Utrecht).**
»		»	**Al sig. O'Connor Thomas Marion (S. Antonio).**
»	»	»	**Al sig. Pittman George Charles (S. Antonio).**
»	»	»	**Al sig. Poerner John Henry (S. Antonio).**
»		»	**Al sig. Redmon Joseph Thomas (S. Antonio).**
»			**Al sig. Riebschlaeger Charles Joseph (S. Antonio).**

7	agosto	1976.	Al sig. Schobel Robert Leo (S. Antonio).
»	»	»	Al sig. Steinle Leon Francis (S. Antonio).
»	»	»	Al sig. TJllmann Edward Gustave (S. Antonio).
»	»	»	Al sig. Valenta Eugene John (S. Antonio).
»	»	»	Al sig. Vrazel Ervin Frank (S. Antonio).
»	»	»	Al sig. Wearden Joseph Edward (S. Antonio).
	»		Al sig. Welder Leo James (S. Antonio).
»	»	»	Al sig. Ybarbo Artero John (S. Antonio).
»	»	»	Al sig. Yeargan John Robert (S. Antonio).
9	»	»	Al sig. Hunt William E. (Albany).
10	»	»	Al sig. Doyle Owen (Liverpool).
»		»	Al sig. Forte di Mandriole Olimpo (Arundel and Brigh ton).
12	»	»	Al sig. De Brouwere Jean (Malines-Bruxelles).
»	»	»	Al sig. Schneider Josef (Osnabrück).
18	»	»	Al sig. Vernhes Henri (Montpellier).
27	»	»	Al sig. Brust Rudolf (Passau).
»	»	»	Al sig. Egger Anton (Passau).
»	»	»	Al sig. Heidingsfeldez Michael (Passau).
»	»	»	Al sig. Stadler Josef (Passau).
»	»	»	Al sig. Willeitner Werner (Passau).
8	novembre	»	Al sig. Aeby Paul P. (Sion).
»	»	»	Al sig. Sassariolo Boscolo Walter (Ohioggia).
11		»	Al sig. Maas Henri (Hasselt).
19		»	Al sig. Strobl Giovanni (Vienna).
»	»		Al sig. Tressler Dieter (Vienna).

Con Breve Apostolico il Santo Padre Paolo VI ha conferito:

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

28 ottobre 1976. Al sig. Piffl-Peréevic Theodor (Vienna).

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

28	giugno	1976.	Al sig. Sorbi Luciano (Roma).
7	ottobre	»	Al sig. Bayr Antonio (St. Pölten).
19	novembre	»	Al sig. Karlberger Walter (Vienna).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

26	giugno	1976.	Al sig. Trigo O'Connor d'Arlach Eduardo (Tarija).
7	agosto	»	Al sig. Schwarz Helmut (Augsburg).
12	»	»	Al sig. Stiegemann Heinrich (Paderborn).
13	»	»	Al sig. Stein Gustav (Rottenburg).
27	»	»	Al sig. Graf von Stillfried Franz (Passau)

8 novembre	1976.	Al sig.	Bellini Rizieri (Siena).
» »	»	Al sig.	Osio Leandro (Siena).
» »	»	Al sig.	Saettone Giovanni (Savona-Noli).
19 »	»	Al sig.	Stadler Gerd (Vienna).
30 »	»	Al sig.	Orioli Federico (Forli).
3 dicembre	»	Al sig.	Oarew William J. (S. Giovanni di Terranova).
4 »	»	Al sig.	Montefusco Armando (Roma).
» »	»	Al sig.	Woitrin Michel (Namur).
» »	»	Al sig.	Wolff Christian (Vienna).
12 »	»	Al sig.	Munafò Letterio (Bari).
14 »	»	Al sig.	Castaldo Giovanni (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

16 luglio	1976.	Al sig.	Zaal Giacomo (Rotterdam).
4 agosto	»	Al sig.	Veen Paolo G. M. (Haarlem).
6 »	»	Al sig.	Nelissen Ermanno G. (Haarlem).
» »	»	Al sig.	Van Houts Lamberto (Haarlem).
9 »	»	Al sig.	Noy Antonio D. (Breda).
» »	»	Al sig.	Vissers Francesco (Bois-le-Duc).
18 »	»	Al sig,	Lemperle Hermann (Rottenburg).
26 »	»	Al sig.	Massin Joseph (Liegi).
27 »	»	Al sig.	Bründl Georg (Passau).
» »	»	Al sig.	Oswald Adolf (Passau).
» »	»	Al sig.	Zimmermann Walter (Passau).
29 settembre	»	Al sig.	Leman Albert (Tournai).
22 ottobre	»	Al sig.	Gast Karl (Friburgo Br.).
19 novembre	»	Al sig.	Huf Josef (Vienna).
30 »	»	Al sig.	Maggio Domenico (Agrigento).
14 dicembre	»	Al sig.	Fontana Primo (Roma).

NECROLOGIO

22 gennaio	1977.	Mons.	Franco Costa, Arcivescovo tit. di Emmaus.
26 »	»	Mons.	Salvatore Herrera y Pinto, Vescovo tit. di Satala di Armenia.
31 »	»	Mons.	Giacomo Palombella, Arcivescovo già di Matera *(Italia).*
6 febbraio	»	Mons.	Carlos Guillermo Hartl, Vescovo tit. di Stratonicea di Caria, Vicario Apostolico di Araucania *(Chile).*

An. et vol. LXIX 31 Martii 1977 N. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

LITTERAE DECRETALES

Beatae Beatrici da Silva Meneses, virgini, Sanctorum honores decernuntur.

Praeclara Ordinis Immaculatae Conceptionis fundatrix, nobilis virgo Beatrix da Silva, quam hodie Sanctorum honoribus decoravimus, non tantum eius filiabus, sed et universo populo Dei, immo et omnibus hominibus, qui mente sincera sapientiam quaerunt ac ingenuae virtutis pretium magni aestimant, insigne exstat pietatis exemplum et illustre altioris humanitatis testimonium ; praesertim vero sacris virginibus, quae vitam contemplativam coram Ecclesia profitentur, singulare praebet virginalis vitae documentum, quo et monialium, quae in solitudine ac silentio, in assidua prece ac alacri poenitentia soli Dei vacant, status extollitur, spiritus orationis confirmatur, atque inaestimabilis thesauri absconditi in agro praestantia, pro cuius acquisitione libenter omnia venduntur (cfr. *Mt.* 13, 44), lucide illustratur. Decet ergo ut eximiam virginis huius vitam et institutum brevi hic exhibeamus compendio.

Beatrix ergo da Silva Septae, vulgo ((Ceuta », in Africae septentrionalis oris, a parentibus Lusitanis, Roderico Gómez da Silva et Isabella de Meneses, anno partae salutis circiter 1426 ortum habuit. Germanus frater fuit ei, praeter alios, Ioannes sive Amadeus de Meneses, qui in Italia Ordinem Sancti Francisci ingressus, reformationis Amadeitarum infra franciscalem familiam auctor exstitit, atque Xysti Papae IV a confessionibus fuit, ac publica sanctitatis fama nituit. Pia autem puella, naturae et gratiae donis cumulata, singulari iam ab infantia erga Iesum Christum ac Virginem Deiparam affectu fulsit. Cum vero

pater eius Rodericus, rebus in Africa ordine compositis, Septa in Lusitaniam transfretasset, ut praefecturam oppidi, cui nomen vulgo « Campo Maior » a rege acciperet, tenera quoque Beatrix, nondum decennis, cum tota illuc se contulit familia. Atque prudentia ac honesta vivendi ratione praestans, magnos ibi in humanarum, civilium religiosarumque rerum cultu progressus fecit, usquedum anno 1447 in Reginae familiam admissa est, ut dominam Isabellam, Ioannis regis Lusitaniae filiam, Ioanni II, regi Castellae, nupturam, comitaretur eique inter optimates aulae regiae honoraria assidue adstaret socia. Neque tamen ibi rosas absque spinis invenit. Cum enim Beatrix, vultu decora ac speciosa nimis, a viris nobilibus non paucis hinc inde in matrimonium requireretur, imprudens et inscia malitiae insidiis ac invidiis ansam dedit, ita ut ipsa regina, quae sociam sibi eam elegerat, iniusto aemulationis sensu, de medio tollendam decreverit. Beatrix autem, superno Deiparae auxilio recreata ac divina providentia ex tanto discrimine liberata, totam soli Domino, in honorem Virginis Mariae cuiusvis labis expertis in posterum sese dicare intendens, mox perpetuam altissimo Deo vovit virginitatem, atque, ut nobilium persecutionibus efficacius se subtraheret, Toletum aufugit, in monasterium Sancti Dominici, populi lingua « Santo Domingo el Real » cognominatum, ubi Catharina, regis Castellae avuncula, Antistitae munere fungebatur, refugium petitum et quietem. Sic ergo mulier, singulari excellens pulchritudine, cui opes et divitiae non deerant, ac optima affulgebat spes humanae gloriae, rerum excellentiam secundum Spiritum Domini iudicans, corporalemque speciem fallacem aestimans ac pulchritudinem omnino vanam (cfr. *Prov.* **31, 30), regnum mundi et omnem ornatum saeculi contempsit propter inaestimabilem Iesu Christi amorem et studiosam eiusdem Matris imitationem, atque ab inquietudine aulae regiae quasi ex Aegypto fugiens, in solitudinem properavit, salutaris vitae legem ibi receptura, ac intra monasterii saepta, duabus comitantibus ancillis, quarum una Maria de Saavedra cognominabatur, floridam nulla cunctatione abscondit iuventutem. Postmodum vero, per annos amplius triginta, habitu tamen saeculari, nullam profitens Regulam, cum monialibus Dominicanis cohabitavit, clara praebens argumenta virtutum, Christumque Dominum solum sibi tenens Sponsum ; atque, splendoribus ac vacuis magnificentiis spretis, humilem et absconditam inter virgines Deo sacratas vitam degit. Potissimum autem, praeter caritatis thesaurum, etiam opes libenter distribuebat egenis,** *eo* **modestiore vivendi ratione, quo abundantius aliorum levare posset**

inopiam. Ceterum religiosissima cura omnimodis moderatrici monasterii oboediebat, regularum disciplinae, silentio praesertim, ac diuturnae divinorum Officiorum celebrationi, volenti animo sese sùbiciebat. Huiusmodi igitur pietatis exercitio rite praeparata ac superno Spiritus Sancti impulsui docilis, id consilii cepit, ut novam institueret religiosam familiam, quae Beatae Virgini Deiparae sine labe conceptae sacra esset eiusque titulo insigniretur. Itaque, Isabellae Catholicae, Isabellae Lusitanae filiae atque tunc temporis Castellae reginae, ope f ulta, anno 1484 cum duodecim sociis in domum se contulit vulgari lingua « Palacios de Galiana » nuncupatam, ab ipsa regina sibi dono datam, cui ecclesia erat adnexa titulo Sanctae Fidei, ut opus mature medita tum absque impedimento inibi ad felicem deduceret effectum ; novamque hoc modo monasticae vitae inauguravit formam in urbe Toleto. Ut autem omnino innotesceret se sodalesque suas non amplius hominum societati obligari, sed Domini solius desiderare esse peculium, per religiosae clausurae institutum, quae quidem cum propria monialium vocatione singulariter cohaeret (cfr. *ES* **II 30), se et suas socias a ceteris penitus segregatas sacroque virginum velamine coopertas voluit; neque tamen a negotiis etiam huius vitae, cum regno Dei utcumque conexis, abstinuit, quae sublimiore modo, iuxta vitae contemplativae indolem, precibus ac paenitentiae operibus, in Ecclesiae incrementum ac animarum salutem incumbere intendebat ; nam « etsi quandoque religiosi coaetaneis suis non directe adsistunt, profundiore tamen modo eos in visceribus Christi praesentes habent atque cum eis spiritualiter cooperantur, ut aedificatio terrenae civitatis semper in Domino fundetur ad ipsumque dirigatur, ne forte in vanum laboraverint qui aedificant eam »** *(LG* **46). Itaque, dum Isabella, Castellae regina, liberaliter in novam religionem condendam cum Beatrice laborabat, Beatrix validissimum eidem in civitate terrena aedificanda in vicem auxilium ferebat. Quae cum fundamenta posuisset novi Ordinis constituendi, Apostolicas sub plumbo Litteras** *Inter universa,* **die 30 aprilis anno 1489 ab Innocentio Papa VIII datas obtinuit, quarum vi monasterium sub nomine seu titulo Conceptionis Beatae Mariae Virginis constitueretur, in quo Beatrix eiusque sociae « in communi et sub regulari observantia ac perpetua clausura » viverent. Quod quidem novi Ordinis monasterium, Apostolica auctoritate Toleti conditum, parens et caput fuit plurimorum coenobiorum, quae Alexandri Papae VI concessione, ((ad instar dicti monasterii Toletani » aliis quoque locis passim per orbem terrarum erigi posse de-**

cernebatur. Attamen piae fundatrici maturum seminis a se sparsi fructum in hac terrena peregrinatione colligere datum non fuit; nam, Deo sic disponente, nuntio imminentis mortis opportune accepto, priusquam in monasterio novum vitae religiosae genus rite inciperet, infirmitate correpta, brevi ad superos evolavit, mense, ut traditur, Augusto, anno 1492 ut videtur, sex Fratribus Minoribus felici eiusdem morti adsistentibus, qui eam sacramentis refecerunt, atque habitum et velum Ordinis Immaculatae Conceptionis in articulo mortis ei induerunt. Beatrice autem e vivis sublata, non ideo semen novae religionis sterile mansit, sed, sicut granum frumenti, quod, cadens in terram moritur et multum fructum affert (cfr. *Io.* **12, 24-25), laetam per quinque fere saecula, usque ad nostram aetatem, messem tulit. Ordo quippe, qui ab ipsa originem ducebat, turbidissimis inde ab initio superatis tempestatibus, firmiter tandem radicatus est Toleti, primo quidem sub institutis Ordinis Cisterciensis, prout ab Innocentio Papa VIII anno 1489 fuerat statutum, deinde vero sub Regula Sanctae Clarae iuxta decretum Alexandri Papae VI, anno 1494 factum, donec anno 1511 propriam sibi a Iulio Papa II, per Apostolicas sub plumbo Litteras** *Ad statum prosperum,* **die 17 septembris datas, obtinuit Regulam, qua pastorali Ordinis Fratrum Minorum curae ac sollicitudini specialius committebatur, ac mirabile exinde cepit incrementum. Nam usque ad annum 1526, amplius quadraginta novi Ordinis condita recensentur monasteria, quorum unum in Urbe anno 1525, ad Forum Romanum. Praeterea Conceptionistae, — ita Sodales huius Ordinis indicantur — quas iam circiter annum 1540 Mexicanum monasterium habitasse constat, cunctarum vitae contemplativae monialium in Novo Orbe omnino primae fuerunt. Religiosarum vero domus quae ab initio usque ad nostram aetatem conditae sunt, amplius 200 numerari possunt, non tantum in Hispania, Lusitania et America, sed et in insulis Canariis ac in insulis vulgo ((Azores » appellatis, praeterea in Italia, Gallia et Belgio. Quae autem Romae exstitit, a Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum Francisco de Quiñones, qui postea S. R. E. Cardinalis fuit, structa est; Neapolitanam vero domum ab alio Ministro Generali eiusdem Ordinis, Francisco Gonzaga, anno 1584, die 2 februarii excitatam esse constat. Post varias autem rerum vicissitudines, ob quas monasteria non pauca lamentabili /fato perierunt, manent adhuc omnino 154.**

Quod autem ad sacras Beatricis da Silva exuvias attinet, primo quidem in monasterio Sanctae Fidei, ubi Ordo initium coeperat et ipsa

diem supremum obierat, conditae fuerunt. Deinde vero, monialibus exinde in monasterium Sancti Petri vulgo ((San Pedro de las Dueñas » transmigrantibus, eaedem in novam translatae sunt sedem et ibidem asservatae, donec anno fere 1499 a Philippa da Silva Monialibus Dominicanis monasterii a Matre Dei nuncupati traditae sunt in custodiam. Anno demum 1511, iussu Iulii Papae II, Monialibus Conceptionistis protomonasterium, a Sanctissima Conceptione appellatum, iam tamquam certam sedem inhabitantibus, in perpetuam possessionem restitutae sunt. Interim fama sanctitatis, qua Beatrix, dum adhuc in terris peregrinantur, ob eximias suas virtutes et dona sibi a Spiritu Sancto concessa inclaruerat, amplius in diem crescebat, prouti non paucis demonstratur argumentis, ac vel sacri ipsius corporis vicissitudinibus confirmatur. Elucent autem in eius vita, praeter alia, coniunctissima illa necessitudo, qua Iesum Christum crucifixum ac beatissimam Genetricem Virginem Mariam, ceterosque caelorum cives mire colebat ; certa praeterea fides flrmissimaque spes, qua, ubi de morte imminenti certior facta est, animi serenitatem non amisit, sed, impensiore contemplatione defixa, Christo Sponso laetanter obviam occurrit ; atque singularis prudentia et christiana fortitudo, quibus tam in aulae regiae periculis et illecebris superandis, quam in novo Ordine Immaculatae Conceptionis condendo mirabiliter excelluit; atque constans illibatae virginitatis et religiosae castitatis amor; accedit studiosa erga Deum et proximum caritas, qua diu noctuque soli Domino, corde indiviso, servire studuit, ac, salutis animarum valde sollicita, precibus et cruciatibus plurimis susceptis Deo peccatores commendare numquam destitit. Nec mirandum Beatricem ab Isabella, Castellae regina, magni habitam et singulari fuisse dilectione distinctam, ut traditur, non tam ob cognationem, qua coniungebantur, sed etiam, ac quidem potissimum propter eminentem, quae in Beatrice fulgebat, sanctitatis splendorem.

Itaque nobilis virgo statim post mortem a Christifidelibus, imprimis a Monialibus Conceptionistis, coli et honorari coepta est. Cum vero Urbanus Papa VIII, Decessor noster, anno 1625 interdixisset, ne cultus publicus servis Dei, qui nondum ab Apostolica Sede Beatorum honore insigniti fuissent, tribueretur, Moniales Conceptionistae Causam canonice tractandam curaverunt. Qua re Curia archiepiscopalis Toletana iam anno 1636 informativum, quem dicunt, confidebat processum de vita, virtutibus et miraculis in genere; neque tamen, ob varia adiuncta, Causa efficaces progressus fecit, usquedum annis 1909-1910 iterum agi

coepta est, et quidem per viam casus excepti, seu cultus ab immemorabili tempore praestiti. Instructo ergo processu apud Curiam Toletanam, ac feliciter acto, sententia tribunalis archiepiscopalis, qua edicebatur constare de publico cultu Beatrici da Silva ab immemorabili tributo, die 27 iulii 1926 a Sacra Rituum Congregatione est approbata, ac sequenti die 28 a Pio Papa XI, Decessore nostro, confirmata. Cumque post huiusmodi confirmationem, cultus Beatae Beatricis latius diffunderetur, Sacra Rituum Congregatio, plurimorum obsecundans petitionibus, decrevit, die 26 Februarii 1950, ut resumeretur quidem Causa, servata tamen mente canonis 2133 C.I.C., ante nempe inquirendi de virtutibus, ita ut omnia ad iuris vigentis praescripta agerentur. Qua disceptatione facta apud Sacram Congregationem pro Causis Sanctorum, primum quidem in peculiari congressu, die 30 octobris 1973, deinde in plenario Patrum Cardinalium coetu, die 18 Decembris eiusdem anni, Nos, omnibus diligenter perpensis, sententiam Patrum Cardinalium ratam habuimus et confirmavimus die 21 Ianuarii 1974. Ad miracula vero quod attinet, duae sanationes proponebantur apud archiepiscopalem Curiam Mexicanam; quarum prior in bonum Sororis Annae Mariae a Sacro Corde (in saeculo Teresiae Padilla dictae) facta fuerat, quae, implorato Beatricis da Silva patrocinio, die 25 martii 1923 ab haemorrhagia subretinica cum disiunctione retinica secundaria et a laesionibus retinicis oculi sinistri perfecte sanata est ; altera favit dominae Elisabeth Orozco de Estrada, quae, petito eiusdem Beatae auxilio, mense Septembri anno 1945 a neoplasia maligna, intestinum tenue et colon afficiente, convaluit. Instructis ergo de his apud Curiam Mexicanam canonicis processibus, atque rite omnibus approbatis tam in congressu peculiari Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, die 29 Iulii 1975, quam in plenario Patrum Cardinalium coetu, die 28 Octobris eiusdem anni, Nos suffragia Patrum Cardinalium rata habentes, de historica veritate eorundem miraculorum die 12 Februarii anno 1976 certo constare declaravimus. Ac tandem, in Consistorio die 24 Maii huius anni 1976 habito, placitis Patrum Cardinalium annuentes, diem hunc statuimus, tertium Octobris, ut benemerita Ordinis Immaculatae Conceptionis fundatrix, in Basilica Vaticana, sollemniter Sanctorum honoribus ornaretur. Ad annuam vero eiusdem Sanctae celebrationem in Missa et in Liturgia Horarum diem designavimus 17 Augusti, quo felix ipsius obitus traditur evenisse. Hodie ergo, in Petriano templo praesentibus plurimis Purpuratis Patribus, Episcopis, fidelibus, optatam Beatae Beatricis da Silva Canonizationem

egimus, iis pronuntiatio verbis plenis maiestatis : « Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio Beatam Beatricem da Silva Sanctam esse decernimus, et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes eam in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen ».

Ceterum has Litteras Nostras sive nunc sive in posterum efficaces esse decernimus, ut suos effectus habeant, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertio mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo sexto, Pontificatus Nostri quarto decimo.

Ego PAULUS Catholicae Ecclesiae Episcopus



Loco £8 Plumbi

In Secret. Status tab., n. 815958.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

NGONGENSIS

Praefectura Apostolica de Ngong ad dioecesis statum evehitur, nomine Ngongensis.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui divino consilio idcirco in beati Petri locum suffecti. sumus, ut idem supremi Pastoris officium tuentes, eodem, si fieri possit, amore fidelium gregem pasceremus atque custodiremus, nulli profecto neque labori, neque diligentiae, neque curae parcimus, ut filiorum Nostrorum utilitatibus toto orbe terrarum degentium, prospicientia ac providentia Nostra consulamus. Qua re, cum Praefectura Apostolica de Ngong, in Kenyae finibus, haud parva ceperit incrementa atque maiora videatur esse captura, Nos volentes simul christianae rei ibi loci aptius providere, simul dilectis filiis meritam laudem attribuere ibi laborantibus ac stimulum addere ad nova coepta, bene fieri censuimus, si eam Praefecturam in dioecesis formam rediger emus. Consilio ergo petito a Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositis, iisque auditis quos oporteret, Apostolica Nostra potestate haec statuimus. Apostolicam Praefecturam de Ngong, quae est in Kenya, ad dignitatem dioecesis tollimus factis nempe omnibus iuribus quae dioeceses spectant. Cognominabitur eadem *Ngongensis,* **eritque metropolitanae Ecclesiae Nairobiensi suffraganea, atque Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione obnoxia. Dioecesis Sedes Episcopique domicilium in urbe Ngong erunt; cathedra vero in templo beati Ioseph opificis collocabitur, factis iuribus atque oneribus aedium cathedralium. Canonicorum Collegium condatur, ad normam aliarum Litterarum Apostolicarum quae dabuntur. Interim tamen Consultores dioecesani deligantur, qui Episcopo assint, ad normam iuris communis. Reliqua omnia iuxta leges ecclesiasticas temperentur. Ceterum Venerabilis Frater Augustinus Cacciavillan, Archiepiscopus titulo Ami-**

terninus atque in Kenya Apostolicus Pro-Nuntius, has Litteras Nostras ad exitum deducet, qui poterit, si visum, alium legare, modo clericum. Re vero acta, documenta exarentur, atque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione cito mittantur.

Has vero Litteras firmas esse et fore volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die nono mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo sexto, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco Ç& Plumbi

In Secret. Status tab., n. S1889S.

II

GARISSAE

In Kenya nova Praefectura Apostolica conditur, « Garissae » nomine.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sacrosancta Christi verba : « Euntes ergo in mundum universum, praedicate Evangelium omni creaturae », cetera *(Marc.* **16, 15), id profecto monent, non posse homines ad aeternam pervenire salutem, nisi in sacramento praedicati verbi Dei. Quae causa est, cur Nos, qui principem locum in Ecclesia obtinemus, tanto studio, cura, sollicitudine in christianae fidei propagationem intendamus. Cum ergo Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, qui Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide praepositi sunt, visum sit in Kenyae finibus novam Praefecturam apostolicam condere : id enim non parum ad christianam religionem augendam conferre in ea terra ; Nos, re bene reputata iisque auditis quos oporteret, haec, quae sequuntur**

decernimus atque iubemus. A dioecesi Meruensi eam partem separamus, quae civili regione constituitur cognominata North Eastern Province ; a dioecesi vero Mombasaënsi territoria quae vulgo dicuntur Tana River et Lamu; quibus omnibus novam Praefecturam Apostolicam condimus, *Garissam* **appellandam, atque curis Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum credendam. Quos sane paterne hortamur, ne quid omittant quo possit christiana fides propagari, extendi, prorogari. Ceterum has Litteras Nostras Venerabilis Frater Augustinus Cacciavillan, Archiepiscopus titulo Amiterninus et in Kenya Apostolicus Pro-Nuntius, vel quem ipse legaverit, exsequi curabit, facultatibus necessariis. Re vero acta, idem documenta exarari faciet, quae sinceris exemplis ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittet. Contrariis nihil obstantibus.**

Datum Romae, apud S. Petrum, die nono mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo sexto, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi
In Secret. Status tab., n. 318894.

III

HUAMBENSIS ET LUBANGENSIS

In Angola duae novae ecclesiasticae Provinciae constituuntur, quarum sunt nomina « Huambensis » et « Lubangensis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui divino consilio in vertice sacerdotalis potestatis constituti,/Ecclesiae gubernacula tractanda suscepimus, in id studia Nostra omnia conferimus, atque in hoc operam ponimus ac diligentiam collocamus, ut christiani populi necessitatibus provideamus, consulamus utilitatibus.

Qua re, quidquid viderimus christiano gregi prodesse posse, id, quantum maxime possumus, patris sollicitudine fieri studemus.

Cum ergo Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ab hac Apostolica Sede petierit, ut in territorio vulgo Angola, in Africae finibus, duae novae Provinciae ecclesiasticae conderentur, Nos, re bene considerata, atque eorum consensu habito quorum interesset, apostolica Nostra auctoritate haec statuimus et iubemus. Metropolitana Provincia Luandensi divisa, duas alias constituimus : alteram nempe Huambensem nomine, alteram Lubangensem. Tres erunt ergo Provinciae ecclesiasticae in ea regione : Luandensis, Huambensis, quae Ecclesia ante Novae Lisbonae cognominabatur, et Lubangensis, antehac Sadabandeiropolitana nomine. Dioeceses vero ita disponentur, ut prima Provincia e Luandensi constet, quae erit metropolitana, et Carmonensi-Soteropolitana, et Henrici de Carvalho, et Malaniensi ac Neo-Redondensi ; altera autem, ex Huambensi, quae metrópolis erit, Benguelensi, Lusitaniana ac Silva Portuensi ; tertia denique, e Lubangensi, ad dignitatem metropolitanae evecta, Pereirensi de Eea et Serpapintensi.

Has vero Litteras Venerabilis Frater Ioannes De Andrea, Archiepiscopus titulo Aquavivensis et in Angola Apostolicus Delegatus, ad exitum deducat vel quem ipse legaverit, factis nempe iustis facultatibus. Ee autem acta idem documenta exaret, quae sinceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione cito mittet. Contrariis nihil obstantibus. Datum Romae, apud S. Petrum, die tertio mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco SS **Plumbi**

In Secret. Status tab., n. S21987.

HOMILIA

Die festo Praesentationis Domini, in Basilica Vaticana, tricesimo absoluto anno ex quo Pius XII P. M. Constitutionem Apostolicam « Provida Mater » de Institutis Saecularibus promulgavit. *

Questa solennità festiva, che conclude il tempo natalizio, è designata, da diversi nomi e da diversi significati : Purificazione di Maria, in relazione con il rito dell'antica Legge ;[1] Presentazione di Gesù al Tempio ;[2] Incontro, in Greco *Hypapante,* di Gesù col vecchio Simeone e con la profetessa ultra ottogenaria Anna, cioè l'incontro dell'antico Testamento col Nuovo, inaugurato dal natale di Gesù ;[3] Candelora, dalla processione che a Gerusalemme si faceva alla fine del secolo quarto, e che ci è ricordata dalla celebre relazione sulle liturgie locali della pellegrina Eteria ;[4] e a Roma, a quel tempo stesso, ma con differente significato, penitenziale e purificatore con una processione luminaria ;[5] a Milano, con la *letama,* che dalla chiesa di S. Maria Beltrade alla cattedrale, accompagnava la processione recante un *portatorium* con l'idea, cioè con l'immagine della Madonna avente in braccio Cristo Bambino.[6] Bellissima collezione di riti vari e devoti, i quali alla fine trovano nella liturgia odierna, che possiamo ritenere autentica e centrale rispetto alle altre, il suo punto focale, fisso nell'oblazione biblica di Gesù a Dio, Padre e padrone della vita umana, nell'espressione finalmente messianica che si pone al centro della storia dell'umanità e del contrastato destino della salvezza, quale « bersaglio di contraddizione)).[7]

Ce lo commenta Bossuet : « Noi sappiamo che il primo atto di Gesù entrando nel mondo, fu di darsi a Dio e di mettersi al posto di tutte le vittime, di qualsiasi natura esse fossero, per compiere la volontà di Lui, qualunque fosse ».[8] Vi è in questo episodio evangelico la professione

* Die 2 m. februarii a. 1977.

[1] Cfr. *Exod.* XIII, 2, 12, 15; *Xfm* Vili, 17; *Lv* 2, 6, 8.

[2] *Le* 2, 22, ss.

[3] *Le* 2, ib.

[4] Cfr. Duchesne, *Origines du culte chrétien,* p. 519.

[5] Cfr. *PL* 96, 277; Polycarps Radó, *Enchir. Litur.* II, 1139.

[6] Cfr. Mario Righetti, *Manuale di St. lit.* II, 87.

[7] *Lc* 2, 34.

[8] Élévations sur les mystères, *Œuvres,* II, 336.

religiosa fondamentale : la filosofia della vita comincia così: l'uomo non è da sé; egli è creatura; egli nasce libero, ma nella sfera d'un disegno divino che coinvolge il suo destino e il suo dovere radicale.[9] Parola ben nota a chi ha scoperto la chiave dell'umana vocazione, ch'è quella di Cristo stesso : « Ecco, io vengo a fare, o Dio, la tua volontà ».[10] Di qui tutto il rapporto fra l'uomo e Dio si snoda in una serie di passi ascensionali che si fanno orazione, dialogo, obbedienza, amore, oblazione; si fanno sacrificio anche, ma destinato a sfociare nell'oceano della vita e della beatitudine.

Questo impegno iniziale, questa nostra offerta alla volontà di Dio merita la grande meditazione di questa particolare festività, della nostra fede in Dio e in Cristo nostro maestro e nostro salvatore. Popolo di Dio noi siamo ; e quasi trasportati da un costume storico, di cui non avremo mai abbastanza riconosciuto e benedetto la gratuita fortuna, noi siamo arrivati all'incontro col mondo religioso, col regno della fede e della luce. Abbiamo noi compreso la nostra sorte meravigliosa? abbiamo corrisposto alla dignità di questa elezione comunitaria, che incorpora la nostra microscopica esistenza a quella universale del Cristo totale, che si chiama il suo Corpo mistico, la Chiesa? Abbiamo noi avvertito che in questa smisurata comunione, che ci fa tutti-uno in Cristo, la nostra minima vita, lungi dal perdere la sua personalità, l'acquista e la magnifica? Il nostro *Io* prende proporzioni incalcolabili, e si vale di questa trasfigurante « società dello spirito »[11] per giungere a quella pienezza che invano cerchiamo nel possesso del regno della terra, della natura, dei sensi, del pensiero stesso; e che profondamente, inconsciamente forse, desideriamo, ch'è il possesso infinito del Dio vivente?

Offrirsi a Cristo è riceverlo. Rievocare Cristo è conquistare l'infinito Iddio.

O beati noi, se questa offerta, derivante dal nostro battesimo, si è mantenuta fedele, se si è approfondita nella coscienza della sua iperbolica proporzione; e se invece di irradiarsi nello sforzo di rendersi minima ed avara, si è fatta più generosa ed operosa! Si è fatta piena e cristiana !

Ci soccorre, in questo momento, quasi ad inondarci di gaudio che oggi, proprio oggi, trent'anni or sono, un avvenimento è stato celebrato

[9] Cfr. *Ef* 1, 3, ss.
[10] *Ebr* 10, 7, 9; cfr. *Sal* 39, 8; *Is* 53, 7.
[11] *Fil* 2, 1.

nella Chiesa cattolica, che ha comunicato a molti suoi figli il carisma di questa festività della Presentazione di Gesù al Tempio, cioè dell'oblazione di Cristo alla volontà del Padre.

Vogliamo infatti ricordare un anniversario che ricorre oggi : trentanni fa, il 2 febbraio 1947, la Chiesa riconobbe una forma nuova di vita consacrata, quando il Nostro Predecessore Pio XII promulgò la Costituzione Apostolica « Provida Mater ».

Una forma nuova, diversa da quella della vita religiosa non solo per una diversità di attuazione della *sequela Christi,* **ma anche per un diverso modo di assumere il rapporto Chiesa-mondo, che pure è essenziale ad ogni vocazione cristiana.**[12]

Trent'anni non sono molti, ma la presenza degli Istituti secolari è già significativa nella Chiesa, e noi vi chiediamo di unirvi a noi nel ringraziare il Padre dei cieli per questo Suo dono.

E vogliamo mandare a tutti ed a ciascuno, uomo o donna che sia, un nostro benedicente saluto, che naturalmente estendiamo a quanti ci portano oggi il loro cero benedetto, simbolo della loro vita e di quella dei loro rispettivi fratelli e sorelle associati in una simile oblazione al Signore; e che ben di cuore allarghiamo a tutto il Popolo di Dio fedele alla propria oblazione, al nome e alla professione cristiana.

NUNTII SCRIPTO DATI

I

Praesidi Comitatus Ministrorum Consilii Europae missus et ab Exc.mo Viro Ioanne Benelli, Archiepiscopo tit. Tusuritano ac Secretariae Status Substituto, in Alsatica urbe Argentorato publice prolatus, instante inauguratione Palatii Europae. *

A Monsieur le Président du Comité des Ministres du Conseil de l'Europe.

La maison de pierres qui sera inaugurée prochainement à Strasbourg figure et anticipe l'édifice que les hommes et les nations de l'Europe sont en train de construire, avec leur vie même, pour affronter ensemble l'étape historique qui s'ouvre devant eux.

[12] **Cfr. Const. past. de Eccl. in mundo huius temporis** ***Gaudium et spes,*** **n. 1.**

*** Die 26 m. ianuarii a. 1977.**

Beaucoup de chemin a été parcouru depuis que le Conseil de l'Europe a vu le jour, à l'appel d'hommes de cœur, de courage, guidés par une perception lucide des besoins de notre temps et des aspirations de leurs peuples, et capables d'inventer des voies nouvelles.

Nous apprécions particulièrement — Nous tenons à vous le dire dans cette circonstance solennelle — le travail que ce conseil réalise dans les domaines variés et multiples de la coopération européenne depuis plus d'un quart de siècle. Cette activité peut sembler lente, mais elle marque profondément la vie des européens dans le sens d'une unification humaine plus que politique.

Nous aimons relever que le Conseil de l'Europe, la plus ancienne parmi les institutions européennes, a poursuivi cette activité dans la fidélité à l'idéal inscrit par les fondateurs dans le préambule de son Statut, à savoir l'attachement aux valeurs humaines, spirituelles et morales, qui constituent le patrimoine commun des peuples de ce continent.

Et il Nous plaît de souligner l'un des fruits les plus méritoires de la concertation et de l'engagement des Etats membres du Conseil de l'Europe. Par-delà un passé de guerres et de destructions, les valeurs communes issues de la vitalité des peuples anciens et divers, affinées par l'héritage gréco-romain, assainies, approfondies et universalisées par la foi chrétienne, ont reçu, au plan des principes juridiques, une expression renouvelée et efficace dans la Convention européenne des droits de l'homme, qui se présente comme une pierre milliaire sur le chemin vers l'union des peuples : ne manifeste-t-elle pas la volonté sacrée de bâtir cette union sur le respect de la dignité de la personne et de ses libertés et de ses droits fondamentaux?

Il est également encourageant d'observer le sens de tout le travail accompli par le Conseil de l'Europe. Le Comité des ministres, l'Assemblée parlementaire, les Commissions d'experts, servis par un Secrétariat et un corps de fonctionnaires dont la compétence égale le dévouement, ont mené dès le début une action résolue pour harmoniser et féconder mutuellement les institutions sociales, les patrimoines culturels, et pour donner aux solidarités ainsi tissées un cadre approprié, dans la perspective d'un service plus efficace de la paix et de la justice dans le monde.

Des énergies précieuses ont ainsi été libérées, un élan a été imprimé, un horizon d'espérance ouvert qui permettent maintenant de mobiliser la créativité de tous, des jeunes surtout, pour de nouveaux progrès.

Nos prédécesseurs et Nous-même, nous n'avons cessé d'encourager et de stimuler tous ceux qui se sont appliqués à la construction d'une Europe unie. En accréditant des représentations diplomatiques auprès des institutions européennes, le Saint-Siège a voulu manifester sa volonté d'être présent et de participer, selon les modalités qui découlent de sa mission spécifique, à l'effort commun, d'en connaître les cheminements patients et laborieux, d'écouter et d'apprendre, et de contribuer ainsi, dans un dialogue suivi, à affermir les composantes humaines — morales et spirituelles — de l'entreprise historique en cours.

Le Saint-Siège est lui-même situé en Europe, et, depuis ses origines, une part notable de son action, surtout dans le passé, a été très mêlée à celle des Etats européens. Mais ce n'est pas à ce titre qu'il participe aux travaux du Conseil de l'Europe, maintenant que l'Etat de la Cité du Vatican n'est qu'une garantie de son autonomie spirituelle : c'est à tous les peuples que le Saint-Siège veut offrir sa contribution spécifique, pour leur paix et leur développement. Mais lorsqu'une coordination se dessine entre les nations à un vaste niveau régional, il y porte un intérêt particulier. Et lorsque ces nations ont toutes été cimentées dans une civilisation chrétienne, il se sent spécialement concerné. Non pas pour dominer le destin de ces peuples, mais pour les aider à mieux le réaliser, conformément à leur identité profonde et pour le bien de tous.

Or la tradition chrétienne, c'est' un fait, est partie intégrante de l'Europe. Même chez ceux qui ne partagent pas notre foi, même là où la foi s'est assoupie ou éteinte, les fruits humains de l'Evangile demeurent, constituant désormais un patrimoine commun qu'il nous appartient de développer ensemble pour la promotion des hommes. L'Eglise continue, par ses voies propres, sa mission d'évangélisation. Certes, elle ne veut pas devenir seulement l'instrument d'une construction humaine, ni chercher à faire d'une construction humaine l'instrument de son progrès. Mais elle a conscience, en évangélisant, de promouvoir l'homme et les valeurs humaines. Dans le respect des divers courants de civilisation et des compétences propres de la société civile, elle vous propose son aide pour affermir et développer le patrimoine commun particulièrement riche en Europe et dont beaucoup d'éléments lui sont familiers, voire accordés.

En s'appuyant sur ce patrimoine, le Sainte-Siège regarde lui aussi l'avenir de l'Europe avec réalisme et espérance. Les conditions et les nécessités sociales, culturelles, juridiques et spirituelles des peuples

européens constituent, à ses yeux, des indications précieuses pour éveiller les consciences et leur désigner le champ où doit s'exercer leur dynamisme créateur. Importants aussi sont les appels qui viennent des modes plus humains de vie et de développement, évoqués dans notre Encyclique *Populorum Progressio* **(nn. 47, 77) : dans de tels appels, la conscience des hommes et des peuples européens est invitée à reconnaître comme une « voix nouvelle » qui l'incite à créer les intitutions capables de permettre à l'Europe un service plus efficace de la famille humaine tout entière. Est-ce trop dire que l'Europe, vu les faveurs dont la Providence l'a fait bénéficier, garde une responsabilité particulière pour témoigner, dans l'intérêt de tous, de valeurs essentielles comme la liberté, la justice, la dignité personnelle, la solidarité, l'amour universel? Et réciproquement, n'est-ce pas dans un service élargi aux dimensions du monde qu'elle pourra retrouver ou fortifier ses raisons de vivre, son dynamisme et la noblesse de son âme?**

C'est à favoriser l'éclosion d'un tel dynamisme que va toute notre action. Puissiez-vous partager notre conviction que l'Eglise, et le Saint-Siège, qui en est le porte-voix, apportent ici une contribution essentielle ! Qui ne voit la résonance profondément humaine de l'esprit évangélique de fraternité et du renoncement qu'elle implique? Sans un tel état d'esprit, il Nous semble bien difficile d'arriver à ce que chacun dépasse son propre point de vue, renonce à certains avantages et éventuellement à certains de ses droits non fondamentaux, dans le respect de ceux des autres et en vue d'un bien commun supérieur. Et sans la confiance qui accompagne une authentique fraternité, les nations comprendraient-elles l'avenir fécond qu'ouvre à leur propre patrimoine historique l'engagement dans des solidarités élargies?

C'est dire nos vœux fervents, Monsieur le Président, pour que l'inauguration de la nouvelle Maison de l'Europe soit le symbole et le centre d'un nouveau développement de l'union des peuples européens. Et Nous Nous plaisons à invoquer la bénédiction du Dieu Tout-Puissant qui, loin de détourner des tâches terrestres, invite à leur donner le cachet de l'harmonie, de la fraternité et de l'amour.

Du Vatican, le 26 janvier 1977.

PAULUS PP. VI

II

Ad catholicos totius mundi Christifideles, sacro ineunte tempore quadragesimali.

Carissimi Figli e Figlie!

Eccoci nella Quaresima ! Vogliate ascoltarci un istante ! La Quaresima è un periodo favorevole, è il « tempo propizio », di cui parla la sacra Liturgia, per prepararci a celebrare degnamente il Mistero Paquale. È un periodo certamente austero, ma fecondo ed apportatore di un rinnovamento, quale una primavera spirituale. Noi dobbiamo risvegliare la nostra coscienza; dobbiamo ravvivare il senso del dovere ed il desiderio di corrispondere, in concreto, alle esigenze di una vita cristiana autentica.

Circa dieci anni fa, la nostra Enciclica « Populorum Progressio » sullo sviluppo dei popoli fu come un « grido di angoscia, nel nome del Signore », che noi rivolgemmo alle Comunità cristiane ed a tutti gli uomini di buona volontà. Ed oggi ancora, in questo inizio del tempo liturgico quaresimale, vorremmo far risonare quell'appello solenne. Il nostro sguardo ed il nostro cuore di Pastore universale continuano, infatti, ad esser profondamente turbati dalla folla immensa di coloro che, in tutte le società del mondo, sono abbandonati ai margini della strada, feriti nel corpo e nell'anima, spogliati della loro umana dignità, senza pane, senza voce, senza difesa, soli nella loro angoscia!

Certo, noi proviamo qualche difficoltà nel far parte agli altri di quel che abbiamo, al fine di contribuire alla scomparsa delle diseguaglianze in un mondo divenuto ingiusto. Tuttavia, le affermazioni di principio non bastano. È per questo che è necessario e salutare ricordarci che siamo semplicemente amministratori dei doni di Dio, e che « la penitenza del tempo di Quaresima non deve esser soltanto interna ed individuale, ma esterna, altresì, e sociale ».*

Noi vi chiediamo di andare incontro al povero Lazzaro, che soffre la miseria, la fame. Fatevi suo prossimo, affinché egli riconosca nel vostro sguardo quello di Cristo che l'accoglie, e nelle vostre mani quelle del Signore, che distribuisce i suoi doni. E vogliate anche rispondere con generosità agli appelli, che vi saranno rivolti nelle vostre Chiese

[1] Cfr. *Sacrosanctum Concilium,* n. 110.

particolari, per consolare i più diseredati e per dare il vostro contributo al progresso dei popoli meno provvisti di beni.

Vi ricordiamo le parole del Signore, che l'Apostolo San Paolo ci ha fortunatamente conservato, perché veniate in aiuto dei deboli : « C'è più felicità nel dare che nel ricevere ».[2] E vi esortiamo tutti, Pigli e Figlie carissimi, a purificare il vostro cuore, per accogliere degnamente le prossime celebrazioni pasquali ed annunciare al mondo la Buona Novella della salvezza. Con questo augurio vi benediciamo nel nome del Padre e del Figlio e dello Spirito Santo.

PAULUS PP. VI

ALLOCUTIONES

I

Ad Tribunalis Sacrae Romanae Rotae Decanum, Praelatos Auditores, Officiales et Advocatos, novo Litibus Iudicandis ineunte anno, de protectione iustitiae perfectiore reddenda.*

Dilecti Filii,

Iucundus est Nobis conspectus vester, grata haec opportunitas agendi vobiscum, qui magni ponderis munus in Ecclesia impletis. Libenti etiam animo audivimus ea, quae venerandus Decanus vester, verbis usus egregiis, modo est locutus.

Dum ergo initium fit anni iudicialis, dum vos contuemur, qui studiosi et impigri ad commissum vobis officium iuris dicendi incumbitis, argumentum Nobis pertractandum esse videtur, quod vestra non paulum interest. Argumentum dicimus, quod, affulgente nova quasi luce Concilii Vaticani II, diligentius est considerandum quodque in Codice iuris canonici, qui nunc recognoscitur, locum obtinet : scilicet quaestio de protectione iustitiae perfectiore reddenda.

Est etiam animadvertendum idem argumentum ad aetatem hanc, qua vitam degimus, arctius referri. Non est enim qui ignoret spatium iurium hominis hodie magis magisque amplificari, eo quod dignitas eiusdem

[2] *At* 20, 35.

* Die 4 m. februarii, a. 1977.

hominis in clariore lumine ponatur. Haec extensio iurium vim habet etiam ad novum Codicem iuris canonici, cuius recognitio non esse potest sola emendatio prioris, quatenus res in aptum ordinem rediguntur, iis additis, quae inducenda visa sunt, atque iis omissis, quae non amplius vigent, sed instrumentum vitae Ecclesiae quam maxime accommodatum post celebratum Concilium Vaticanum II evadat oportet.

Etenim Codex iuris canonici recognoscendus eo spectat, ut illa, quae praedicta universalis Synodus modo generali proposuit, vitae iuridicae Ecclesiae applicentur; quod fit ope praescriptorum normarumque, quibus ordo ex parte inferantur atque serventur in omnibus partibus magnae illius communionis, quam Ecclesia efficit.

Concilium eo pertinet, ut tota vita eius communionis, in fide et caritate efficaciter ordinata sit et pacifica, et ut haec ipsa vita veluti subsidium evadat, quod tandem aliquando omnibus pastoribus et fidelibus reconciliationem afferat, id est pacem cum Deo, pacem inter ipsa membra communionis, pacem cum universis Christianis, quin immo cunctis cum hominibus bonae voluntatis. Ea ergo, quae Concilio sunt proposita, non licet censeri quasi seorsum dicta et cum aliis non conexa, sed veram normam constituunt, qua haec pax cum Deo, necnon pax Christi inter fideles ipsos et cum ceteris hominibus a Deo petenda, non solum vigeat, sed etiam ordo et pax communionis omni ope ad rem apta perficiantur, protegantur, serventur. Hac de causa finis Concilii non postremo quidem loco sed potius ratione quam maxime necessaria etiam vitam iuridicam postulat; immo inter subsidia pastoralia, quibus Ecclesia utitur, ut homines ad salutem perducat, est ipsa vita iuridica.

Verumtamen hae normae, quibus vita communionis ut pacificus convictus iuridice efficaci ratione ordinatur, non sunt — ut neminem latet — propter se ipsas, quasi finis earum in iisdem contineatur, sed potius instrumenta sunt, quibus bona, a Deo Ecclesiae concredita, fidelibus modo ordinario et ordinato obveniant iisdemque, ut diximus, imprimis pax cum Deo et pax inter se conferatur.

Si ergo in communione Ecclesiae hanc pacem assequimur ut opus iustitiae, hoc ipsum opus, ipsa vita iuridica Ecclesiae, huic iustitiae satis facere debet, et ipsa vita iuridica tam excelsa sit oportet, ut re vera eius ope pax Christi nobis possit impertiri.

Hinc vero consequitur ius Ecclesiae vere esse indolis spiritualis, ipsum reapse a Spiritu Christi, a Spiritu Sancto, informari oportere. Qua quidem ratione ductum, Concilium postulavit, ut ius Ecclesiae esset instrumentum eius vitae spiritualis, renuens seiunctionem inter

Spiritum et ius, inter Ecclesiam *pneumaticam p* **ut aiunt, et Ecclesiam indolis** *institutionalis,* **quemadmodum appellant; siquidem in ipso mysterio Ecclesiae continetur institutio, ac quidem hierarchica, variis gradibus distincta in Populo Dei.**

Haec ergo exterior et iuridica Ecclesiae structura non solum non obest vitae eius interiori, seu spirituali, ipsique Ecclesiae, quatenus est mysterium, sed etiam praesentiae et moderamini Spiritus Sancti inservit eaque fovet et tuetur.

Hoc affirmandum esse videtur : Concilium, quasi nova impulsione ductum, extulisse donum Spiritus Sancti in baptismate datum,[1] ut donum, fidelibus libertatem spiritualem tribuens, qua vitam christianam agere possint modo Christianis digno (cfr. *Rom.* **8, 21).**

Sed iura fundamentalia baptizatorum non sunt efficacia neque exerceri possunt, nisi quis officia ipso baptismate cum illis conexa agnoscat, praesertim, nisi persuasum sibi habeat eadem iura in communione Ecclesiae esse exercenda; immo haec iura pertinere ad aedificationem Corporis Christi, quod est Ecclesia, ideoque eorum exercitationem ordini et paci convenire, non autem licere, ut detrimentum afferant.

In communione Ecclesiae bona spiritualia per celebrationem Liturgiae et administrationem sacramentorum semper praebentur, quibus pax Christi infirmitatem humanam continenter corroborat. Communio ergo Ecclesiae, ut iam diximus, omnino praedita est structura iuridica, immo ea indiget; sed talis iuridica structura omnino peculiaris est, quia naturam sacramentalem Ecclesiae participat.

Concilium voluntatem suam extollendi naturam spiritualem iuris Ecclesiae eo potissimum confirmavit quod fundamentum et fontem sacramentalem potestatis hierarchicae in claro lumine posuit. In ipsa enim consecratione episcopali donum Spiritus Sancti confertur, qui, in Episcopis praesens, totam vitam communionis Ecclesiae per illos sustentat et alit. Profecto, in ordinatione episcopali munera pastoralia tribuuntur sanctificandi, docendi, regendi, quibus iidem, in persona Christi pontificis, magistri, pastoris agentes, instrumenta fiunt Spiritus Christi pro ipsorum ministerio in communione Ecclesiae.[2]

Magisterium etiam ac regimen in communione Ecclesiae constant officiis et iuribus, quorum natura est supernaturalis-spiritualis, diversa ab omni potestate mere humana. Itaque vita Ecclesiae — quae

1 Cfr. Const. dogm. de Ecclesia ***Lumen gentium,*** **n. 14.**

2 Cfr. Const. dogm. de Ecclesia ***Lumen gentium,*** **n. 21.**

magna ex parte per sacerdotium hierarchicum peragitur in cunctis, quae sunt peculiaria et propria Ecclesiae — natura sua spiritualis est, salutem fidelium operatur, afferens pacem Christi, quae non potest non esse opus iustitiae, ac quidem iustitiae divinae eademque de causa dignitatis altissimae.

Pastores ergo eo contendant oportet, ut navitas sua, etiam iuridica, sit pastoralis, a Spiritu informata, necnon ut iustitiam, cui pax Christi ut finis est proposita, prae oculis habeant. « Spiritum nolite exstinguere » *(1 Thess* **5, 19), etenim « Spiritus ubi vult spirat »** *(Io* **3, 8). Spiritus Sanctus munera sua pastoribus et fidelibus tribuit, ut ad Corpus Christi aedificandum operam conferant. Verum est quidem omnia probanda esse (cfr.** *1 Thess* **5, 21) ; attamen probanda sunt, dummodo cor pateat cuivis germanae operationi Spiritus Sancti : « Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis »** *(Apoc* **2, 7).**

Itaque protectio iustitiae in novo Codice iuris canonici potissimum continebitur, ut illum ipsum finem Concilii ostendat, ex quo labor iuridicus — non quidem supervacaneus sed omnino necessarius in Ecclesia secundum Dei voluntatem — habeatur subsidium pastorale informatum iustitia, cuius ope tandem aliquando pax Christi praebeatur, licet interdum, propter humanam infirmitatem, quae ab Ecclesia non est aliena, norma firmiter debeat applicari. In eadem enim Ecclesia oportet « omnia ... honeste et secundum ordinem fiant)) *(1 Cor* **14, 40). Quapropter non est locus** *obiectioni ex conscientia,* **quae oboedientiam ecclesialem dissolvat (cfr.** *ibid.* **14, 37; 4, 21).**

Deinde protectio iustitiae in novo Codice exhibebitur, eo quod ex huius Codicis ratione idem labor iuridicus habebitur apertius indole spirituali indutus, quoniam a natura sacramentali Ecclesiae promanat et exercetur in communione Ecclesiae, quae, multis membris constans, unitatem constituit in Spiritu Sancto, qui cunctis membris in baptismate confertur, necnon membris ex ordine hierarchico in sacramentali ordinatione tribuitur ad pascendum Populum Dei. Quocirca in novo Codice periculum vitabitur funestae illius separationis inter Spiritum et institutionem, inter theologiam et ius, quia ipsum ius et potestas pastoralis theologice intelleguntur ad pacem Christi impertiendam, quae opus est iustitiae, non humanae sed divinae.

Praeterea protectio iustitiae in novo Codice inerit, quia, ut Concilium impensius docuit, communio Ecclesiae a fidelibus et pastoribus simul constituitur, ita ut fideles, sacerdotio communi praediti et com-

municationibus et consiliis cum pastoribus in bonum Ecclesiae operantes, non tantum subditi habentur, sed etiam cooperatores ordinis hierarchici, cui obsequiosum auxilium praestant in omnibus eius gradibus.

Demum protectio iustitiae in novo Codice locum obtinebit, quia vita iuridica non apparebit quasi dominans omnibus partibus vitae Ecclesiae, sed tamquam elementum magni momenti, inserviens vitae ipsius communionis, relinquens simul singulis fidelibus necessariam libertatem *responsabilem,* **ut aiunt, et ad aedificandum Corpus Christi pertinentem, nisi unitas et pax totius communionis Ecclesiae postulent arctiores limites, ita ut mutuus nexus ac bonum totius communionis facilius obtineantur. Novus Codex vere ipsi Ecclesiae catholicae destinatur, quae hodie per totum mundum est diffusa. Quam ob rem varietas et bona formarum civilis cultus, in diversis partibus orbis terrarum exsistentia, plenius agnoscenda sunt et accipienda, salva unitate fidei necnon unitate communionis eiusque hierarchiae in summis principiis quoad institutiones fundamentales; quae unitas per magisterium et regimen supremi Pastoris visibiliter et viva semper est et operatur pacem Christi, quae opus est iustitiae divinae.**

Iis, quae diximus, ducuntur principia, quae Codicis iuris canonici recognitionem dirigant.[3] Secundum haec — de rebus acturi sumus, quae adhuc expenduntur — in legibus eiusdem Codicis elucere debet spiritus caritatis, temperantiae, humanitatis et moderationis, quibus ab omni iure humano novus Codex distinctus sit oportet. Ut finis totius legislationis proponitur auxilium vitae spirituali fidelium afferendum, quae agenda est potius ex proprio conscientiae officio seu *responsabilitate* **quam vi praeceptorum. « Ne igitur normae canonicae officia imponant, ubi instructiones, exhortationes, suasiones aliaque subsidia, quibus communio inter fideles foveatur, ad finem Ecclesiae obtinendum sufficientia appareant; neve leges irritantes actus vel inhabilitantes personas facile Codex statuat, nisi earum obiectum magni momenti sit, et bono publico ac disciplinae ecclesiasticae vere necessarium ».[4]**

Praeterea eadem principia videntur requirere, ut congrua potestas *discretionalis* **pastoribus ac fidelibus relinquatur, quemadmodum factum**

[3] **Cfr.** ***Communicationes*** **(Pontificiae Commissionis Codici Iuris Canonici recognoscendo), 1969, 2, pp. 77-85; ibid.** ***Relatio circa «.Principia quae Codicis Iuris Canonici recognitionem dirigant*** **», pp. 86-91.**

[4] **Ibid., pp. 79 s.**

esse perhibetur in Constitutione Apostolica *Paenitemini.*[5] Patet vero usum potestatis spiritualis sacramentaliter collatae non ad arbitrium exerceri posse. Unicuique ergo fideli iura, quae lege naturali vel divina positiva habentur, agnoscenda sunt ideoque tuenda.[6] Immo, « proclamari idcirco oportet in iure canonico principium tutelae iuridicae aequo modo applicari superioribus et subditis, ita ut quaelibet arbitrarietatis suspicio in administratione ecclesiastica penitus evanescat.[7]

Verumtamen haec finalitas obtineri solummodo potest mediantibus recursibus sapienter a iure dispositis ut ius suum, quod quis ab inferiore instantia laesum reputet, in superiore restaurari efficaciter possit ».[8] Admittuntur in novo Codice etiam recursus quoad actus administrativos in tribunali administrativo. Qua quidem ex parte praesumitur et requiritur moderatio, ne ea, quae defensioni iustitiae destinentur, in contrarium vertantur. Etenim defensio iustitiae non esset vere talis, si impedimentum afferret expeditae exercitationi regiminis pastoralis, quod ad ordinem et pacem communionis est prorsus necessarium. Item dicendum est iudicium seu processum esse per se quidem publicum, tamen ipsam iustitiam requirere posse, ut secreto sit agendum. Similiter recurrenti modo ordinario omnes rationes sunt manifestandae, quae contra ipsum proferuntur; sed hac etiam in re bonum pacis contrarium potest suadere.[9]

Eeductio poenarum ad eas, quae prorsus sint necessariae, sine dubio satis generaliter non sine ratione postulatur, ac quidem ita, ut poenae pro more sint ferendae sententiae. Sed etiam huic rei statuendi sunt limites ex consideratione vitae *realis* et quidem propter ordinem et pacem communionis.[10]

Quae adhuc exposuimus, concludentes, haec possumus affirmare : protectionem iustitiae maxime ideo haberi arbitramur quod indoles spiritualis vitae Ecclesiae extollitur. Etenim eadem indoles efficit, ut etiam vita iuridica sit subsidium pastorale eiusdem Ecclesiae ad pacem continenter tribuendam et servandam. Hoc autem requirit, ut mentes pastorum et fidelium in exercitio iuris et potestatis intentione pacis impellantur, quasi hac sint informatae. Ne optima quidem legis latio

[5] Ibid., p. 80.
[6] Ibid., p. 82.
[1] Ibid., p. 83.
*** Ibid.**
[9] Ibid.
[10] Ibid., p. 85.

finem suum consequi potest, nisi homines, qui eam ut normam sequuntur, eius finem amplectantur. Si ergo pax Christi est opus iustitiae, haec pax, quae est divina ideoque omnem intellectum humanum excedit, universa membra communionis ecclesialis — id probe in Domino speramus — nova semper effusione repleat, ut efficax evadat in cunctis, quae pastores et fideles agunt in vita iuridica eiusdem communionis, eaque reddat pastoralia ita ut protectio iustitiae divinae atque humanae reapse efficiantur.

Haec igitur, dilecti Filii, vobis perpendenda proponimus, quae etiam Concilii Vaticani II spiritualem ac doctrinalem ubertatem aperte demonstrant. Haec oculis vestris obversentur in mandato vobis munere exsequendo, quatenus ex illis novus quidam mentis habitus efficitur. Nos autem Christum Dominum, Principem pacis, enixe deprecamur, ut vobis lumine suo propitius adsit et sic operositas vestra iuridica in bonum totius communionis ecclesialis feliciter cedat. Haec ominati, Benedictionem Apostolicam vobis singulis universis amanti animo impertimus.

II

Ad Ioannem Carolum I, Hispaniae Regem, et Sophiam, Augustam eius Coniugem, perquam sollemni caeremonia coram admissos. *

Majestades :

La conciencia del momento singular que estamos viviendo, penetra nuestro espíritu y hace aflorar en él sentimientos de intensa complacencia al recibiros hoy en esta visita oficial a la Santa Sede, acompañados de un distinguido Séquito, que nos hace descubrir la presencia palpitante, gratísima y consoladora, de España entera.

Ante esta íntima vivencia, viene a nuestros labios la palabra que trasciende toda debida cortesía : ¡ Bienvenidos seáis, Majestades ! Recibid nuestra más cordial acogida en esta Sede de la catolicidad.

Y aceptad también, Señor, nuestro profundo reconocimiento porque, heredero de Monarcas que han llevado el título glorioso de Católicos, habéis querido traspasar las fronteras de vuestra Patria para venir a rendir un homenaje de filial y deferente respeto al Papa.

* Die 10 in. februarii, a. 1977.

No nos es difícil descubrir en tan noble gesto una prueba más de vuestro personal sentir, que representa y recoge el ánimo de la querida España católica, su larga historia de fidelidad a la Iglesia y de entrañable amor al Vicario de Cristo, su encarnación de vida cristiana en la intimidad de la conciencia y en las líneas de sus templos, su profundidad eclesial plasmada en una pléyade de Santos —algunos por Nos mismo muy gustosamente ensalzados— que han enriquecido e iluminado a la humanidad.

Esta gloriosa panorámica española, aun no exenta de momentos de tensión y sufrimiento, así como sus esperanzas frente al porvenir, asocia en nuestra mente y en nuestro corazón la imagen de la Españna de rico y noble pasado, con la imagen que Vuestra Majestad quiere encarnar de la España joven, abierta, proyectada hacia un multiforme progreso, fiel a sus esencias constitutivas, pero enmarcadas en horizontes nuevos.

En esta solemne e histórica circunstancia, la Santa Sede quiere confirmar su profunda estima y su benévola cercanía a España, nunca empañada por contingencia alguna. Tal ha sido la disposición en que se ha inspirado la solicitud cordial, siempre entretejida de esperanza y de fe en sus grandes valores, con que la Iglesia ha acompañado y acompañará la vida de sus hijos españoles. Para avivar en ellos el sentido completo de los valores de su existencia, la conciencia de la dimensión personal y comunitaria de su fe, la responsabilidad de su inserción específica en el entramado social, la exigencia de colaborar en la fraterna integración de todos en el destino común, en la obra de superación de viejas barreras, en el progreso armónicamente participado para un equilibrio entre las clases sociales, en la ampliación de un justo clima de libertad responsable, abierto a la plena realización del cristiano y ciudadano. ¡ Tarea educadora de benéficas repercusiones comunitarias ! La historia antigua y moderna da testimonio de ello.

Queremos asimismo manifestaros nuestro agrado por los recientes y esperanzadores perfeccionamientos llevados a cabo en el terreno de las relaciones Iglesia-Estado en España, respetuosos de la mutua independencia, pero hechos a la vez de convergentes propósitos y que esperamos ver pronto acercarse hacia el término. Por vuestra efficaz intervención personal en dicho campo, os reiteramos, Majestad, nuestro aprecio y agradecimiento sinceros, a la vez que os aseguramos que la Iglesia no busca privilegios, sino espacio suficiente de libertad en el que

poder desarrollar su misión evangelizadora y ofrecer a la sociedad el servicio de su colaboración para el bien común de los españoles. Confiamos que ese espacio, con sus prácticas implicaciones en lo social, no le faltará nunca.

Majestad : concluimos formulando nuestros mejores votos, paternos y cordiales, para vuestra Persona y vuestra alta Magistratura, para la Reina y la Familia Real, para España entera, a la que deseamos ardientemente fidelidad cristiana, sólida paz, durable concordia —superando las tensiones originadas por hechos recientes tan dolorosos— seguro progreso y bienestar, camino de ininterrumpida elevación, en lo espiritual y en lo humano. Son votos e intenciones que recogemos con intensidad de afecto en nuestra plegaria al Altísimo. Con Nuestra Bendición Apostólica.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

DECRETA

I

ITALIAE

De Conferentiarum Episcoporum Pastoralium Regionum Aemiliae et Flaminiae coniunctione.

De collationibus ab Episcopis Aemiliae habendis iam Leo Pp. XIII, Italicam dicionem in regiones ecclesiasticas partiens, statuit ut omnes in unum confluerent coetum atque ad communia pertractanda negotia episcopales sedes provinciae ecclesiasticae Aemilianae unam constituerent regionem. Temporum tamen mutatis adiunctis ut aptius prospieeret Pius Pp. X eandem dividens regionem binos sancivit Episcoporum coetus, id est Aemilianum et Flaminium.

Hac nostra aetate qua mutua rerum necessitudo adeo evolvitur, ut neque magnis interiectis spatiis, nec diversis vitae, moribus et consuetudinibus homines praepediantur quominus arctius inter se coniungantur, religiosae rationes in regione civili, vulgo nuncupata « Emilia-Romagna)) quoque tam consertae videntur quae dioecesanos Episcopos iubeant ut ad pastoralem rationem ordinandam communi studio, socia compositaque opera expediantur.

Cum insuper Concilium Oecumenicum Vaticanum II suaderet ut coetus Episcoporum novo robore vigerent, iidem sacrorum Antistites ab Apostolica Sede postulaverunt ut omnes in unam coalescerent regionis pastoralis Conferentiam.

Summus Pontifex Paulus, Divina Providentia Pp. VI, audita Conferentia episcopali Italiae, ratus huiusmodi consilium christianae rei bono valde profuturum, porrectis precibus benigne annuit et restitutam Conferentiam Aemilianam-Flaminiam ratam habet, duobus exstantibus Episcoporum coetibus in unum compositis.

His super rebus praesens edi iussit Sacrae Congregationis pro Episcopis Decretum, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 8 mensis decembris anno 1976.

& SEBASTIANUS Card. RAGGIO, *Praefectus*

L. © S.

© Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicensis, *a Secretis*

II

AEMILIANA - FLAMINIA

De nova circumscriptione Provinciarum ecclesiasticarum in Regione pastorali.

Ad maius Christifidelium spirituale bonum promovendum, sacrorum Antistites civilis regionis Aemilianae-Flaminiae, normis Decreti Sacrosancti Concilii Oecumenici Vaticani II ((Christus Dominus » sub n. 40 obsequentes, unanimi consensu ab Apostolica Sede postulaverunt ut provinciarum earum ecclesiasticarum circumscriptiones opportune recognoscerentur.

Summus Pontifex Paulus, Divina Providentia Pp. VI, ad Sanctae Matris Ecclesiae profectum et animarum salutem sollicita mente intendens, praehabito favorabili voto Episcoporum quorum interest, porrectis precibus annuere dignatus est.

Quapropter suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu^ de plenitudine Apostolicae potestatis, quae sequuntur statuit ac decernit.

Dioeceses supra commemoratae regionis, quae nunc Apostolicae Sedi immediate sunt subiectae, provinciae eisdem viciniori aut opportuniori aggregantur et sub iure metropolitani Archiepiscopi ad normam iuris communis subiciuntur. Et quidem :

Fidentinam, Placentinam et Parmensem dioeceses Metropolitanae Ecclesiae Mutinensi suffraganeas constituit;

Ferrariensem Ecclesiam, quin aliquid immutetur de archiepiscopali dignitate, Metropolitanae Ecclesiae Bononiensi adnectit.-

Denique Comaclensem dioecesim a provincia Ravennatensi distrahit et provinciae Bononiensi ascribit.

His super rebus praesens edi iussit Sacrae Congregationis pro Episcopis Decretum, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 8 mensis decembris anno 1976.

© SEBASTIANUS Card. BAGGIO, *Praefectus*

L. © S.

© Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

III

DALLASENSIS

De mutatione nominis Ecclesiae Cathedralis

Cum plurimi fideles qui ecclesiam cathedralem dioecesis Dallasensis frequentant originis Mexicanae sint, ad eorum devotionem magis fovendam, Exc.mus P. D. Thomas Tschoepe, Episcopus Dallasensis, ab Apostolica Sede enixe rogavit ut ipsa ecclesia cathedralis, hactenus Deo in honorem Sacratissimi Cordis D.N.I.C, dicata, exinde sanctuarii B.M.V, de Guadalupe nomine decoretur.

Sacra Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Ioannis Jadot, Archiepiscopi titularis Zuritani et in Civitatibus Foederatis Americae Septemtrionalis Delegati Apostolici, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Paulo, Divina Providentia Pp. VI, tributarum, oblatis precibus annuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, nomen cathedralis ecclesiae dioecesis Dallasensis, Deo in honorem Sacratissimi Cordis D.N.I.C, dicatae, sic mutat ut pro futuris tamquam sanctuarium B.M.V, de Guadalupe nuncupandum habendum sit.

Ad haec perficienda Sacra Congregatio pro Episcopis praefatum Exc.mum P. D. Ioannem Jadot deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quem-

libet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Sacram Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 8 mensis decembris anno 1976.

© SEBASTIANUS Card. RAGGIO, *Praefectus*

L. © S.

© Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicensis, *a Secretis*

IV

B. MARIAE AUXILIATRICIS DE BELMONT

De suppressione Abbatiae nullius

Reverendissimi Patres Ordinis Sancti Benedicti, in Abbatia nullius Beatae Mariae Auxiliatricis de Belmont degentes, olim evangelizationis operam permagni momenti et laudis dignam in regione Carolinae septemtrionalis promoverunt. Elapsis temporibus, cum dioeceses Raleighiensis et Carolinana erigerentur ac earundem Episcopis cura pastoralis illarum regionum concederetur, munus educationis iuvenum perficiendae a monachis principaliter ac laudabiliter nunc prosequatur oportet. Quapropter iam anno 1960 per Decretum *In Civitatibus Foederatis* **a Sacra Congregatione Consistoriali die 26 mensis Martii editum, territorium Abbatiae ad septa monasterii restrictum fuit.**

Cum, ergo, Conferentiae Episcopali Civitatum Foederatarum Americae Septemtrionalis haud necessarium visum sit ut Abbatia B. Mariae Auxiliatricis de Belmont nullius dioecesis regimini subiecta in posterum exstet, eadem Conferentia ab Apostolica Sede postulavit, ut praedicta Abbatia in statum iuris communis restitueretur; qua de re R. P. ludas Cleary, O.S.B., Abbas S. Mariae Auxiliatricis de Belmont, assensum expressit.

Itaque, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Ioannis Jadot, Archiepiscopi titularis Zuritani et in Civitatibus Foederatis Americae Septemtrionalis Delegati Apostolici, Summus Pontifex Paulus, Divina Providentia Pp. VI, de consilio infrascripti Cardinalis Sacrae Congregationis pro Episcopis Praefecti, suppressionem Abbatiae nullius B. Mariae Virginis Auxiliatricis de Belmont decrevit.

Suppleto proinde, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Sacrae Congregationis pro Episcopis Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, Abbatiam nullius B. Mariae Auxiliatricis de Belmont iuri communi restituit.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda, Summus Pontifex Exc.mum P. D. Ioannem Jadot deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Sacram Congregationem mittendi, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 1 Ianuarii anno 1977.

© SEBASTIANUS Card. BAGGIO, *Praefectus*

L. ffi S.

© Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

V

DUBLINENSIS-KILDAGRIENSIS ET LEIGHLIENSIS

De mutatione finium

Ad satius animarum saluti consulendum Exc.mus P. D. Dermot Ryan, Archiepiscopus Dublinensis et Exc.mus P. D. Patricius Lennon, Episcopus Kildariensis et Leighliensis, nuper ab Apostolica Sede postulaverunt ut suarum Ecclesiarum fines aliquantulum immutarentur.

Porro, sacra Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Caietani Alibrandi, Archiepiscopi titularis Bindaei et in Hibernia Nuntii Apostolici, rata huiusmodi immutationem pastorali christifidelium bono profuturam, vigore specialium facultatum a Summo Pontifice Paulo, Divina Providentia Pp. VI, sibi tributarum, oblatas preces accipiendas esse censuit.

Quapropter, suppleto quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, hoc Decreto perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae fuissent, haec quae sequuntur decernit.

A dioecesi Kildariensi et Leighliensi separat territorium civilium

districtuum vulgo *Greenhills, Brownstown, Logstown, Kilcullen Bridge, Carnalway, Swordlestown South* **et** *Mullaghboy* **nuncupatorum ipsumque archidioecesi Dublinensi perpetuo adnectit.**

Ab archidioecesi Dublinensi autem distrahit partem centralem et occidentalem civilis districtus *Naas. East* **appellati necnon orientalem plagam districtus** *Tipper West* **easdemque perpetuo dioecesi Kildariensi et Leighliensi adsignat.**

Quapropter omnia acta et documenta quae praedicta territoria respiciunt a Curia *a qua* **ad Curiam dioecesis cui illa noviter sunt aggregata, quam primum fieri poterit, tradantur.**

Ad haec omnia exsequenda sacra Congregatio pro Episcopis Exc.mum P. D. Caietanum Alibrandi deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem sacram Congregationem, quum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus sacrae Congregationis pro Episcopis, die 7 Ianuarii anno 1977.

© **SEBASTIANUS Card. BAGGIO,** *Praefectus*

L J S ,

© **Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen.,** *a Secretis*

VI

S. LUDOVICI IN MAGAGNANO - BACABALENSIS

De mutatione finium

Concrediti gregis spirituali bono apprime studentes, Exc.mi PP. DD. Ioannes Iosephus da Mota e Albuquerque, Archiepiscopus Sancti Ludovici in Maragnano, et Paschasius Rettler, O.F.M., Episcopus Bacabalensis, audita Conferentia Episcopali, ab Apostolica Sede expostulaverant, ut suarum dioecesium fines aliquantulum immutarentur, ita ut earum limites cum finibus civilibus deinde conveniant.

Sacra Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Carmeli Rocco, Archiepiscopi Iustinianopolitani in Galatia et in Brasilia Apostolici Nuntii, rata huiusmodi immutationem christifidelium bono profuturam, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice

Paulo, Divina Providentia Pp. VI, tributarum, oblatas preces accipiendas esse censuit.

Quapropter suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, hoc Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, separat ab archidioecesi Sancti Ludovici in Maragnano alteram partem municipiorum vulgo nuncupatorum *Bacabal* et *Säo Luis de Gonzaga* (olim *Ipixuna),* et integrum territorium eorumdem municipiorum — prout nunc lege civili circumscribuntur — in perpetuum adnectit dioecesi Bacabalensi.

Omnia acta et documenta praefata municipia respicientia a tabulario Curiae Sancti Ludovici in Maragnano ad tabularium Curiae Bacabalensis transmittantur.

Ad haec omnia perficienda Sacra Congregatio pro Episcopis memoratum Exc.mum P. D. Carmelum Rocco deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Sacram Congregationem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 13 mensis Ianuarii anno 1977.

© SEBASTIANUS Card. BAGGIO, *Praefectus*

L. © S.

© Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

VII

S. LUDOVICI IN MARAGNANO - VIANENSIS

De mutatione finium

Maiori animarum bono consulentes, Exc.mi PP. DD. Ioannes Iosephus da Mota e Albuquerque, Archiepiscopus Sancti Ludovici in Maragnano, et Paulus Adalbertus da Silva, Episcopus Vianensis, audita Conferentia Episcopali, ab Apostolica Sede expostulaverunt, ut fines dioecesium sibi concreditarum aliquantulum immutarentur et ita aptius disponerentur.

Sacra Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Carmeli Rocco, Archiepiscopi tit. Iustinianopolitani in Galatia

et in Brasilia Apostolici Nuntii, rata huiusmodi immutationem animarum aeternae saluti profuturam, vigore specialium facultatum, sibi a Summo Pontifice Paulo, Divina Providentia Pp. VI, tributarum, oblatis precibus annuendum censuit.

Quapropter, suppleto quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Decreto distrahit ab archidioecesi Sancti Ludovici in Maragnano integrum territorium municipii vulgo nuncupati *Vitoria do Mearim* **illudque tribuit in perpetuum dioecesi Vianensi.**

Omnia acta et documenta praefatum territorium respicientia a tabulario Curiae Sancti Ludovici in Maragnano ad tabularium Curiae Vianensis quam primum transmittantur.

Ad haec omnia perficienda, Sacra Congregatio pro Episcopis memoratum Exc.mum P. D. Carmelum Rocco deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Sacram Congregationem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Quibus super rebus praesens edit Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 13 mensis Ianuarii anno 1977.

© SEBASTIANUS Card. BAGGIO, *Praefectus*

***Ii.* © S.**

© Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

VIII

VIANENSIS - CANDIMENDENSIS

De mutatione finium

Quo aptius christifidelium pastorali curae consuli possit, Exc.mi PP. DD. Paulus Adalbertus da Silva, Episcopus Vianensis, et Vido M. Casullo, Praelatus Candimendensis, audita Conferentia Episcopali, nuper ab Apostolica Sede postulaverunt, ut suarum Ecclesiarum fines aliquantulum immutarentur.

Sacra Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Carmeli Rocco, Archiepiscopi tit. Iustinianopolitani in Galatia et in Brasilia Apostolici Nuntii, rata huiusmodi immutationem christifidelium bono profuturam, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Paulo, Divina Providentia Pp. VI, tributarum, oblatas preces accipiendas esse censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, hoc Decreto separat a dioecesi Vianensi integrum territorium paroeciarum vulgo nuncupatarum *Zé D oca, Ghapéu de Couro,* et *Bom Jardim* illudque adscribit in perpetuum praelaturae Candimendensi.

Omnia acta et documenta praefatas paroecias respicientia a tabulario Curiae Vianensis ad tabularium Curiae Candimendensis quam primum transmittantur.

Ad clerum quod attinet, simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes Ecclesiae illi adscripti censeantur in cuius territorio ecclesiasticum beneficium aut officium detinent; ceteri autem sacerdotes, clerici seminariique tirones Ecclesiae illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habent domicilium.

Ad haec omnia perficienda Sacra Congregatio pro Episcopis memoratum Exc.mum P. D. Carmelum Rocco deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Sacram Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Quibus super rebus praesens edit Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 13 mensis Ianuarii anno 1977.

© SEBASTIANUS Card. BAGGIO, *Praefectus*

L. © S.

© Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere. Nimirum :

Die 9 Decembris 1976. — **Cathedrali Ecclesiae Kisumuensi praefecit Exc. P. D. Philippum Sulumeti, hactenus Episcopum titulo Urcitánum.**

— Cathedrali Ecclesiae Meruensi Exc. P. D. Suam Silvium Njiru, hactenus Episcopum titularem Maturbensem.

— Cathedrali Ecclesiae Ngongensi, noviter erectae, R. P. Colin Davies, Societatis Missionariorum S. Ioseph de Mill Hill sodalem, hucusque eiusdem territorii Apostolicum Praefectum.

—Cathedrali Ecclesiae Solveziensi, noviter erectae, destinavit R. P. Severianum Abdon Potani, Ordinis Fratrum Minorum Conventualium, hucusque Administratorem Apostolicum eiusdem missionis.

— Cathedrali Ecclesiae Bethlehemensi R. D. Hubertum Bucher, e dioecesi Ratisbonensi, missionarium « Fidei Donum » in Africa Australi.

— Coadiutorem cum iure successionis Exc.mi P. D. Pauli Buichu Tao, de Phat Diem Episcopi, nominavit R. D. Iosephum Nguyên-Thiên-Khuyên, eiusdem dioecesis Vicarium Generalem.

— Cathedrali Ecclesiae Sintangensi R. D. Isaacum Doera, ex archidioecesis Endehensis saeculari clero, curionem in Sintangensi civitate atque Christianae doctrinae institutorem in publicis scholis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Izirzadensi R. P. Marcum Zuluaga Arteche, Congregationis Missionariorum Filiorum Immaculati Cordis B. M. V. sodalem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iesu Serrano Pastor, Episcopi titulo Hypselitani, Darienensis Vicarii Apostolici.

Die 31 Decembris. — **Cathedrali Ecclesiae Portus Vilensis R. P. Franciscum Rolandum Lambert, e Societate Mariae eiusdem sodalium superiorem provincialem in Oceania, destinavit.**

DECRETA

I

SADABANDEIROPOLITANA - BENGUELENSIS

Districtus vulgo « Chongoroi », in Angola, a dioecesi Sadabandeiropolitana separatus, dioecesi Benguelensi adnectitur.

Cum ad bonum animarum provehendum expostulatum sit ut districtus vulgo ((Chongoroi » dioecesi Benguelensi adscribatur, Sacrum Consilium Christiano Nomini propagando, re mature perpensa acceptoque favorabili voto omnium quorum interesset, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI concessarum, oblatis precibus obsecundare censuit.

Quapropter idem Sacrum Dicasterium statuit ut districtus vulgo ((Chongoroi)), usque adhuc pertinens ad dioecesim Sadabandeiropolitanam, ab ipsa separetur atque dioecesi Benguelensi uniatur, et praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die VIII mensis Ianuarii a. D. MCMLXXVII.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

L. © S.

Titianus Scalzotto, *Subsecretarius*

II

LUBUMBASHIENSIS - KILVAENSIS

De finium Ecclesiarum mutatione

Quo facilius et efficacius aeternae dominici gregis saluti eiusque regimini consuli possit, Exc.mi ac Rev.mi Ordinarii archidioecesis Lubumbashiensis et dioecesis Kilvaënsis, novam eamque aptiorem inter easdem circumscriptiones ecclesiasticas finium definitionem nuper /ab Apostolica Sede expostula ver unt.

Quapropter, Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini propagando, praehabito favorabili voto omnium quorum interest, ratum huiusmodi

immutationes in bonum animarum cessuras, vigore specialium facultatum sibi a SS.mo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI tributarum, oblatas preces accipiendas esse censuit ac inter memoratas dioeceses hos, qui sequuntur, fines constituendos esse decernit :

« On retire á Parchidiocèse de Lubumbashi et on cède au diocèse de Kilwa la portion de Parchidiocèse délimitée comme suit et située dans les Zones Administratives de Kasenga et de Pweto :

á Pest : La rivière Luapula, de son embouchure dans le lac Moëro jusqu'au confluent de la rivière Kibalashi;

au Sud : Les limites du diocèse de Sakania (rivière Kibalashi jusqu'au son confluent avec la rivière Wali, puis cette dernière rivière jusqu'au sa source, enfin la route d'Intérêt Général Lubumbashi-Kasenga jusqu'à la rivière Kafila) ;

á l'Ouest : La rivière Kafila jusqu'à son confluent avec la rivière Lufira, puis la rivière Lufira elle-même jusqu'à sa sortie de la Zone Administrative de Kasenga ;

au Nord, puis á l'Ouest : Les limites de la Zone Administrative de Kasenga jusqu'à son point de rencontre avec la Zone de Pweto. Puis, vers le Nord, les limites de la Zone Administrative de Pweto, jusqu'à leur intersection avec les limites actuelles des diocèses de Lubumbashi et de Kilwa ;

au Nord : La rivière Lufukwe jusqu'à son embouchure de la rivière Lufukwe jusqu'à celle de la rivière Luapula.

En outre, on rétrocède á Parchidiocèse de Lulumbashi la partie de la Zone de Mitwaba comprise entre le 9e parallèle Sud, les limites des Zones Administratives de Mitwaba et de Pweto et la limite actuelle des diocèses de Lubumbashi et de Kilwa ».

Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini propagando in perpetuam rei memoriam praesens Decretum confici iussit et expediri.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 21 mensis ianuarii a. D. 197T.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

L. © S.

© D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

III

GIAIAPURANAE - MANOKVARIENSIS - SORONGENSIS

De mutatione finium dioecesium

Quo aptius spirituali bono eonsuleretur, Exc.mi ac Rev.mi Domini Hermannus Münninghoff, Episcopus Giaiapuranus (olim Diaiapuraënsis) et Petrus van Diepen, Episcopus Manokvariensis-Sorongensis, in Indonesia, ab Apostolica Sede enixe postulaverunt ut limites quibus in praesens memoratae dioeceses circumscribuntur, immutarentur, et Sacrum Consilium Christiano Nomini propagando, omnibus mature perpensis, ac ratum huiusmodi immutationum rationes bene probari, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Pp. VI tributarum, oblatis precibus annuendum censuit.

Quapropter, praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, a dioecesi Giaiapurana separat districtus civiles vulgo dictos Kaimana et Wasior atque dioecesi Manokvariensi-Sorongensi in perpetuum adnectit.

Ad haec perficienda Sacra haec Congregatio deputat Exc.mum ac Rev.mum Dominum Vincentium Farano, Archiepiscopum titulo Cluentensem atque Apostolicum in Indonesia Pro-Nuntium, eidem necessarias et opportunas facultates tribuens, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, onere imposito ad hanc Sacram Congregationem mittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 25 mensis Ianuarii a. D. 1977.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

L. © S.

© D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

NOMINATIO

Decreto suo Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renuntiavit :

Die 9 Decembris 1976. **— R. D. Leonem White, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum sodalem, Praefecturae Apostolicae, noviter in Kenyana Republica erectae, Praefectum Apostolicum.**

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

i

SCIAOCEUVEN. SEU TAURINEN.

Beatificationis seu declarationis martyrii Servorum Dei Aloisii Versiglia, Episcopi tit. Carystensis, Vicarii Apostolici de Shiuchow, et Callisti Caravario, Sacerdotis e Societate S. Francisci Salesii, in odium fidei, uti fertur, interemptorum.

SUPER DUBIO

An constet de martyrio eiusque causa et de signis seu miraculis in casu et ad effectum de quo agitur.

Missionarius *intrat in vitam et missionem Eius, qui « seipsum exinanivit formam servi accipiens » (Phil.* **2, 7).** *Ideo paratus esse debet ad vitam stare vocationi suae, renuntiare sibi et omnibus quae hucusque sua habuit, et « omnibus omnia sese facere* **)) (cfr.** *1 Cor.* **9, 22).**

Hanc Concilii Oecumenici Vaticani II adhortationem (Decr. *Ad Gentes,* **n. 24) ad finem usque in Vitae rationem induxerunt Dei Famuli Aloisius Versiglia, episcopus, et Callistus Caravario, sacerdos, qui boni ministri Christi, enutriti** *verbis fidei et bonae doctrinae (1 Tim.* **4, 6), quae praeprimis ex Sacris Scripturis hauserunt, perscrutantes Mysterium Christi, eius praecones et testes fuerunt (cfr. Decr.** *Ad Gentes,* **n. 26). Veri Sancti Ioannis Bosco filii, eodem legiferi patris ardore, et ore et operibus** *Da mihi animas, cetera tolle* **repetere in deliciis habuerunt, nihil prae oculis praeter animarum salutem habentes, quod ad sanguinis usque effusionem manifestarunt, per hoc Christum secuti in ea caritatis heroicae ostensione, per quam** *maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis (Io.* **15, 13). Missionale opus, quod alacri animo susceperunt et perfecerunt, eos dignos reddidit qui sanguine suo libenter pro Christi nomine effuso indicarent quid in debilibus etiam viris Dei amor efficere valeat, quousque iidem viri, Spiritus fortitudine acti, in caritate erga**

fratres probanda pervenire possint. Spiritus namque Sanctus martyres et suscitat et roborat, quos in confessione Christi nominis, amoris sui ignibus succendit et solatur.

Aloisius Versiglia die 5 Iunii anno 1873 in oppido cui vulgo nomen *Oliva Gessi,* intra dioeceseos Derthonensis fines, ortus est, et postridie in baptismatis undis regeneratus, a parentibus Ioanne et Maria Giorgi pie deinde in christianam vitam ad Evangelii tramitem instaurandam institutus. Die 21 Septembris a. 1881 per Confirmationis sacramentum ad fortia pro Christo agenda est instructus, quadriennioque post, mense Septembri anno 1885, a sancto Ioanne Bosco in Taurinense Oratorium receptus. Religiosam vocationem expertus, in Salesianam Societatem admitti postulavit et die 11 Octobris votis religiosis sese Deo adstrinxit. Theologicis studiis Romae, apud Pontificiam Universitatem Gregorianam perfectis, ad presbyteratus ordinem, Eporediae die 21 Decembris a. 1895, assumptus est.

Licet ad exteras missiones mitti percuperet, per decennium (annis 1896-1905), magistrum novitiorum et superiorem in loco v. d. *Gemano,* in dicione Romana, egit, donec die 19 Ianuarii a. 1906, voti feliciter compos, in Sinas profectus est. Ibi, innumeris difficultatibus superatis, religiosam domum in urbe Macaonensi fundavit et moderatus est, magnum sibi promerens prudentis superioris insignisque animarum moderatoris nomen. Anno 1920 Vicariatus Apostolici de *Schiuchow* nuper erecti ac Salesianae Societati concrediti praefectus est regimini atque episcopus titulo Carystensis renuntiatus, episcopalem ordinationem die 9 Ianuarii a. 1921 in urbe *Canton* recipiens, Boni Pastoris imaginem prae se in omnibus ferens, qui salutis evangelium sibi numquam parcendo annuntiat, qui in omnibus spiritualibus et temporalibus fidelium necessitatibus prospicit, qui per opera etiam socialia immensam Ecclesiae, universalis salutis sacramenti, caritatem ostendit. Fide plenus, ad caelestia per omnia intentus, Christi cordis ardore succensus, et missionariis sodalibus et commisso sibi gregi cor iugiter apertum praebuit, ex iugi oratione, sacrae Eucharistiae cultu, filiali erga Deiparam auxiliatricem devotione et sui mortificatione vires hauriens ad opus ministerii indefessa actuositate explendum.

Dei famulus Aloisius Versiglia humilem fervidumque operis socium habuit inde ab anno 1929 iuvenem adhuc consodalem Callistum Caravario, quem eodem anno, die 18 Maii, per manuum impositionem presbyterum in loco v. d. *Schiuchow* ordinavit, eundemque abhinc vitae

apostolicae, etsi ad breve tempus, et mortis ex caritate susceptae socium habuit.

Callistus Caravario in oppido *(Jourgné,* **archidioeceseos Taurinensis intra fines, parentibus Petro et Rosa Morgando, die 8 Iunii anno 1903 ortum duxit, et die 14 eodem mense inter Christi et Ecclesiae membra per sacri baptismi undam receptus, nominibus Callisto et Iacobo donatus. Confirmatione die 10 Maii a. 1912, Taurini, quo eius familia lares transtulerat, suscepta, adulescens gymnasialia, quae vocant, studia apud Oratorium S. Ioannis Evangelistae annis 1914-1918 peregit, et spiritu vitaque Salesianae Familiae captus, inter eius sodales admitti instanter petiit. Anno 1918 in novitiatum loci v.d.** *Foglizzo* **receptus est, ibique die 19 Septembris a. 1919 sacra nuncupavit vota. Philosophiae scholasticae Taurini incubuit, ubi et prima apostolica experimenta inter iuvenes inivit. Cum Sinenses tamen missiones in corde intime gereret, anno 1924 adhuc clericus in Sinas missus est. Collegio S. Ioseph urbis** *Shanghai* **primo addictus, verus in spiritu S. Ioannis Bosco religiosus omnibus visus est, qui quidem solida Eucharistica et Mariali pietate, sedula operositate studioque animarum ad missionale opus se instruit. Ad insulam** *Timor* **ad biennium (aa. 1927-1929) translatus, commissa sibi munera diligentissime exsecutus est, sibi sacerdotali iam imminente ordinatione per intensiorem orationem et generosius sacrificium impensius consulens, iuvenibus autem laetissime assistens. In Sinas anno 1920 revocatus, Vicariatui Apostolico de** *Shiuchow* **est adscriptus, ac sacerdos factus, ad locum quem vernacula lingua vocant** *Lin Ghow* **missus est. Brevi aliquo mensium spatio gregis animum in se conciliavit, quippe qui vir Dei ab omnibus haberetur, orationi iugiter instans, morum suavitate universos excipiens, christianis virtutibus exercendis assidue intentus, Dei voluntatem in omnibus adimplens, animarum salvandarum zeli praeclara specimina praebens.**

Anno 1930 ineunte, Callistus urbem *Shiuchow* **concessit, ut Aloisium Versiglia, Vicarium Apostolicum, usque ad pagum** *Lin Ghow* **secum adduceret, pastoralem sui gregis visitationem peracturum. Una cum missionariis, quidam alii, quos inter et christianae puellae tres, iter aggressi sunt, cum nostris deinde per flumen quod vocant** *Lin Ghow,* **ad pagum eodem nomine appellatum procedentes. Die 25 Februarii, circa meridiem, precatione** *Angelus Domini* **pie recitata, cymba haud procul a loco v.** *Li Thau Tseui* **in praedones incidit. Episcopum et sacerdotem, cum puellas a tenebricosa cupidine praedonum fortiter tueri conarentur, iidem dire fustibus percutiebant et ad fluminis ripam traxerunt eosque**

igneis ballistis occiderunt, religiosis rebus in christianae fidei contumeliam combustis. Ambo Dei Famuli, patienter ac firmiter, fatentibus testibus, omnia pertulerunt, divina caritate eorum fortitudinem sustinente et augente. Deum etenim dirissimis illis horis prae oculis habuerunt, ob cuius amorem puellarum castitatem a praedonum libidine defendere voluerunt, ministerii sui munus etiam in hoc ad sanguinis usque effusionem exsequentes, Christi boni Pastoris secuti vestigia, qui *animam suam dat pro ovibus (Io.* **10, 11.15). Fide enim et mira in Deum et animas caritate ducti, multifariam per totum vitae cursum operibus exhibitis, diram mortem Aloisius et Callistus subierunt, testes Christi in suo martyrio inde a primis post necem diebus statim habiti ac praedicati.**

Quapropter super eadem martyrii fama instructus est in Apostolico Vicariatu Sciaoceuvensi annis 1934-1935 processus auctoritate ordinaria, qui una cum pluribus litteris postulatoriis Romam transmissus est; atque servatis de iure servandis Pius Papa XII commissionem introductionis Causae die 13 mensis Iunii anno 1952 manu propria, uti moris erat, signavit. Adornati sunt deinde processus Apostolicae Sedis auctoritate apud Curias ecclesiasticas Sciiamchiamensem vulgo *Hong Kong,* **(aa. 1953-1954) et Taurinensem (aa. 1953-1957), quorum iuridica vis agnita fuit per decretum Sacrae tunc Rituum Congregationis die 5 Iulii a. 1963 datum.**

Servato deinde iuris ordine, instituta est apud Sacram hanc Congregationem pro Causis Sanctorum disceptatio super martyrio eorumdem Servorum Dei, et quidem primum in Congressu, qui dicitur, Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum die 3 Februarii 1976 habito; deinde, die 11 mensis Maii hoc eodem anno, in Coetu Plenario Patrum Cardinalium, in quo Rev.mus Cardinalis Franciscus Carpino, Causae ipsius ponens seu relator, dubium posuit : *An constet de martyrio eiusque causa et de signis seu miraculis in casu et ad effectum de quo agitur.* **Et Patres Cardinales suum quisque protulerunt suffragium. Summus autem Pontifex Paulus VI, cui praedicta omnia relata sunt die 5 Augusti eodem anno 1976, per subscriptum Cardinalem Praefectum, perpensis Purpuratorum Patrum suffragiis, mandavit ut decretum super martyrio Servorum Dei de more appararetur, absque tamen dispensatione a praescripto canonis 2116 § 1 Codicis Iuris Canonici.**

Hoc denique die Sanctitas Sua, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto et Francisco Carpino, Causae relatore seu ponente, meque Antistite a Secretis ceterisque convocari solitis, eisdemque adstantibus

edixit : *Ita constare de martyrio et martyrii causa Sarvorum Dei Aloisii Versiglia et Callisti C aravano, ex Societate S. Francisci Salesii, ut ad ulteriora procedi possit, nimirum ad discussionem signorum seu miraculorum ad mentem canonis* **2116 § 1** *Codicis Iuris Canonici.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 13 Novembris a. D. 1976.

CONRADUS Card. BAFILE, *Praefectus*

L. ffi S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

n

MASERUEN. OLIM BASUTOLANDEN.

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Iosephi Gérard, Sacerdotis professi Congregationis Missionariorum Oblatorum B. M. V. Immaculatae.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Dei filius, in mundum missus ut omnes ad Patrem in Spiritu Sancto traheret, opus suum per Apostolos perpetuari voluit, quos in orbem universum misit ut gentes Evangelii lumine ditarent omnesque homines, per Baptismum a peccatis ablutos, vita divina donarent. Apostolorum missio in Evangelii praeconibus perseverat qui, relictis omnibus (cfr. *Luc.* **5, 11), Christum praedicantem et benefacientem sequuntur, cuius verbum vitae et ad longinquas regiones, Ecclesia mandante, ferunt. Eorum sapientia non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis, sed in verbo Crucis ; fortitudo in humilitate ; potentia in oratione. Difficilia caritate superant; tribulationes spe gaudentes suscipiunt et tolerant; universa fide vincunt. Segregati in Evangelium (cfr.** *Rom.* **1, 1), pro Christo legatione funguntur (cfr.** *2 Cor.* **5, 20), cuius testes coram gentibus sunt (cfr.** *Act.* **1, 8). Per eos laetatur in perenni aedificatione Mater**

Ecclesia, cuius prae cunctis « in mundo incrementa suis operibus et caritate promovent » (cfr. *Missale Romanum,* **Missa A, in confer. Confirmat., Oratio post Communionem).**

Hos inter apostolos quos missionali charismate Spiritus Sanctus donavit, et Dei Servus recensendus est Iosephus Gérard, Congregationis Missionariorum Oblatorum B. Mariae Virginis Immaculatae sacerdos, qui, in difficillimis rerum adiunctis, nulla sui ipsius unquam ratione habita, Afer cum Afris factus est, ut Afros Christo lucrifaceret (cfr. 1 *Cor.* **9-19).**

Natus est Servus Dei die 12 mensis Martii anno 1831 in pago cui vulgo nomen *Bouxières-auœ-Chênes,* **in Lotharingia, intra Nanceiensis dioeceseos fines, parentibus Ioanne Gérard et Ursula Stofïïet, et postridie sacris regenerationis undis cum Christo et Ecclesia coniunctus, nominibus receptis Carolo Iosepho. Piissime iuxta catholicos mores educatus, die 2 Februarii a. 1842 primum ad Eucharistiam participandam admissus est, die autem 24 Martii a. 1844 per Confirmationis Sacramentum sigillo Sancti Spiritus signatus.**

Sacerdote Cayens, natalis loci parocho, favente, cito sacerdotalis vocationis indicia Iosephus persensit, annoque 1844, mense Octobri, in dioecesanum seminarium minus apud Mussipontem recipi petiit. Post quinquennium, ad seminarium maius Nanceiense transivit, ubi in sacram doctrinam addiscendam incubuit, pietate, caritate et studiorum amore insigne sibi promerens nomen. Cum iam a seminarii minoris tirocinio vocatione allicere tur missionariorum Oblatorum B. Mariae Virginis Immaculatae, recens a Beato Carolo Iosepho Eugenio de Mazenod institutorum, post maturam considerationem multasque effusas preces, die 9 mensis Maii a. 1851, secundo theologiae anno nondum perfecto, inter illos admitti postulavit, atque probationis anno summa cum laude transacto, die 10 Maii a. 1852, in loco v. d. *Notre-Dame de VOsier,* **sacro professionis vinculo sese Christo eiusque Evangelio mancipavit. Quibusdam deinde mensibus Massiliae theologiae studio perficiendo dicatis, sacris Ordinibus usque ad Diaconatum receptis, a praedicto Beato Eugenio de Mazenod, qui Famulum Dei ((vere sanctum diaconum » habebat, mense Maio a. 1853 ad Africae australis missiones missus est.**

Diutinum et longum maritimum iter verum probavit et confirmavit Evangelii praeconem qui orationi instat, in linguas addiscendas incumbit, dolores et difficultates in divinae dilectionis signum suscipit et tolérât, salutis fratrum zelo totus exaestuat. Ad Insulam Mauritianam navi cum descendisset, virtutibus et apostolica actione allectus est Ve-

nerabilis Servi Dei Desiderati Laval, Congregationis Spiritus Sancti sodalis, cuius exemplis mire affectus, iter maritimum resumere brevi post valuit, donec octo post menses navigationis ad desideratissimam sibi missionem pervenit, amplissimas regiones vulgo appellatas *Natal, Orange Free State, Transvaal, Mocambique,* **etc., complectentem. A Francisco Allard, Vicario Apostolico, bracchiis et corde praeprimis apertis receptus fuit, a quo et ad Presbyteratus Ordinem die 19 Februarii a. 1854, in urbe v. d.** *Pietermaitzburg,* **promotus est.**

Post apostolicae operositatis primitias Hibernis colonis, omni religioso subsidio destitutis, dicatas, ad Cafros evangelizandos missus est, quibus Christo lucrifaciendis per septennium totus attendit, missionales *stationes* **hic et illic magna cum fiducia erigens. Nullo modo sibi pepercit, omnia omnibus se faciens ut Ecclesiam eos inter populos plantaret, qui tamen Evangelii nuntium non susceperunt. Seminans in lacrimis, Dei horam summa fide, invicta spe et ardenti caritate Famulus Dei expectabat. At succrescente Cafrorum repugnatione, nullo inter illos apostolico suscepto, ut specie videbatur, fructu, ad Basutorum regionem una cum Vicario Apostolico transiit, in Civitate Libera Arausicana, vulgo** *Orange Free State* **appellata, missionalem campum constituens, ubi rex Moshoeshoe, christiano nomini aliquantum favit, ut conici licuit. Anno 1862 illuc pervenit ibique deinde terrestre vitae iter integre peregit et consummavit, missionis Basutolandicae, hodie Lesothanae, conditor et apostolus vigilantissimus.**

Inter annos 1863-1876, dum novae linguae addiscendae diligens attendit moresque pernoscere vult haud cognitae antea regionis, in missione deinde *Roma* **appellata, adlaboravit, ibi anno 1865 primos sex adultos ad baptismum adducens ; anno 1876 ad septemtrionalem Basutorum regionem est missus, ubi missionem S. Monicae condidit, quam ad annum usque 1897 sancte moderatus est, quando ad missionem** *Roma* **nuncupatam revocatus est, quam usque ad annum 1907 rexit. Nullus ei labor impossibilis, nulla difficultas insuperabilis ; Deo omnino fisus, orationi iugiter insistebat, persuasum plane cum sibi haberet nihil apostolum sine Christo facere posse (cfr.** *Io.* **15, 5) et simul omnia se posse in illo qui eum confortât (cfr.** *Philipp.* **4, 13). Pauper et humilis, ex ipsa sua humilitate fortitudinem hauriebat qua ad universa pro Christo peragenda mire instructus videbatur. Verus religiosus, suae vocationis postulationibus sibi vel in minimis obtemperandum esse pro norma habebat, iis praesertim perspectis quae ad fidelem Christi sequelam**

pertinebant, ad iugem in oratione cum Deo communionem, quam silentio, animi corporisque mortificatione et a creatis omnibus seiunctione et fovebat et defendebat. Inde eius fervebat praeclara fides, spes vivissima, incensa caritas ; inde studium Dei voluntatem in omnibus hilari spiritu peragendi; inde pro miseris et necessitatibus universis fratrum et sincera animi compassio et operosa sui ipsius donatio, et humile pauperiorum, aegrotorum, infantium servitium. Nil mirum consodales eum sanctum habuisse et proclamasse; nil mirum senem quamdam mulierem, per quinquaginta circiter annos virtutum Servi Dei testem, dixisse : « Melior inter omnes, quos cognoverim, sacerdotes ipse exstitit, nec sanctior eo aliquis esse poterit; si ipse sanctus non est neque in Paradisum iam receptus, nullus unquam illuc pervenire poterit, nec albi nec nigri coloris ». Adeo digne Evangelio Christi con versabatur (cfr. *Philipp.* 1, 27), ut vivum Evangelium videretur, Verbi vitae veritatem operibus probantibus.

Novissimos vitae annos in humilitate transegit, iunioribus obediens, sub illis sueto missionali operi novo cotidie, vel ingravescente aetate, fervore ad finem usque instans. Nihil pro semet ipso quaerens, Christi eiusque Ecclesiae gloriam et bonum prae oculis semper habens, uberes fructus inter homines, quos Deo regeneravit, suscepit. Brevi aegrotatione laboravit, in qua eximiam animi virtutem iterum palam manifestavit. Pleno enim in Dei voluntatem obsequio enituit, iugi oratione, perseveranti fidelium et infidelium suis curis commissorum memoria. Sacramentis piissime perceptis, Deum advenientem vigil exspectavit, adstantibus sincere asserens : « Numquam crediderim mortem tam dulcem esse ». Ad praemium quod fidelibus vineae suae operariis Dominus reservat, die 29 mensis Maii anno 1914, fidelibus et infidelibus collacrimantibus ac viri Dei sanctitatem conclamantibus, in loco v. d. *Roma,* sibi carissimo, vocatus est.

Super sanctitatis autem fama, qua Servus Dei in vita et post mortem gavisus est, instructi sunt, annis 1940-1941, processus episcopali auctoritate in Curiis ecclesiasticis Vicariatus Apostolici Basutolandensis et dioeceseos Nanceiensis ; quibus ad Apostolicam Sedem transmissis, servatis de iure servandis, Causa beatificationis Servi Dei introducta est, approbante Pio Papa XII, die 1 mensis Martii anno 1955. Edito deinde, die; 17 Iunii eodem anno 1955, decreto super obtemperatione TJrbanianis praescriptionibus circa cultum publicum eidem Famulo Dei non praestitum, adornati sunt, annis 1955-1956, apud Curias episcopales Maseruensem

et Nanceiensem processus apostolici super virtutibus in specie Servi Dei; de omnium autem processuum iuridica vi et forma Sacra tunc Rituum Congregatio die 2 Martii a. 1962 Decretum edidit.

Quibus omnibus rite absolutis, deventum est ad disceptationem super theologalibus et cardinalibus Servi Dei virtutibus, et quidem primum, die 24 Februarii anno 1976, in Peculiari, qui dicitur, Congressu Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum Sacrae huius Congregationis pro Causis Sanctorum; deinde, die 11 Maii eodem anno 1976, in Congregatione Plenaria Patrum Cardinalium, in qua Rev.mus Cardinalis Gabriel Maria Garrone, Causae ipsius ponens seu relator, sequens proposuit dubium disceptandum : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.* **Et Rev.mi Cardinales, qui aderant, unanimi consensu adfirmando responderunt.**

Facta postremo de hisce omnibus per subscriptum Praefectum Summo Pontifici die 5 mensis Augusti a. 1976 relatione, Sanctitas Sua vota eorundem Patrum Cardinalium excipiens, mandavit ut Decretum super virtutibus heroicis Servi Dei rite appararetur.

Quod cum factum esset, hodierno die Beatissimus Pater Paulus Papa VI, accitis ad se Rev.mis Cardinalibus Conrado Bafile, S. Congregationis pro Causis Sanctorum Praefecto, et Gabriele Maria Garrone, Causae ponente seu relatore, meque a Secretis aliisque convocari solitis, iisque adstantibus edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis Servi Dei Iosephi Gérard, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri iussit.

Datum Romae, die 13 Novembris a. D. 1976.

CONRADUS Card. BAFILE, *Praefectus*

L. & S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

III

BAIONEN.

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Ludovici Eduardi Gestae, Sacerdotis saecularis, fundatoris Instituti Famularum Mariae.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

((Apertum est templum Dei in caelo, et visa est arca testamenti eius in templo eius : et facta sunt fulgura et voces et terraemotus et grando magna. Et signum magnum apparuit in caelo : Mulier amicta sole, et luna sub pedibus eius, et super caput eius corona stellarum duodecim ... Et audivi vocem magnam in caelo dicentem: Nunc facta est salus et virtus et regnum Dei nostri et potestas Christi eius » *(Apoc.* **11, 19; 12, 1. 10).**

Saeculo undevicesimo, quo multifariam Dei « mors » hominisque independentia proclamatae sunt, Servus Dei Ludovicus Eduardus Cestac Ecclesiae donatus est, qui in mysterium Christi et Ecclesiae, cuius Maria semper Virgo est typus (cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia, *Lumen Gentium,* **n. 63), mirum in modum ingressus est. Nam huius mysterii, in Apocalipseos libro praenuntiati, itemque Dei fidelitatis erga testamentum amoris et misericordiae, idem Famulus Dei testis exstitit et nuntius, fratres iugiter ad spem in Deum erigens, certam omnino habens novissimam Dei victoriam per Christum futuram, cui inseparabili amoris oeconomia Virgo Maria in Ecclesia et cum Ecclesia coniuncta erit (cfr.** *ib.,* **n. 68).**

Ludovicus Eduardus Cestac ortum duxit Baionae apud Pyrenaeos montes in Gallia, die 6 mensis Ianuarii anno 1801, eodemque die sacro baptismate regeneratus est. Domi religiosam humanamque accepit formationem. Deiparae interventu, uti fertur, tres annos natus a gravi liberatus est infirmitate, quapropter Eam in matrem semper habuit ac veneratus est. In seminarium minus apud *Aire-sur VAdour* **anno 1816 receptus, anno autem 1820 Lutetiam Parisiorum ad seminarium Sancti Sulpicii missus est, ubi principiis spiritualitatis sic dictae** *Scholae Gal-*

licae **fuit imbutus. Anno tamen vix exacto, ad natalem urbem, infirmitatis causa, ipsi regrediendum fuit. Inter professores seminarii Lassoriensis adscriptus, mathematicam disciplinam, musicen et philosophiam docuit, sacerdotio interea, die 17 Decembris a. 1825, ornatus.**

A philosophia edocenda et a seminario amotus, tempore quo in eo ideae Eoberti Lamennais serpere videbantur, humiliationem aequo tulit animo, iam in illam vitae rationem dispositionemque animi ingressus quam deinde Sororibus suis commendare debebat : *Pati et offerre! Agere bene et silere!* **Vicarius cathedralis ecclesiae Baionensis constitutus (aa. 1831-1836), in intimiorem consuetudinem venit cum populi necessitatibus, quas suas fecit, Christi caritate ad omne opus bonum in egenorum favorem plenus. Germana sorore Elisabeth adiuvante, puellis in periculum constitutis et a familiis laboris causa seiunctis cor aperuit, domum illis in loco** *Eougassé* **offerens. Insequenti anno 1837 puellis consulendum censuit quae ad malum collapsae essent ob miseriam, ignorantiam et inscitiam. Postquam humilem eisdem sedem Baionae, apud domum vulgo nuncupatam** *Grand-Paradis* **constituit, easdem anno 1839 apud** *Anglet* **transtulit. Aedes quas vocabant** *Notre-Dame du Befuge* **palaestra sunt factae caritatis Servi Dei, ibique vir Dei necessitatibus universis pro viribus prospicere enitens, omnia omnibus sese praebuit, ut omnes Dei bonitatis participes fierent.**

Puellas derelictas prolapsasque ad Deum diligendum perducere studuit et ut operibus insistèrent voluit. Quapropter, necessitatibus temporum mature perpensis, easdem ad agriculturam exercendam induxit, optima qua posset tunc fieri ratione, magnum sibi in regione sua promerens nomen qua iuventae benefactoris et socialis progressionis promotoris. Ludovicus Eduardus, caritate Christi qua urgebatur, sancta audacia suavique fortitudine et nova moliebatur et vetera novo spiritu vivificabat, quidquid bonum ex technicis artibus sibi videretur liberaliter assumens, omnia in Christi obsequium inducens, ut universa Christo eiusque mystico Corpori, pauperibus praeprimis membris, inservirent.

Ut autem opera pro orphanis et puellis a peccato Überaus congruam haberent certamque vitam, anno 1842 apud domum *Notre-Dame du Refuge* **loci** *Anglet* **Congregationem religiosarum condidit, quibus** *Servantes de Marie* **nomen dedit. Eas Christi caritate erga omnes, Maria matre et exemplo, referías voluit, easque apte institutas ad pagos et oppida misit, ut scholas pro rudioribus aperirent et moderarentur; ad quem finem Dei Servus operam dedit libellis exscribendis circa elementa grammaticam legendique methodum.**

Desiderio occurrens quarumdam puellarum quas e coeno ad sanctam vivendi rationem adduxerat, quandam etiam familiam instituit contemplativam ex sua Congregatione, cuius sodales *Bernardines* **vel** *Silencieuses de Marie* **appellavit; quibus eum praestitit finem, ut in oratione assidua ac labore solitariae viverent, Deique invocarent misericordiam, ac summum divinae gratiae momentum per vitam suam palam facerent, quae si ad instar suci ab intus vivificat, tunc fide numquam deficimus, ac spe gaudentes ad superna contendimus, caritate autem Christi compulsi indefatigabiliter nos impendere et superimpendi in humilium Christi corporis membrorum solamen et adiutorium valemus.**

Tota Ludovici Eduardi Cestac vita huiusmodi theologalis Dei experientiae manifestatio exstitit. Nihil illi antiquius quam ut indesinenter ad fidei fontes accederet, veritatem sacrarum Scripturarum Ecclesia duce et magistra potaret, supernoque ductus instinctu de omnibus iudicaret. Maximam gratiam censebat summumque nobilitatis titulum quod christianus esset, Patrisque caelestis in Iesu filius Ecclesiaeque discipulus. Diem proinde baptismatis prae omnibus sollemnem habebat et quotannis sancta animi exsultatione celebrabat, gratias imo ex corde Deo agens quod se in Ecclesia cum mystico Christi corpore coagmentasset. Nihil ergo mirum quod terrena despiceret et amaret caelestia, vel, melius, terrestrium rerum momentum in fidei lumine prae oculis haberet easque omnes ad Deum eiusque cultum et ad pauperum subsidium, sibi pauper fratribus autem dives, ordinaret. Caritatis virtus Famulum Dei sustinuit aluitque, ad incepta omnis generis eum excitando, ad difficultates superandas confortando, ad dolores necessitatesque humilium ac pauperum fratrum in semet suscipiendas et mitigandás provocando. Omnia ex Dei amore hauriebat; Deum semper prae oculis habebat, in Eius praesentia iugiter ambulabat, in oratione semper cum Eo coniunctus, ceu filius in omnibus Patrem alloquens, manebat.

His in omnibus moliendis et exsequendis, Deiparam Virginem sanctissimam matrem habuit et inspiratricem, per quam ad Deum in Christo Iesu fide et caritate adeundum et ad fratres ipsius Christi corde amplectendos, solandos adiuvandosque veluti vitae rationem tenuit. Noverat enim Virginem Mariam indissolubili vinculo cum Christo in universa salutis oeconomia exsistere eamque ad Primogeniti Filii sui fratres in/Ecclesia gignendos et educandos usque ad perpetuam electorum omnium consummationem materno amore cooperari (cfr. Conc. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia *Lumen Gentium,* **nn. 62-63). Eam igitur et filiali cultu**

prosequebatur, in omnibus invocabat, pieni obsequii erga Patris caelestis voluntatem et fraternae donationis exemplar habebat. Perapte anno 1859 scribebat : « Magis magisque quam alias Mariam cum tribus Divinis Personis in hominum redemptionis opere consociatam conspicio, totamque caritate in eorum salutem aestuantem, munere ornatam eosdem homines in Iesum transformandi vel, melius, eosdem mystici Christi corporis membra reddere, quo in miro partu veluti optimam omnium ac suavissimam matrem intentam video)). Quam maternam Mariae missionem participare pro suo ingenio Dei Servus enisus est, ex Christi Ecclesiaeque Matre vim hauriens qua strenue ad mortem usque ut fratres ad Christum eiusque Ecclesiam traheret eorumque in operoso amore confirmaret.

Tot laboribus in Dei amorem exantlatis consumptus, omnibus carus fratribus et filiabus, qui in legifero patre imaginem bonitatis Christi et Mariae visibiliter conspicere poterant, virtutibus insignis ac fama sanctitatis ornatus, in iis sic dictis « *Notre-Dame du Refuge* **» aedibus, quas caritatis testimonium erexerat et post se reliquit, die 27 Martii a. 1868 pie in Domino obdormivit.**

Sanctitatis fama, qua Servus Dei vivens quoque decoratus fuit, post eius obitum aucta est eamque Deus supernis signis confirmare visus est. Quapropter factum est ut Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis agi coepta sit. Instructae sunt igitur ordinaria auctoritate inquisitiones apud Curiam Baionensem annis 1898-1899 ac deinde, signata commissione introductionis Causae die 8 Aprilis a. 1908 a S. Pio Papa X, apostolicus processus super virtutibus in specie annis 1909-1916 adornatus est. Omnium autem processuum agnita iuridica vi per decretum Sacrae tunc Rituum Congregationis die 5 Iunii a. 1919 datum, quaestio apud eandem Sacram Congregationem agitari coepta est super virtutibus theologalibus et cardinalibus eiusdem Servi Dei, et quidem primum, die 28 Martii a. 1944, in congregatione, quam dicebant, antepraeparatoria ; deinde, die 13 Februarii a. 1945, in congregatione praeparatoria, et iterum, die 28 Aprilis a. 1953, in nova praeparatoria. Ut autem ad ulteriora procedi posset, necesse fuit ut Officium historicum hagiographicum Sacrae huius Congregationis pro Causis Sanctorum, interea conditae, amplam *Inquisitionem* **historicam in vitam et super quibusdam quaestionibus, a Patribus Consultoribus et Cardinalibus in praedictis coetibus disceptationum suscitatis, concinnaret, quam anno 1973 publici iuris fecit. Hinc resumpta est disceptatio super virtutibus die 13 Aprilis a. 1976 in Congressu, qui vocatur, Peculiari Officialium**

Praelatorum Patrumque Consultorum, quem subsecuta est Congregatio Plenaria Patrum Cardinalium die 22 Iunii eodem anno ad Vaticanum celebrata, ponente seu relatore Eev.mo Cardinali Gabriele Maria Garrone, omnesque responderunt Servum Dei Ludovicum Eduardum Cestac christianas virtutes heroum in modum coluisse.

Summus autem Pontifex Paulus VI, cui praedicta omnia die 5 Augusti eiusdem anni 1976 per subscriptum Cardinalem Praefectum relata sunt, sententiam Patrum Cardinalium ratam habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum rite appararetur.

Quod cum factum esset, Summus idem Pontifex, accitis hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto et Gabriele Maria Garrone, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis ceterisque convocari solitis, iisque adstantibus edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Ludovici Eduardi Cestac, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 13 Novembris a. D. 1976.

CONRADUS Card. BAFILE, *Praefectus*

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

IV

MARIANOPOLITANA

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae Annae, in saeculo: Mariae Esther Sureau dit Blondin, fundatricis Congregationis Sororum a S. Anna.

SUPER DUBIO

An eius Causa introducenda sit.

Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum ßolum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert (Io. **12, 24). Salutis oeconomia per paschale Christi mysterium manifestata est, quo Dei Filius,** *oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis (Philip.*

2, 8), *mortem nostram moriendo destruxit et vitam resurgendo reparavit* (MISS. ROM., *Praef, pasch.* 1). Salutare gratiae opus eadem ratione perenniter perficitur qua Christus *dilexit Ecclesia et tradidit seipsum pro ea (Eph.* 5, 25). Grano frumenti, ut in messem et in panem convertatur, moriendum est. Paschale hoc mortis et vitae mysterium in Serva Dei Maria Anna Blondin renovatum dixeris, quae humilis crucem portavit in eaque oblationem suam sereno consummavit animo, vitam religiosae familiae abundantius promerens, quam Spiritu Sancto acta instituerat, et a qua quasi extranea longo annorum tempore et etiam post mortem habita fuit.

Maria Anna, in saeculo Maria Esther Sureau, a vulgato patris nomine *Blondin* nuncupata, die 18 mensis Aprilis anno 1809 in loco cui nomen *Terrebonne,* in Canadia, parentibus Ioanne Baptista et Maria Rosa Limoges, nata est. Ad christianam vitam pie ducendam domi educata, ad orationem praesertim instituta est atque ad religionem erga Eucharistiam, qua primitus refecta est probabiliter anno 1821 simulque sigillo Spiritus Sancti per confirmationem signata est, ex Paraclito vires ad adulescentiam animi angoribus plenam deinde ducendam hauriens.

Viginti annos nata, ut suis auxiliaretur, famulam egit, donec anno 1831 natali in pago Sororibus a Domina Nostra (vulgo *Notre-Dame)* humilibus servitiis praestandis sese obtulit, legendi artem et scribendi ab eisdem in mercedem petendo. Anno insequenti novitiatum earundem religiosarum ingressa est, quem tamen valetudinis infirmae causa derelinquere coacta est. Viribus restituta, anno 1833 ad oppidum v. d. *Vaudreuil* concessit opem allatura ludimagistrae Susannae Pineault ad parvos litterarum rudimentis imbuendos. Ibi autem superno instinctu illuminata consilium iniit religiosarum societatis condendae, quae ex puro Dei amore operam darent instituendis pueris puellisque, praesertim derelictis, rura incolentibus. Ignatio Bourget, Marianopolitano episcopo, approbante et Paulo Lupo Archambeault, curione, quem conscientiae moderatorem elegerat, auxiliante, Congregationem a Sancta Anna fundavit, habitum novi Instituti e manibus Ioannis Caroli Prince, episcopi coadiutoris, mense Augusto a. 1849 accipiens ; professionem autem religiosam coram praedicto I. Bourget episcopo emisit die 8 Septembris a. 1850, qui eodem die decretum erectionis novae Congregationis edidit et biduo post Servam Dei in generalem Antistitam constituit. Anno 1853 dum, Dei Famula incitante, novella religiosa familia caritatis spatia dilatavit etiam infirmis et pauperibus domi assistendis iuvandisque, sedes domus

Congregationis principis, episcopo iubente, ad pagum translata est vulgo nuncupatum *Saint-Jacques.*

Ex tunc *Via Crucis* **in fide et humilitate Servae Dei Mariae Annae fuit arripienda. Namque, conditrice inscia, idem episcopus Marianopolitanus curionem Congregationis minorem constituit sacerdotem Ludovicum Maréchal, imperiosum virum, qui suum esse officium putavit gubernacula ipsa tenendi Instituti. Ipse omnem movit lapidem ut Famulae Dei exstenuaret auctoritatem, immo, sororibus quibusdam adiuvantibus, eam a regimine submoveret. Quod quidem mense Augusto anno 1854 contigit, cum Serva Dei officio re usuque destituta est atque ad pagum v. d.** *Samte-Geneviève,* **ut parvae domus antistita, missa. At cum neque exiguae communitatis regendae iudicaretur idonea, ad sedem domus principis, quae anno 1864 translata est ad oppidum** *Lachine,* **revocata est ibique humilioribus officiis addicta, perpetua fere oblivione obruta est. Licet, praedicto sacerdote Maréchal a munere amoto, Famula Dei anno 1872 prima assistens generalis et anno 1878 secunda consiliaria generalis electa fuerit, eam Antistitae Generales cum suis Consiliis ignoratam habuerunt, suis ex collato munere ad eam pertinentibus iuribus eam privando. Verum Maria Anna, Domini innixa fortitudine, qui** *non patietur nos tentari supra id quod possumus* **(cfr.** *1 Cor.* **10, 13), aequo animo omnia pertulit. Quamvis intimam quandam, ipsa fatente, spiritus agoniam experiretur seseque, perspectis plene invidorum hominum machinationibus, ab omnibus sentiret derelictam, fide et caritate plena normam sibi statuerat, quam ad mortem usque secuta est, nimirum :** *Quod procella discedat sine formidine est exspectandum; Dei voluntati fortiter est adhaerendum non vacillando.*

Dei Serva animo numquam defecit. *Viam Crucis* **ardenti animo arreptam in oratione, humilitate, labore consummavit, nihil antiquius habens quam in omnibus silentio oboedire et pro nihilo reputari; adeo ut precatione, dolore et exemplis familiam suam incessanter pepererit ac recreaverit.**

Gelida nocte in festo Nativitatis Domini anno 1889 cum Liturgiam participaret, pulmonum inflammatione Serva Dei affecta est, et die 2 mensis Ianuarii a. 1890 piissime obdormivit in Domino. Humilitas silentiumque quibus vivens oblivione cooperta fuerat, per diutinum tempus demortuam quoque prosecuta sunt. Nihilo tamen minus sanctitatis fama Servae Dei non remisit apud plures Sorores aliosque christifideles, immo fideliter conservata atque prouti licuit aucta est.

Super eadem sanctitatis fama processus ordinaria potestate apud Curiam archiepiscopalem Marianopolitanam anno 1955 instrui coeptus est atque anno 1959 absolutus Romam translatus est. Interim quamplurimae litterae cardinalium, episcoporum, moderatorum ordinum religiosorum necnon personarum insigniorum in dignitate civili ad Summum Pontificem pervenerunt, quibus introductio causae beatificationis apud Sedem Apostolicam postulabatur.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, Sacra tunc Rituum Congregatio, scriptis Servae Dei perpensis, ad ulteriora procedi posse edixit die 5 mensis Ianuarii anno 1965.

Quapropter, instante Rev.do P. Angelo Mitri, Congregationis Missionariorum Oblatorum B. M. V. Immaculatae et huius Causae postulatore legitime constituto, habitus est, die 20 Iulii a. 1976, Congressus, qui dicitur, Peculiaris Sacrae huius Congregationis pro Causis Sanctorum, quem secuta est Congregatio Peculiaris Patrum Cardinalium, die 16 Novembris eodem anno, in qua Em.mus ac Rev.mus Pater et Dominus Sergius Cardinalis Pignedoli, Causae ponens seu relator, dubium proposuit disceptandum : *An introducenda sit Causa beatificationis in casu et ad effectum de quo agitur,* **deque ea rettulit. Et Patres Cardinales, qui aderant, omnibus mature perpensis, adfirmando responderunt, nimirum Causam esse introducendam, si Summo Pontifici placuisset.**

Quibus de rebus facta postmodum, die 7 Ianuarii anno 1977, Summo Pontifici Paulo VI per subscriptum Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua rescriptum Patrum Cardinalium ratum habuit et confirmavit.

Datum Romae, ex aedibus S. Congregationis pro Causis Sanctorum, die 7 Ianuarii A. D. 1977.

CONRADUS Card. BAFILE, *Praefectus*

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

Y

LIMBURGEN.

Beatificationis et canonizationis ven. Servae Dei Mariae Catharinae Kasper, fundatricis Congregationis Pauperum Ancillarum Iesu Christi.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Constare de virtutibus Venerabilis Servae Dei Mariae Catharinae Kasper, fundatricis Congregationis Pauperum Ancillarum Iesu Christi, tam theologalibus, videlicet fide, spe et caritate, quam cardinalibus, nimirum prudentia, iustitia, temperantia et fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico exercitis, Paulus Papa VI die 4 Octobris anno 1974 sollemniter declaravit. Hinc huius Causae sollertes actores manus admoverunt ut, ad iuris normam, duas prodigiosas seligerent sanationes ex iis, quae, eadem Venerabili Serva Dei intercedente, divinitus patratae dicebantur, easque Sacro huic Foro ad ipsius Venerabilis sollemnem beatificationem assequendam exhiberent. Attamen earum sanationum prior, medicorum examini subiecta, non eum sortita est exitum, quem ius exigit ut ad ulteriora procederetur.

Altera vera sanatio, quae felicem obtinuit discussionum effectum, ea est quae Sorori Mariae Herluka, religiosae professae Congregationis ab ipsa Venerabili Serva Dei Maria Catharina Kasper conditae, obtigit; ipsa namque, per solam eiusdem Venerabilis invocationem, mense Septembri anno 1945, a meningitide tuberculari inopinato ac plene con valuit.

Qua super mira sanatione canonicus apud episcopalem Curiam Trevirensem, apostolica quidem auctoritate, a die 3 Decembris a. 1968 ad diem 29 Maii a. 1970 instructus est processus Romamque transmissus ; de eius autem iuridica forma et validitate Decretum die 24 Octobris anno 1974 exiit.

Iuris deinde servato ordine, eiusmodi sanatio ad Medicorum Consilium huius S. Congregationis relata est, qui, post accuratam atque medicae artis principiis suffultam disceptationem die 16 Iulii a. 1975 habitam, edixerunt eandem sanationem scientiae pervestigatione ac praeceptis explicari non posse. Secuta est postmodum theologorum discussio, et quidem primum in Congressu, qui dicitur, Peculiari Officialium

Praelatorum Patrumque Consultorum, die 6 Iunii a. 1976 celebrato ; deinde in Congregatione Plenaria Patrum Cardinalium ad Vaticanum die 30 Novembris eodem anno coacta, in qua Rev.mus Cardinalis Silvius Oddi, Causae ponens seu relator, dubium posuit disceptandum : *An et de quo miraculo constet in casu et ad effectum de quo agitur.* **Et qui aderant Patres Cardinales adfirmando responderunt.**

Facta, die 7 mensis Ianuarii anni huius 1977, super hisce omnibus per subscriptum Cardinalem Praefectum relatione Summo Pontifici Paulo VI, Sanctitas Sua vota S. Congregationis pro Causis Sanctorum rata habens, mandavit ut Decretum super eadem mira sanatione rite appararetur.

Quod cum factum esset, accitis hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Silvio Oddi, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum ceterisque de more convocandis, eisque adstantibus, Summus Pontifex Paulus VI, supremam proferens sententiam, edixit: *Constare de uno miraculo, Venerabili Maria Catharina Kasper intercedente, a Deo patrato, scilicet de instantánea perfectaque sanatione Sororis Mariae Herluka a meningis tubercularis inflammatione.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in S. Congregationis pro Causis Sanctorum acta referri mandavit.

Datum Romae, die 20 Ianuarii a. D. 1977.

CONRADUS Card. BAFILE, *Praefectus*

L. © S.

œ **Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan.,** *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì 10 Febbraio 1977, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Visita ufficiale le Loro Maestà il Re JUAN CARLOS I e la Regina SOFIA, Sovrani di Spagna.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

21 gennaio 1977. S. E. Mons. Vincenzo Fagiolo, Arcivescovo di Chieti; Mons. Emilio Colagiovanni; Mons. Edward Egan; Mons. Juan Esquerda Bifet; Mons. Cormac Murphy-O'Oonnor; Mons. José Pinto Gómez; Mons. Virginio Rovera; Mons. Paul Weseman; D. Giuseppe Gevaert; D. Remigio Solanski; il sig. Luigi Righi-Schwammer, *Consultori della Sacra Congregazione per il Clero.*

2 febbraio » Il sig. Guzman Oarriquiry, *Capo Ufficio nel Pontificio Consiglio per i Laici.*

8 » » Mons. Marcello Magliocchetti, *Uditore Generale delia Camera Apostolica.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

Protonotari Apostolici soprannumerari:

10 luglio 1976. Mons. León Gómez Pedro (Tunja).
10 agosto » Mons. Flatten Heinrich (Köln).

Prelati d'Onore di Sua Santità:

20 marzo 1976. Mons. Londoño Bernal Luis Alfonso (Medellin).
13 giugno » Mons. Kolping Adolf (Köln).
10 luglio » Mons. Heuser Peter (Köln).
» agosto » Mons. Maìecki Felix (Gniezno).

29	settembre	1976.	Mons. Klomps Heinrich (Köln).
7	ottobre	»	Mons. Schwanke Ginseppe (St. Pölten).
15	novembre	»	Mons. Morgenschweis Friedrich (Regensburg).
17	»	»	Mons. Roche Matthew James (Olifton).
4	dicembre		Mons. Glyn Michael Joseph (Natchez-Jackson).
»		»	Mons. Johnson Gregory John (Natchez-Jackson).
20			Mons. Schelke Karl (Rottenburg).
8	gennaio	1977.	Mons. Cerio Giovanni (Boiano-Campobasso).
»	»	»	Mons. Notarmasi Nicola (Boiano-Campobasso).

Cappellani di Sua Santità:

13	giugno	1976.	II sac. Paschen Wilfried (Köln).
10	luglio		II sac. Jarro Alvaro (Tunja).
24	agosto	»	II sac. Ansini Nicola (Marsi).
29	settembre	»	II sac. Vobbe Gerhard (Köln).
7	ottobre	»	II sac. Bortolan Gino (Venezia).
»	»	»	II sac. Dinon Vittorio (Venezia).
»	»	»	II sac. Senigaglia Mario (Venezia).
»	»	»	II sac. Tosi Giorgio (Venezia).
22	»	»	II sac. Joos André (Malines-Bruxelles).
10	novembre	»	II sac. Häfner Josef (Köln).
»		»	II sac. Stecca Luigi (Venezia).
17	»	»	II sac. Bellazzi Pietro (Vigevano).
		»	II sac. Cacciabue Luigi (Vigevano).
»	»	»	II sac. Previde Massara Angelo (Vigevano).
30	»	»	II sac. Amalfi Alessandro (S. Lucia del Mela)
»	»		II sac. Picone Gaetano (Lipari).
»	»	»	II sac. Scoglio Dionigi (S. Lucia del Mela).
14	dicembre		II sac. Grzechowiak Stanislao (Gniezno).
»	»	»	II sac. Kniolek Zdzislaw (Warszawa).
»	»	»	II sac. Makowski Taddeo (Gniezno).
	»	»	II sac. Mnichowski Janusz (Gniezno).
»	»	»	II sac. Mosak Mieczyslaw (Warszawa).
»	»		II sac. Nowak Joannes (Gniezno).
			II sac. Piechowski Stanislao (Warszawa).

ONORIFICENZE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Oran Croce dell'Ordine Piano:

4 febbraio 1977. Al sig. Abraham Raul *(Uruguay).*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Commenda dell'Ordine Piano:

13 novembre 1976. Al sig. Brenninkmeijer Edward (Rotterdam).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

21 dicembre 1976. Al sig. Estevez Manuel *(Cuba).*
12 gennaio 1977. Al sig. Barillà Gaetano (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

9	**giugno**	**1976.**	**Al sig. Gronarz Rudolf (Köln).**
»	**»**	**»**	**Al sig. Kürten Josef (Köln).**
10	**luglio**	**»**	**Al sig. Degen Alois (Köln).**
12	**agosto**		**Al sig. Kersten Antonio (Bois-le-Duc).**
22	**ottobre**	**»**	**Al sig. Hartigan Charles (Westminster).**
31	**»**	**»**	**Al sig. Porri Ruggero (Ajaccio).**
8	**novembre**		**Al sig. Deguine Ghislain (Amiens).**
17		**»**	**Al sig. D'Abren Francis (Westminster).**
3	**dicembre**	**»**	**Al sig. Stark Taddeo (Genève).**
9	**»**	**»**	**Al sig. Gutteridge Lorenzo Patrizio (Hamilton).**
23	**»**	**»**	**Al sig. Di Biase Gino (Boiano-Campobasso).**
»	**»**	**»**	**Al sig. Giuseppe Fortunato (Roma).**
24	**»**	**»**	**Al sig. Frascione Emidio (Roma).**
8	**gennaio**	**1977.**	**Al sig. Rossi Antonio (Boiano-Campobasso).**
12	»	**»**	**Al sig. Trombetta Dante (Milano).**
21	**»**	**»**	**Al sig. Venanzi Enrico (Roma).**
6	**febbraio**		**Al sig. Strawinsky Théodore (Genève).**

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civi

6	**maggio**	**1976.**	**Al sig. Bligh Bernard (Westminster).**
»	**»**		**Al sig. Cautley Ronald (Westminster).**
»	**»**	**»**	**Al sig. Curran George (Westminster).**
29	**luglio**	**»**	**Al sig. Crowe James Albert (Westminster).**
12	**agosto**	**»**	**Al sig. Raadschelders Marino G. (Haarlem).**
»	**»**	»	**Al sig. Van de Steeg Endrico G. (Bois-le-Duc).**
29	**settembre**	**»**	**Al sig. Plug Francesco G. (Rotterdam).**
5	**novembre**	**»**	**Al sig. Haaker Fort Jorge (Lima).**
8		**»**	**Al sig. Callard Charles (Lyon).**
»	**»**	»	**Al sig. Fujols Joseph (Lyon).**
11	**»**	**»**	**Al sig. Albini Aldo (Venezia).**
17	**»**	**»**	**Al sig. Marriot William (Westminster).**
»	**»**	**»**	**Al sig. Murphy Joseph (Westminster).**
»	**»**		**Al sig. Rubini Gaudenzio (Novara).**

19 novembre 1976. Al sig. De Jong Giovanni Pio M. (Rotterdam).
27 Al sig. Amechie Nzakese Nwobbi James (Umuahia).
» » Al sig. Echewodo Ukattah Augustine (Umuahia).
» Al sig. Egbuziem Richard (Umuahia).
» » Al sig. Ejiofor Emelife Clement (Umuahia).
» Al sig. Iwuamadi Uwakwe Thomas (Umuahia).
9 dicembre » Al sig. Vittu Christian (Lille).
23 » » Al sig. Leone Aurelio (Roma).
24 » » Al sig. D'Ari Raffaele (Roma).
1 gennaio 1977. Al sig. Andrisani Nunzio (Roma).
» » » Al sig. Salvatori Giovanni Battista (Roma).

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa.

4 gennaio 1977. Al sig. Gentilini Francesco (Roma).
12 » » Al sig. Di Geso Giovanni (Roma).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa.

7 ottobre 1976. Al sig. Bayr Antonio (St. Pölten).
27 novembre » Al sig. Aniagolu Antonio (Umuahia).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa

10 luglio 1976. Al sig. Heckmanns Josef (Köln).
4 agosto » Al sig. Vezzadini Eros (Reggio Emilia).
12 » » Al sig. Suárez José Maria (Cuernavaca).
18 » » Al sig. Jordana Besolí Rosendo (Urgel).
5 novembre Al sig. Maenen Giovanni (Roermond).
11 » » Al sig. Dorigo Francesco (Venezia).
» » » Al sig. Olivotti Luigi (Venezia).
30 » Al sig. Vallo Giuseppe (Chieti).
3 dicembre » Al sig. Lazzarini Mario (Piacenza).
» » Al sig. Pacifici Bruno (Tivoli).
8 » » Al sig. Lindley Ludovico (Hamilton).
» » » Al sig. Lunghi Enrico (Roma).
22 » » Al sig. Ventre Francis (Boston).
12 gennaio 1977. Al sig. Secchi Tarugi Fausto (Roma).
2 febbraio » Al sig. De Santi Felice (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

10 luglio 1976. Al sig. Lohmann Adolf (Köln).
4 agosto » Al sig. Carpi Michele (Reggio Emilia).
» » » Al sig. Pagani Lorenzo (Reggio Emilia).
10 » » Al sig. Strijbos Enrico (Roermond).

12	**agosto**	**1976.**	**Al sig. Gottschall Friedrich (Köln).**
»	»	»	**Al sig. Hokwama Felix W. S. (Queenstown).**
»	»	»	**Al sig. Mahoud Simon (Queenstown).**
»	»	»	**Al sig. Van Oosten Adriano A. (Queenstown).**
18	»	»	**Al sig. Van Rooij Francesco (Bois-le-Duc).**
29	**settembre**	»	**Al sig. Van Hest Francesco Hendrico (Utrecht)**
22	**ottobre**	»	**Al sig. Fox Michele (Bereina).**
5	**novembre**	»	**Al sig. Klaver Giacomo Martius (Haarlem).**
17	»	»	**Al sig. Lue Carlo (Vigevano).**
»	»	»	**Al sig. Noel-Baker Philip (Westminster).**
»	»	»	**Al sig. Schäfer Edmondo (Köln).**
»	»	»	**Al sig. Zaccone Carlo (Vigevano).**
27		»	**Al sig. Anyansi John (Umuahia).**
»	»	»	**Al sig. Ezisi Sylvester (Umuahia).**
»		»	**Al sig. Iwueke Sebastine (Umuahia).**
»		»	**Al sig. Nwankwo Nwako Cyril (Umuahia).**
»			**Al sig. Oguga Desmond (Umuahia).**
30	»	»	**Al sig. Reibel Carlo (Köln).**
4	**dicembre**		**Al sig. Bax Enrico (Haarlem).**
»	»	»	**Al sig. Jacobs Gerardo (Roermond).**
»	»		**Al sig. Malay-Colley Giovanni (Kinshasa).**
21	»		**Al sig. Popham Edward J. (Salford).**

NECROLOGIO

-io

26	**febbraio**	**1977.**	**Mons. Bernard Oguki Atakpah, Vescovo già di Atakpamé** *(Togo).*
6	**marzo**	»	**Mons. José de Medeiros Leite, Vescovo di Oliveira** *(Brasil).*

An. et vol. LXIX 30 Aprilis 1977 N. 4

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città dei Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

LITTERAE DECRETALES

Beata Raphaela Maria a Sacro Corde Iesu Sancta renuntiatur.

Terrenas hominum vices si mentis consideratione revolvamus, fieri sane non potest quin ad altissimam moveamur Dei celebrandam sapientiam, qui non solum universum mundum regit attingens a fine usque ad finem, fortiter suaviter que disponens omnia (cf. *Sap.* 8, 1), verum etiam singulis consulit mortalibus eosque gubernat. Quae provida Dei rectio in viris illis mulieribusque mire praelucet, qui vitae sanctimonia caelestia potius quam terrena spectare ac petere visi sunt. His profecto annumerandam esse iure censemus beatam Raphaëlam Mariam a Sacro Corde Iesu, quam auctoritate Nostra apostolica Sanctorum in album hodie referri decrevimus. Sibimet enim plane persuasa eum, qui maneat in caritate, in Deo manere et Deum in eo (cf. *1 Io.* 4,16), maxima erga Deum flagravit dilectione ardentique simul studio pauperibus praecipue et adflictis omnimode auxiliandi ; innocentia praeterea et morum integritate insignis, puram vitam et castam in terris degit ; sic denique fuit animo demissa rerumque adversarum patiens, ut, quae in Ancillarum a Sacro Corde Iesu Congregatione, ab ea ipsa condita legibusque ordinata, potiores partes egerit, haud eadem dubitaverit novissimum locum tenere et adamare, cum, superno et inscrutabili Dei consilio, in oblivionem iacta fere est et praetermissa. Quae quidem omnia manifestius patebunt ex breviter eius enarrata vita sancteque ab ea exercitis virtutibus.

Tredecim filiorum decima, nata ea est in Hispaniae pago vulgo « Pedro-Abad » nuncupato, in dioecesis Cordubensis finibus, die primo

mensis Martii, anno millesimo octingentesimo quinquagesimo, parentibus Ildefonso Porras et Raphaela Ayllon, copiis abunde ditatis. Patre orbata puellula adhuc cum esset, a matre, quae muliebrium christianarumque virtutum insigne fuit exemplar, pie sancteque educata praecipue est ad animi pietatem, ad morum puritatem, ad singularem erga pauperes dilectionem. Haud igitur mirum quod, adulescentula quindecim annorum, virginitatis voto se Deo in perpetuum obligavit et proximorum necessitatibus propius et perfectius inservire cupivit. Matre mortua, terrenas spernere res ad caelestesque animum applicare magis magisque egit, renovata incensaque mente Deo preces adhibendo atque corpus per paenitentiam exercendo. Expedit in lucem praesertim proferre quam studiose et amanter et alacriter caritatis officia in egenos et aegrotos expleverit, quos non solum suam in domum invitabat, corpore alendos simulque religiosis praeceptis imbuendos, sed eos etiam ipsa invisebat pieque sustentabat. Ad haec incepta suscipienda prudens confessarius eam incitavit, qui paroeciae curionem in natali Raphaëlae pago tunc temporis agebat. Suadente autem Iosepho Antonio Ortiz Urruela, eximiae virtutis presbytero, una cum maiore natu sorore, anno millesimo octigentesimo septuagesimo quinto, urbem Cordubam adiit, ut, apud Clárales Sorores antea, deinde apud Sorores Societatis Mariae Reparatricis, religiosam vitam degeret, hac sibi imposita ratione, ut in Iesu Christi sacratissimum Cor illatas offensiones sive precibus sive corporis voluntariis adnotationibus expiaret, eidem iungi cupiens hominum Redemptori, cuius « tota vita crux fuit et martyrium » *(Imit. Chr.* II, 7, 29). Haud multum vero post temporis factum est, ut, Sororibus B. M. V. a Reparatione ab urbe Corduba digressis, Raphaela et soror eius nonnullaeque iuvenes mulieres inibi manere statuerint, ipsaque religiosae novae Familiae moderatrix praefecta fuerit, Raphaela Maria a Sacro Corde Iesu nomine dehinc sumpto. Hoc initium fuisse putatur Congregationis Sororum Sacri Cordis Iesu a Reparatione, quas Ancillas Sacratissimi Cordis Iesu Apostolica Sedes appellandas esse statuit. Ob nonnullas tamen obortas difficultates, ne videlicet primarius Congregationis finis et constitutiones, secundum regulas S. Ignatii a Loyola accommodatae, immutarentur, Raphaela Maria maluit Cordubam relinquere alioque se conferre. Post plurima tandem, quae exinde supervenerant superata obstacula, Matritum pervenit, comitantibus sorore cunctisque religiosis novitiis. Ibi, die octavo mensis Iunii, anno millesimo octingentesimo septuagesimo septimo, in festo Sacratissimi Cordis Iesu, Raphaela et soror eius Maria, vulgo ((Del Pilar » cognominata, quinqueque novitiae, religiosis votis ex more

nuncupatis, se Deo obligaverunt. Congregationis autem statuta Cardinalis Ioannes a Cruce Moreno, Archiepiscopus Toletanus, ordinaria auctoritate ad tempus antea probavit, postque biennium plene sanxit. Interea tamen factum est, ut, in Congregationem in eiusdemque operam praeiudicatae inducerentur opiniones, quibus Raphaela praestanti sua in Deum fide restitit invicta. Quinimmo, tan tilla harum religiosarum mulierum familia, sacratissimo Iesu Christi Cordi consecrata, ita Dei numine invalescere coepit sanctimonialiumque numerus multiplicari, ut in aliis Hispaniae urbibus domus conditae sint atque apostolatus opera cunctis mirantibus aucta. Post Apostolicae autem Sedis ipsius approbationem, anno millesimo octingentesimo octogesimo sexto concessam, Congregatio magis constabilita est eidemque Raphaela Maria, omnium consensu ac voto, mater generalis destinata. Aegre quidem ea sumpsit munus, quod tamen, qua erat prudentia et maxima in Deum pietate, magna cum Congregationis utilitate explevit, ad id praesertim in agendo intenta, ut per eucharisticum cultum vitam suam mysticam religiosae sodales alerent eamque cum sociali et apostolica actione coniungerent, pauperes praecipue puellas disciplinae rudimentis imbuendo mulieresque spiritualium exercitationum causa congregando. Verum, praeclari exempli facem ipsa praef erebat, singularium virtutum documentum. Praeibat nempe humilitate, de se minime sentiens ; fideli religiosarum regularum observantia; vel demissorum ministeriorum perfunctione, quae ad se prae ceteris pertinere asseveranter affirmabat ; sincera in omnes caritate ; animi denique magna fortitudine, quae maxime tunc apparuit, cum gravissimi ei casus acciderunt. De eius enim moderandi ratione, ad oeconomicam rem quod pertineret, minus recte sentiri et iudicari coeptum est : iniuste tamen ! Dei vero famula, ne vel minimum cuique forte eveniret detrimentum, summam potestatem ultro deposuit, anno millesimo octingentesimo nonagésimo secundo, inque urbe Roma, haud multum post temporis quam summa sua totiusque Congregationis laetitia ac spe religiosam domum ibi constituerat, secessit, triginta plus annos ibi mansura, omne genus adversarum rerum ad mortem usque patientissima. Per longissimum hoc temporis spatium, religiosa mulier facta est praeclarae demissionis exemplum, tam humilis in operando ut indigna quaeque ac viliora exsequenda petere soleret; tam moderatoribus obsequens, ut Deo ipsi; tam religiosi silentii studiosa, ut nec externa cognoscere nec suam pronuntiare de internis Congregationis quaestionibus sententiam optaret, in bonis unice cogitationibus defixa inque secretis Dei audiendis consiliis ; tam denique neglecta, ut ne minimum quidem ei fuerit deinceps com-

missum officium. Cotidianis huiusmodi animi adnotationibus gravis supervenit extremis eius vitae annis genus infirmitas, acerbissimorum dolorum miraeque simul patientiae causa. Terrena tandem hac vita placidissime iuncta, caelestem petiit, die sexto mensis Ianuarii, anno millesimo nongentesimo vicesimo quinto, initio nempe sacri Iubilaei, per universum terrarum orbem celebrandi.


Cum autem eius post obitum demissumque admodum funus, magis in dies de Raphaela Maria a Sacro Corde Iesu fama percrebruisset, sive videlicet ob sanctissimam eius vivendi rationem sive ob prodigia quae, eadem deprecante, ferebantur a Deo patrata, de Beatorum Caelitum illi decernendis honoribus Causa coepta est agitari. Perfectis igitur processibus ordinariis de Famulae Dei vitae sanctimonia, riteque peractis inquisitionibus de virtutibus theologalibus et cardinalibus heroum in modum ab ea exercitis deque duobus miraculis a Deo, eadem invocata, effectis aliisque ex canonica lege perficiendis, Pius XII rec.mem. Decessor Noster per Apostolicas Litteras, sub anulo Piscatoris die duodevicesimo mensis Maii, anno millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, datas, quarum « Quod Christus » prima verba, venerabilem Famulam Dei Raphaëlam Mariam a Sacro Corde Iesu beatam appellari posse et excoli permisit. De eiusdem autem Beatae canonizatione ilico agi coeptum est. Ea enim intercedente, haud pauca affirmabantur a Deo perfecta miracula. Peculiare igitur decretum ad iterum Causam sumendam editum est, die vicesimo primo mensis Aprilis, anno millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio. De duobus praesertim propositis miris sanationibus inquisitum est, quarum alteram, seu perfectam et perpetuam sanationem mulieris, cui vulgare nomen Encarnación García Gallardo, vere miraculum existimandum esse indicaverunt Praelati cuncti et Officiales Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum in peculiari Congressu coadunati, die primo mensis Iunii, anno millesimo nongentesimo septuagesimo sexto; deinde omnes S. R. E. Cardinales in plenario eiusdem Sacrae Congregationis Conventu, die tertio decimo mensis Iulii, eodem anno, habito. Nos vero hanc unam sanationem ad beatae Raphaëlae Mariae a Sacro Corde Iesu canonizationem sufficere auctoritate Nostra statuimus, eamque vere esse miraculum a Deo patratum per decretum eiusdem Sacrae Congregationis ediximus, die tertiodecimo mensis Novembris, proxime praeteriti. Ab altero autem miraculo, quod canonicae leges requirunt, proponendo actores exemimus. In sacro denique Consistorio, quod in Aedibus Vaticanis sueto ritu celebravimus, die vicesimo subsequentis mensis Decembris, omnium, ad quos tanti negotii gravitatem

pertineret, acceptis suffragiis auditisque votis, diem canonizationis peragendae statuimus, hodie nempe, favente Deo. Quo feliciter illucescente, Vaticanum templum ingressi, undique gentium maximeque ex Hispaniae terris convenientibus advenis stipatum, sub initio Missae sollemnissimo ritu celebratae, gravissima haec verba protulimus, cunctis qui aderant prae gaudio plaudentibus. Diximus videlicet : « Ad honorem sanctae et individuae Trinitatis, ad exarationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, beatam Raphaëlam Mariam a Sacro Corde Iesu, Fundatricem Ancillarum Sacratissimi Cordis Iesu, Sanctam esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus, statuentes eam in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen ».

Omnibus itaque quae inspicienda erant bene perpensis, quae supra acta memoravimus universae Ecclesiae renuntiamus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo tertio mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

Ego PAULUS Catholicae Ecclesiae Episcopus



Loco £8 Plumbi

In Secret. Status tab., n. 32098J,.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

In Republica Populari Congensi Nuntiatura Apostolica constituitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Vehementi flagrantes amore erga universum Christi gregem, in quo et plures numerantur Afrorum communitates expedire censemus ut per Nuntiaturas Apostolicas apud illos populos constitutas publica quoque amicitiae vincula ineantur inter eos et Apostolicam Sedem, ad commune quidem utriusque partis bonum provehendum. Hanc igitur ob causam Nos, re bene considerata atque perpensa, summa Nostra potestate hasce per Apostolicas Litteras de more datas Nuntiaturam Apostolicam apud Rempublicam Popularem Congensem erigimus, eidemque Nuntiaturae perinde deferimus officia et privilegia atque indulta, quae omnium huiusmodi Legationum sunt propria. Haec quidem singula edicimus, statuimus, decernentes ut Apostolicae hae Litterae Nostrae sive nunc sive in posterum vim habeant suam. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXXI mensis Ianuarii, anno MCMLXXVII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

hoco **£& Sigilli**
In Seeret. Status tab., n. 9&1960.

II

Beata Maria Virgo sub titulo Dominae Nostrae a Salute principalis dioecesis Legazpiensis Patrona constituitur ac declaratur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quam altas radices Marialis pietas et religio ceperit in sensibus in animis in moribus totius communitatis ecclesialis Legazpiensis ipse comprobat numerus maximus ibi templorum

et sacellorum paroeciarum et stationum missionalium variis nominibus Deiparae Virginis dedicatarum. Quam vero antiquus ac vetustus floreat inter eundem populum cultus Genetricis Dei Mariae annales historiae commonstrant, ex quibus nempe paret effigiem Dominae Nostrae a Salute ducentos iam abhinc annos sculptam esse venerationique expositam in loco Horoan provinciae Albay. Necdum illuc interea cessaverunt frequentes confluere turmae fidelium qui Matrem Christi sub titulo Dominae Nostrae a Salute concelebrent studiose publiceque honorent. Ut igitur diuturnitas huius fidei Marianae sollemniter commemoraretur utque legitime iure confirmaretur quod re ipsa diutissime iam illic contingebat, Venerabilis Frater Theotimus Pacis Episcopus Legazpiensis pro se ipse nec non pro universo suo grege postulavit a Sede Apostolica ut pronuntiaretur Beata Virgo Maria « Domina Nostra a Salute » principalis apud Deum Patrona eiusdem illius dioecesis. Nos proinde hanc rem consentaneam omnino esse arbitrati et in decus illius populi maiusque commodum spiritale cessuram, e sententia Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino, auctoritate Nostra apostolica Beatam Mariam Virginem « Dominam Nostram a Salute » probamus constituimus declaramus caelestem coram Deo Patronam dioecesis Legazpiensis ad normas videlicet Instructionis eiusdem Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis (n. 30). Cuncta insuper privilegia liturgica et honores concedimus talibus dioecesium Patronis convenientia. Contrariis quibuslibet haudquaquam obstantibus. Ceterum praecipimus ut hae Litterae Nostrae suos effectus tam in praesens quam in posterum habeant tempus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VII mensis Februarii, anno MCMLXXVII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

ffi IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco © Sigilli

In Secret. Status tab., n. 320871.

III

Sancta Teresia a Iesu Jornet Ibars nuncupatur principalis apud Deum patrona senum in Hispania degentium.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Inter Hispaniae Catholicae sanctos decores propterea maxime effulget Teresia a Iesu Jornet Ibars, quam Nobismet ipsis nuperius perplacuit in caelitum sanctarum numerum adlegere, quod pro ardenti sua in Christum ac proximum caritate suscepit ipsa senes inopes derelictosque adiuvandos sanandos tutandos. Quod ad praestabile omnino opus et totam suam vitam magno animo reservavit et religiosam familiam a se excitatam, Congregationem Parvarum Sororum Senum Derelictorum, provido consilio destinavit. Nihil ergo convenientius, nihil optabilius suaderi poterat quam ut eadem mulier Sancta proclamaretur talium nunc in caelis Patrona senum qualium aliquando curam mirabilem gessisset in terris. Qua de causa, cum Venerabilis Frater Noster Vincentius S. R. E. Card. Enrique et Tarancón, Conferentiae Episcopalis Hispaniae Praeses, ab hac Apostolica Sede peteret ut effecta iam a cunctis eiusdem nationis Episcopis nominatio Sanctae Teresiae a Iesu Jornet Ibars velut Patronae senum ibidem commorantium rite confirmaretur, vota certo omnium explevit ac rem in se summe consentaneam peregit. Nos itaque, ad normam Instructionis de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis, n. 30, perlibentes adsentimur motis ita precibus quandoquidem persuasimus Nobis eundem titulum et cultum simul futurum esse solacio ipsis senibus sic protectis, ac simul adiumento atque incitamento eorum curatoribus. Probatis ideo quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino — factis a Nobis potestatibus — iam statuit, decernimus atque edicimus Sanctam Teresiam a Iesu Jornet Ibars, virginem, senum Hispaniae Patronam coram Deo haberi posse re veraque esse ; concedimus insuper omnia iura et privilegia liturgica quae secundum rubricas hanc nominationem consequuntur, contrariis minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub Anulo Piscatoris, die xxiv mensis Februarii, anno MCMLXXVII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© **IOANNES Card. VILLOT,** *Secretarius Status*

Loco © Sigilli

In Secret. Status tab., n. 820938.

NUNTIUS GRATULATORIIS

Iosepho Mariae S. R. E. Card. Bueno et Monreal Archiepiscopo Hispalensi quinquagesimo exacto anno a presbyterali eius ordinatione.

Adventante die xix mensis Martii, qno quinquagesimum anniversariam memoriam suscepti a te presbyteratus celebrabis, Nostrum esse arbitramur has ad te Litteras dare, constantis caritatis Nostrae testes sinceraeque gratulationis nuntias.

Re quidem vera sacerdotium tuum, quo iis es annumeratus, qui « terram incolunt in eaque commorantur)), tamen « ad ea quae in caelis sunt dispensanda commissi sunt, potestatemque acceperunt, quam neque angelis neque archangelis dedit Deus »,* ferax fructuum fuit. Quae quidem spiritualis ubertas clarius enituit et latius est propagata, postquam « episcopalem paternitatem », ut verbis S. Augustini utamur,[2] assumpsisti. Quam exercens, post duarum sedium rectionem, ad praeclaram Ecclesiam Hispalensem moderandam, vi muneris Coadiutoris tibi concrediti, merito es provectus atque in Patrum Cardinalium Collegium deinde cooptatus.

Itaque cursum emensum respiciens, habes, cur Deo, omnium bonorum fonti inexhausto, gratias plurimas agas, quippe qui tibi dederit tot annos sibi suaeque Ecclesiae famulari suumque Regnum stabilire. Es enim magnanimiter annisus, ut penuriae sacerdotum matereris et ita populo tibi commisso sufficientes suppeditares administros, qui ei panem verbi et corporis Domini dispertirent, necnon ut rei sociali, quae difficultates nec leves nec paucas solet secum ferre, provide consuleres. Iuvat etiam memorare anno MCMLXXIII Synodum archidioecesis istius a te esse coactam, qua praecepta et normae Oecumenici Concilii Vaticani Secundi ad usum deducerentur et vita apostolica, laicis quoque operam sociantibus, redderetur efficacior. Quocirca, « heres Sanctorum », praesertim Leandri et Isidori, inditam Ecclesiam Hispalensem ita disposuisti, ut hac ipsa aetate spirituali polieret vigore, quod arcana communicatione ad totum corpus Christi mysticum solet redundare.

[1] S. Ioann. Chrysost., *De sacerdotio*, 54; *PO* 48, 642.

[2] Cfr. Ep. 253; *PL* 34, 1069.

Nos vero, iubilaei tui oblata occasione, enixas preces ad Deum fundimus, ut tibi caelestis gratiae copiam largiatur teque suavissimo solacio suo iucundet. Sanctus Ioseph, castissimae Virginis Mariae sponsus, sua protectione te iugiter communiât.

Haec habuimus, quae tibi animo amanti scriberemus. Vota demum Nostra confirmet Apostolica Benedictio, quam tibi, Venerabilis Frater Noster, Episcopis Auxiliaribus tuis, clero, religiosis, fidelibus, in quos pastorales curas tuas intendis, libentissime impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxvi mensis Februarii, anno MCMLXXVII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PAULUS PP. VI

EPISTULAE

I

Ad Em.mum P. D. Iacobum Darcy S. R. E. Cardinalem Freeman, Archiepiscopum Sydneyensem, saeculo exacto ab obitu primi Australianae Catholicae Hierarchiae Episcopi.

« Episcopali paternitate catholicae Ecclesiae providere »[1] et officium est excelsum et praeclara laus sacri Pastoris. Quibus verbis comprehendi videtur vita et navitas Ioannis Bedae Polding, qui primus fuit Episcopus Australiae. Cum ergo ab eius obitu centum anni mox sint abituri, huius viri memoriam, te praeeunte, non solum Sydneyensem communitas, verum etiam ceterarum istius continentis dioecesium Praesules, sacerdotes, fideles gratis animis celebrabunt.

Nos vero, memores religiosae alacritatis catholici populi Australiani, quam praesentes cognovimus, communis huius recordationis libenter participes sumus.

Qua quidem revocamur ad initia compaginis Ecclesiae nostrae in amplissima illa regione ; de qua optime meritus est Ioannes Beda Polding, qui natus in Britannia factusque ibi sodalis Ordinis Sancti Benedicti, pacem monasterii reliquit, ut missionali labore Regnum Dei dilataret. Quod opus aggressus est, postquam, anno MDCCCXXIV, creatus est Vicarius Apostolicus Novae Hollandiae, ut tum temporis appeílabatur, — addita insula, cui nunc Tasmaniae nomen — et ordinatus

[1] S. Aug. Ep. 253; *PL* 33, 1069.

Episcopus titulo Hierocaesariensis. Eo annitente, sacra Hierarchia in Australia est instituta, quo evenit, ut ipse primus Archiepiscopus Sydneyensis npminaretur. Cuius in archidioecesis urbe principe, postquam, «in itineribus saepe ... in labore et aerumna»,[2] munus suum studiose, fortiter, fidenter implevit, anno MDCCCLXXVII humanis rebus ereptus est, servi boni praemia accepturus. Quae in illius adventu quasi tenue fuerat germen, Ecclesia catholica Australiae ipsius in morte visa est in arborem excrevisse.

Huius igitur Pastoris memoria animos, ut probe confidimus, incitabit, ut naturam Ecclesiae diligenter considerent, quam Christus « ut universale sacramentum salutis constituit »,[3] ut officium Episcoporum sedulo perpendant, qui « loco Dei praesident gregi »,[4] ut impenso amore in Ecclesiam localem ferantur, eamque conversatione vere christiana et operositate apostolica novis incrementis studeant augere. Hoc ,profecto modo memoriam eiusdem sacrorum Antistitis, qui, licet mortuus, ad eos adhuc loquitur, digne et salubriter recolent.

Denique, Deum rogantes, ut ex huiusmodi celebratione fructus spirituales ubertim proveniant, tibi, Venerabilis Frater Noster, ceteris Australiae Praesulibus, sacerdotibus, religiosis et fidelibus universis Benedictionem Apostolicam amanti animo impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxn mensis Ianuarii, anno MDMLXXVII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PAULUS PP. VI

II

Em.mo P. D. Agnello S. R. E. Card. Rossi, Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione Praefecto, ob necem septem Missionariis in Rhodesiae finibus allatam.

Dopo aver appreso la luttuosa notizia dell'eccidio, avvenuto a Musami in Rhodesia, dei sette Missionari e Missionarie cattolici, non solo inermi e indifesi, ma pacifici, operosi, dediti al loro servizio di carità e civiltà, non possiamo fare a meno, nel perdurare del bruciante ricordo, di aprire il Nostro animo a Lei e a tutti i Membri e Collaboratori di codesto Sacro Dicastero, il quale istituzionalmente porta la

[2] *2 Gor. 11,* 26.
[3] *Lumen gentium,* 48.
[4] Cfr. *ibid.*

responsabilità del retto ordinamento e del fecondo sviluppo dell'opera evangelizzatrice nelle terre di Missione.

Non dobbiamo, infatti, tacere né sottovalutare la gravità di un episodio che, se non è purtroppo nuovo negli annali della Chiesa missionaria, è tuttavia indicativo delle persistenti difficoltà, dei diretti pericoli e dei personali sacrifici, non escluso quello supremo della vita, cui va incontro chi annuncia il Verbo di Cristo, come chiaramente dimostra e conferma quali siano le ripercussioni dei conflitti razziali e le loro funeste conseguenze su quanti ad essi sono del tutto estranei e, per ciò stesso, innocenti.

È una lezione grave quella che da un tale evento deriva, e faremo bene noi tutti a meditarla con costante attenzione : anche ai nostri giorni la Chiesa, nei suoi figli più generosi — sì, perché animati da più ardente e disinteressato zelo apostolico —, soffre e rivive la Passione di Cristo, suo Sposo. Ma non dispera, non deve disperare ! È per questo che, in un'ora tanto mesta ci raccogliamo in preghiera e, mentre eleviamo una rinnovata supplica per il riposo, la pace ed il premio di questi nostri indimenticati Fratelli, chiediamo al Signore che non tardi a maturare il frutto del loro olocausto. Questo auspichiamo non solo per la provata Comunità Cattolica Rhodesiana, ma per tutta quanta la Chiesa, confidando in quell'azione, abituale e pur sempre misteriosa nel soprannaturale metabolismo dei credenti in Cristo, che trasforma il sangue in seme.

Con la nostra Apostolica Benedizione.

Dal Vaticano, 14 Febbraio dell'anno 1977, quattordicesimo del nostro Pontificato.

PAULUS PP. VI

NUNTIUS TELEGRAPHICUS

Ad Exc.mum Virum Georgium Singha, Episcoporum Congi Decanum datus nuntius telegraphicus, ob necem S. R. E. Cardinalis Aemilii Biayenda, Archiepiscopi Brazzapolitani.*

Nous sommes bouleversé par la nouvelle de la mort du cher Cardinal Emile Biayenda dans des circonstances tragiques et tout à fait déplorables. En cette heure si douloureuse, souhaitant ardemment que le

* Die 23 mensis martii a. 1977.

calme revienne dans votre Pays, nous demandons à Dieu d'accueillir dans sa paix ce zélé serviteur de l'Evangile, de réconforter sa famille, les diocésains de Brazzaville et l'Eglise au Congo et nous vous donnons en témoignage de notre proximité dans la prière et dans l'épreuve, une particulière Bénédiction Apostolique.

PAULUS PP. VI

ALLOCUTIONES

I

Ad Exc.mum Virum Emmanuelem Luna Mejia, Hondurensis Reipublicae liberis cum mandatis apud Sedem Apostolicam Legatum, crediti muneris testes Litteras tradentem. *

Señor Embajador:

Con viva complacencia le recibimos hoy, en este acto de presentación de las Cartas que lo acreditan como Embajador Extraordinario y Plenipotenciario de la República de Honduras ante la Santa Sede.

Agradecemos el deferente saludo que nos ha trasmitido de parte del Señor Presidente de la República, así como las amables palabras con las que Vuestra Excelencia se ha hecho intérprete de los cristianos sentimientos de los hondureños, cuyo amor a la Iglesia y cuya devoción al Papa bien conocemos y apreciamos. Por parte nuestra deseamos de corazón que la fe católica, abrazada desde el principio del descubrimiento de América, sea siempre una fuerza viva que promueva la convivencia y el progreso de la Nación.

Vuestra Excelencia acaba de referirse al eco profundo suscitado por nuestras llamadas de amor y de paz. Ellas no tienen otro objetivo que el de seguir las huellas de Cristo, Príncipe de la paz y modelo de caridad suprema, en Quien la humanidad entera ha sido hecha la familia reconciliada de los hijos de Dios.

Esas son las metas hacia las que constantemente invitamos a todos los hombres, convencido de servir así la verdadera causa de la dignificación creciente del ser humano. Contamos en ello con la voluntad decidida de tantas personas de recta conciencia y, sobre todo, con la colaboración

* Die 17 mensis februarii a. 1977.

generosa de los cristianos, sensibles a la consigna de amor universal legada por Jesucristo, ya que el hombre « no puede encontrar su propia plenitud si no es en la entrega sincera de sí mismo a los demás)).*

La Iglesia ha recogido con renovado entusiasmo esa consigna exigente. Por ello se ve empeñada en una acción evangelizadora, de promoción social y de defensa de los derechos del hombre, para ofrecer el mensaje de salvación y ser a la vez fermento que contribuya a la edificación de una sociedad cada vez más digna, más humana y más fraternalmente unida.

En ese alto cometido coopera activamente la Iglesia en Honduras, fiel a su misión y a la voluntad de servicio a través de tantas instituciones de tipo social. Confiamos que esas actividades y las personas que las llevan a cabo encontrarán siempre en el País el respeto y consideración que justamente merecen.

Señor Embajador : queremos finalmente asegurarle nuestra benevolencia y apoyo para el feliz y fructuoso desarrollo de la alta misión que ahora inicia, a la vez que le rogamos transmita nuestros mejores votos a las Autoridades que se la han confiado y a nuestros amadísimos hijos de Honduras, por cuya prosperidad y paz elevamos fervientes y constantes plegarias al Altísimo.

II

Ad Exc.um Virum Marium Albertum Nobre Soares, Reipublicae Lusitanae Administrorum Consilii Praesidem, coram admissum. *

Com prazer acolhemos a visita que Vossa Excelencia, Senhor Primeiro Ministro, acompanhado do Senhor Ministro dos Negocios Estrangeiros, Nos quis fazer, por ocasiâo da viagem empreendida a varias capitais da Europa, com a finalidade de propiciar a inserçâo de Portugal no contexto da Comunidade europeia.

Esta visita constitui reiterada e pública confirmaçao do desejo de Portugal de manter, nesta nova fase da sua vida nacional, as tradicionais relaçôes que há tantos séculos o ligam à Sé Apostólica.

Urna tal vontade encontra-Nos, a Nos igualmente, desejoso de continuar a acompanhar de perto, com particular interesse e afecto, um Poyo

[1] *Gaudium et spes*, 24.

* Die 19 mensis februarii a. 1977.

que, por muitos motivos, Nos é carissimo, e do quai recordamos as antigas epopeias e seguimos com atençâo o empenho posto, agora, em preparar para si e para os seus filhos um porvir de novos progressos em dignidade inalterada.

Conhecemos quantos esforços isso custa, quantos sacrificios exige e quais os perigos e dificuldades que insidiam a realizaçao de urna empresa semelhante. No entanto, oferecem-Nos confiança as virtudes do povo portugués : o seu pundonor, a sua capacidade de aguentar e, sobretudo, de agir.

Outrossim Nos da confiança —permita-Nos, Senhor Primeiro Ministro, dizê-lo— a predilecçao que parece ter querido demonstrar para com Portugal a Mäe de Deus, venerada pelos portugueses e por todo o mundo católico no Santuario de Fatima, que também Nos já tivemos a dita di visitar : urna predilecçao que é de bom auspicio para a fidelidade do povo portugués à fé dos sens avós ; nela Nos é grato ver também um penhor de auxilio à sua vontade de construir-se um futuro de legítimo e gérai bem-estar, na segurança social, na paz e na liberdade.

Da Nossa parte, de bom grado exprimimos votos para que, feliz e prontamente, urna tal meta seja alcançada, graças ao labor conjunto de todos os filhos de Portugal, na solidariedade e na concordia, ditadas por um comum e nobilissimo objectivo, embora com as legítimas diferenças que um ordenamento democrático permite, ou melhor, exige, em certo sentido ; isso, porém, sempre no respeito recíproco o no amor dos valores de fé religiosa, de liberdade, de justiça, de independécia nacional e de salvaguarda dos direit-os inalienáveis da pessoa humana.

Podemos assegurar-vos que a Igreja, sem pedir para si situaçôes de privilegio mas a possibilidade de continuar a desempenhar, em legítimo espaço de liberdade plena, a sua missâo espiritual e de elevaçâo moral, permanecerá também para o futuro intimamente unida ao povo portugués, a firn, de dar a sua contribuiçâo dedicada para o bem-estar e para a prosperidade da vossa nobre Naçâo.

Ao invocarmos sobre eia e sobre aqueles que têm a responsabilidade de cuidar dos seus destinos a protecçâo do Altissimo, queremos exprimir a Vossa Excelencia, Senhor Primeiro Ministro, e ao Senhor Ministro dos Negocios Estrangeiros, assim como a todas as ilustres Personalidades do seu séquito os Nossos votos de bem e os Nossos respeitos.

III

Ad eos, qui Conventui Internationali interfuerunt, in urbe Roma favente Pontificia Universitate Gregoriana habito, exeunte saeculo ex quo Facultas Iuris Canonici eodem in Athenaeo constituta est. *

Dilecti filii,

Dilatato corde vos excipimus vobisque dicimus salutem, valde laetantes quod vos, viri iuris canonici periti, in hanc almam Urbem quasi conferto agmine convenistis, ut iuris canonici Facultatem, quae in Nostra Universitate Gregoriana viget, honoraretis ob centesimum expletum annum ab eius institutione. Nec praeterire volumus eos, qui, sive docentes sive discentes — praeeunte Rectore Magnifico — una vobiscum advenerunt, ut obsequium et observantiam beati Petri successori testarentur.

Felix ergo faustumque sit inceptum, Conventum hunc vestrum dicimus, quo huius eventus anniversariam memoriam recolatis et quo in clara luce ponere nitamini opus altioris investigationis et indefessae doctrinae, unde tot utilitates in Ecclesiam manaverunt.

Quamquam Nostrum non est singula pertractare, quae in unius saeculi historia, ad eandem Facultatem quod attinet, continentur, liceat tamen unum nomen cum laude proferre, scilicet mentionem facere Francisci Xaverii Wernz, qui ad conficiendum codicem iuris canonici plurimum contulit, cuius fuit veluti antesignanus opere suo, quod *Ius Decretalium* inscribitur.

Neque propositum est omnia argumenta attingere, a vobis agitata, quae ad aetatem nostram non levem vim habere cognoscuntur. Sed ad unam rem mentes vestras convertere volumus, quae ad iuris canonici naturam spectat, videlicet ad eius pastorale momentum.

Nosmetipsi, variis occasionibus oblatis, cum de Ecclesiae iure loqueremur, animadvertimus Concilium Vaticanum Secundum, nedum legem canonicam respueret, « illud ius ex contrario vehementer postulasse tamquam consectarium, quod necessario proficiscitur a potestate, quam Christus Ecclesiae suae commisit, ac tamquam elementum, quod pertinet ad eiusdem Ecclesiae naturam socialem ac visibilem, communitariam et hierarchicam x».[1]

* Die 19 mensis februarii a. 1977.

[1] Cfr. Alloc, ad eos habita, qui in Gregoriana studiorum Universitate « Cursui re-

Hoc praeterea ius est indolis supernaturalis, cum sit Ecclesiae proprium, « quae verbo et sacramentis aedificatur » *f* scilicet ab Ecclesia elaboratum est, Spiritu Sancto auxiliante, qui eam eiusque instituta, necnon vitam et navitatem indesinenter animat.

« Quodsi — ut ante hos quattuor annos ad Sodales Tribunalis Sacrae Romanae Rotae diximus — leges canonicae in Christo Iesu, Verbo Incarnato, ut in suo fundamento innituntur ideoque signa et instrumenta sunt salutis, id totum Spiritui Sancto tribuendum est, qui iis vim et vigorem impertit. Huiusmodi ergo leges tales sint oportet, ut vitam Spiritus manifestent, ut Spiritus fructus edant, ut referant imaginem Christi. Hac de causa sunt etiam ius hierarchicum, communionis vinculum, ius missionarium, gratiae instrumentum, verum Ecclesiae ius ».[3] Quam ob rem lex canonica, praeterquam quod communionis quasi quaedam visibilis ostensio est, ita ut sine iure canonico ipsa communio efficaciter operari non possit,[4] est quoque efficax et vitale Ecclesiae instrumentum ad eius missionem implendam.

In hoc profecto ordine rerum ponitur consideratio de iuris canonici munere pastorali ; « est enim ius suapte natura pastorale, cum sit manifestatio atque instrumentum muneris apostolici necnon elementum constitutivum Ecclesiae Verbi Incarnati ».[5] Res enim pastoralis — neglecto huius vocis pravo usu vel quavis mendosa eius usurpatione — nihil aliud est quam salvificum servitium Ecclesiae, quod in salvifica Dei voluntate nititur. Deus enim huiusmodi servitium commisit Ecclesiae, in eaque id exsequitur, Spiritu Sancto agente, tamquam continuationem operis paschalis et eschatologici Christi.

Itaque Ecclesia propterea tantum exsistit, ut sit veluti sacramentum, signum videlicet efficax, quo homines cum Deo coniungantur.[6] Quidquid ergo in eadem est, eo spectat, ut hunc finem assequatur, qui suprema

novationis canonicae pro iudicibus aliisque tribunalium administris» interfuerunt, 14 dec. 1973: *A.A.S.* 66 (1974), p. 11.

[2] Alloc, ad eos habita, qui in Gregoriana studiorum Universitate «Cursui renovationis canonicae pro iudicibus aliisque tribunalium administris» interfuerunt, 13 dec. 1972: *A.A.S.* 64 (1972), p. 781.

[3] Cfr. Alloc, habita ad Auditores et Officiales Tribunalis Sacrae Romanae Rotae, 8 feb. 1973: *A.A.S.* 66 (1974), p. 98.

[4] Alloc, ad eos habita, qui II Conventui Internationali circa Ius Canonicum interfuerunt, *L'Osservatore Romano,* 17-18 sept. 1973.

[5] Cfr. Alloc, habita ad Praelatos Auditores et Officiales Tribunalis Sacrae Romanae Rotae, 8 febr. 1973: *A.A.S.* 65 (1973), p. 98.

[6] Cfr, Const. dogm. *Lumen gentium,* 1.

lex totius ordinis ecclesiastici est habendus ; quocirca potestates, munera et officia, in Ecclesia exercenda, evadunt servitia et munera pastoralia, nempe « habitualis et cotidiana cura ovium ».[7]

Ius ergo canonicum (quod non raro ius refert divinum), quoniam normis suis instituta regit ad salutem pertinentia, rectam potestatum ordinationem disponit, gratiae subsidia administrat, fidelium iura et officia sive inter se sive cum communitate definit ac tuetur, idcirco hac aetate iam fecundam regionem navitatis apostolicae comparat iustum scilicet ordinem socialem, ubi finis supremus non solum attingi potest sed revera attingitur.

Alias haec diximus : « Ecclesiae instituta quamquam perfici possunt, eo tendere debent, ut divinam gratiam communicent, et, secundum cuiusque donum et munus, bonum fidelium, quod est Ecclesiae finis primarius, promoveant. Qui quidem finis socialis, nempe salus animarum, ut finis supremus propositus est institutis, iuri, legibus ».[8] Inde consequitur, ut « pastoralis actio vere efficax dari nequeat, quae in sapienti iuridicorum statutorum ordinatione firmum praesidium non inveniat ».[9]

Verumtamen indoles pastoralis iuris canonici hac una consideratione nequaquam continetur; siquidem mediatio salvifica, Ecclesiae concredita, attendat oportet etiam ad *concretas* **condiciones sociales-culturales et spaAÊes-temporales, ut aiunt, in quibus homines versantur. Ceterum autem lex suapte natura « generalia tantum respicit ».**

Itaque in iure canonico postulatum pastorale occurrit ac quidem per aequitatem, quae ab Hostiensi his verbis definita est, quam maxime probatis : « iustitia dulcore misericordiae temperata ».[10] Etenim aequitas in iure canonico praeest normis applicandis ad casus *concretos* **— oculis in animarum salutem semper intentis — atque in mansuetudinem, in misericordiam, in caritatem pastoralem mutatur, quae non rigidam legis applicationem exposcit, sed verum bonum fidelium expetit. Hic profecto est ille spiritus, quo lex canonica ducitur et qui non difficile in amplissimis facultatibus deprehenditur, quae pastoribus et iudicibus conceduntur, ipsorum discretionis arbitrio exercendae. Quod attinet ad Codicem reco-**

[7] ***IMd.*, 27.**

[8] **Cfr. *L'Osservatore Romano*, 17-18 sept. 1975: *A.A.S.* 65 (1973), p. 97.**

[9] **Alloc, ad eos habita, qui in Gregoriana studiorum Universitae «Cursui renovationis canonicae pro iudicibus aliisque tribunalium administris» interfuerunt, 14 dec. 1973: *A.A.S.* 66 (1974), p. 12.**

[10] ***Summa Aurea*, Lib. V, De disp.**

gnoscendum, noe principium seu haec norma directoria magni est ponderis : « In legibus Codicis Iuris Canonici elucere debet spiritus caritatis, temperantiae, humanitatis ac moderationis, quae totidem virtutes supernaturales nostras leges distinguunt a quocumque iure humano seu profano

Idem postulatum eandemque mentis inclinationem animadvertimus apud iuris canonici peritum, qui huius disciplinae aetate classica, quam vocant, fuit, Ioannem Andream dicimus, virum laicum ; libet ergo eius verba afferre : « Cum ius canonicum sit quaedam explicatio iuris divini, oportet ut idem finis intendatur ab utroque. Bonum autem commune isto modo acceptum, non potest nutriri, conservari, vel promoveri per solam legalem iustitiam ... sed ultro hoc requiritur quaedam coelestis amicitia, sine qua impossibile est aliquem hominem in Deum tendere ». Ita vero idem auctor concludit : « Quapropter sicut potissima virtus ad quam conatur inducere ius civile est ipsa iustitia legalis, sive civilis amicitia, ita potissima virtus ad quam conatur ius canonicum est illa coelestis amicitia, quam charitatem vocamus)).[12]

Attamen momentum, caritati merito tributum, quippe quae finis sit ac spiritus iuris, non eo perducere licet, ut falsa notio concipiatur, quae legum vim omnem enervet atque evertat. Primarium enim servitium pastorale, quod *diaconia iuris* **appellatur, hac in re eo pertinet, ut sit verum ius. Solummodo enim si tale est, postulationibus pastoralibus, in propria sua provincia, respondet.**

Ut omnes noverunt, inter spiritum et officium, inter amorem et legem interdum discrepantia exoritur — *polaritas* **verbo novo vocatur — quae quandoque etiam in contentionem verti potest. Hoc ab Ecclesia, in terris peregrinante, non est alienum. Sed si id ipsum ingravescit vel — quod peius est — falsa solutio quaeritur eo quod lex aboletur quasi maior inde efficacitas pastoralis obtineatur, id ignorantiae est imputandum, quemadmodum iam praedictus Hostiensis asseveravit : « multi... has leges, scilicet humanam et canonicam, reprobant et blasphémant, quia secundum Boëthium tot sunt hostes artis quot ignorantes ».[13] Ius enim non est impedimentum, sed adminiculum pastorale ;**

[11] ***Communicationes,* 1, 1969, p. 79.**

[12] **In tit. de reg. iuris Commentarii (vulgo *Novella)* insignes; ed. Lugduni, 1551, f. 165 ra.**

[13] ***Commentaria in quinque decretalium libros,* ed. Venetiis 1581, vol. 1, f. 110 rb, n. 7.**

non occidit, sed vivificat. Praecipuum eius munus non est, ut comprimat vel obnitatur, sed ut stimulet, promoveat, protegat veraeque libertatis spatium tueatur, quemadmodum iam antiquus vir sapiens docuit : « legum omnes servi sumus ut liberi esse possimus ».[14]

Dilecti filii! Haec pauca vobis ad considerandum proponimus, quibus, ut probe novimus, argumentum non omnibus partibus expenditur; quod quidem altiori investigationi patet bac aetate, quae iuris canonici studiis ferax esse videtur quippe quae labore impigro, constanti, abscondito, sed fructuoso, novus Codex apparetur.

Dum ergo vos, qui ad iuris disciplinam quasi ad specialem artem incumbitis, paterne hortamur, ut ad rem essentialem, a Nobis expositam, attendatis, quo fiat ut ipsum ius canonicum in tota sua amplitudine et ubertate perspiciatur, respectu habito servitii Ecclesiae, vobis singulis universis Benedictionem Apostolicam amanter largimur.

[14] M. Tullius Cicero, *Pro Cluentio,* I.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

DECRETA

I

FERETRANAE

De dioecesis recognitione

Proprius dioecesis assequendus finis postulat ut eadem congruenter distributum territorium habeat et unitatem organicam, quoad personas, officia, instituta perspicue manifestet, ita ut Episcopus munera sua pastoralia in ea efficaciter explere valeat.

Ut haec ubique instaurentur consilia decrevit Sacrosancta Oecumenica Synodus Vaticana II, ut ad congruam dioecesium recognitionem deveniretur, quatenus animarum bonum id exigeret (*Ch. Dom.* 22-23).

Regio exstat *Montefeltro* nuncupata, quae Feretranam dioecesim a priscis temporibus comprehendit, cuius populus psychologica, oeconomica, geographica ratione unam efficit demographicam portionem dum vero territorium eius in plurium dioecesium fines extenditur.

Nec praetermitti potest Feretranam Ecclesiam in suo territorio potiorem Sammarinensis reipublicae partem comprehendere, immo civitatem ipsam Sammarinensem continere, quae eiusdem nominis reipublicae caput est et magistratuum publicorumque munerum sedes.

Quapropter, praehabito favorabili voto Conferentiarum Italicae nationis et Regionum pastoralium Emilianae-Flaminiae necnon Picenae sacrorum Antistitum, atque ceteris, quorum interest auditis, Summus Pontifex Paulus, Divina Providentia Pp. VI, quo uberius in Feretrana dioecesi totius communitatis vita novo florescat vigore, de plenitudine apostolicae potestatis, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, quae sequuntur decernit.

1. Sammarinensem rempublicam, christianae sanctitatis memoriis praecellentem, congruo honore cohonestare atque magis magisque vir-

tutum bonorumque copia augere cupiens, peculiari apostolicae suae benevolentiae signo, Summus Pontifex Sammarinesem titulum, ab eiusdem nominis republica, perpetuo veteri Feretrano titulo unit, ita ut posthac dioecesis et Episcopus Sammarinensis-Feretranus nuncupari possit ac debeat.

2. Geographicae dioecesis unitati amplius consulens idem Summus Pontifex Sammarinensi-Feretranae Ecclesiae adnectit paroecias vulgo *Serravalle* **et** *Faetano* **una cum duobus vicariis curatis** *Falciano* **et** *Dogana* **appellatis, quas a dioecesi Ariminensi separat, ita ut integrum Sammarinensis reipublicae territorium in unam eandemque dioecesim extendatur.**

Insuper, ut unitas iurisdictionis in eodem municipio efficiatur, a dioecesi Sarsinatensi disiungit et Sammarinensi-Feretranae Ecclesiae unit paroecias *Rivolparo, Sapigno in Romagnano* **appellatas, intra fines municipii vulgo** *Sant'Agata Feltria* **sitas et partem territorii paroeciae** *Pagno* **ad huiusmodi municipium pertinentem; pariter a dioecesi Sammarinensi-Feretrana paroecias seiungit** *Serra di Tornano* **et** *Tornano* **nomine, in territorio erectas municipii vulgo** *Mercato Saraceno,* **quas Sarsinatensi Ecclesiae tribuit. Eandem ob causam a dioecesi Sammarinensi-Feretrana distrahit paroecias** *Genestreto, Massamanente, Montebello, Montegelli, Montetiffi, Pietra dell'Uso, Ponte Uso, S. Maria Riopetra, Savignano di Rigo, Strigara, Vignola* **nuncupatas, in territorio extantes municipii vulgo** *Sogliono al Rubicone,* **quas Ariminensi Ecclesiae addit. Ab hac vero separat et Sammarinensi-Feretranae dioecesi adnectit paroecias** *Gesso,* **ad municipium vulgo** *Sassofeltrio* **pertinentem et** *Piandicastello,* **in territorio municipii** *Mercatino Conca* **nomine sitam. Denique Exc.mo Sammarinensi-Feretrano pro tempore Ordinario officium committitur examini subiciendi — una cum Episcopis quorum interest — ceteras suae dioecesis finium mutationes quas fortasse aptior pastoralis Regionis ordinatio exigat, quaeque meliori ratione ad actum deducantur.**

Quam ob rem documenta et acta praefatarum paroeciarum clerum, fideles et bona temporalia forte respicientia, a Curia a qua ad Curiam dioecesis cui paroeciae ascriptae erunt transmittantur, in propriis archivis custodienda.

Ad clerum quod attinet, simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes dioecesi illi censeantur adscripti in cuius territorio beneficium aut officium legitime detinent; ceteri autem clerici dioecesi illi incardinati maneant vel incardinentur, in cuius territorio

legitimum habent domicilium. Uniuscuiusque tamen dioecesis Ordinariis fas est — r - ob congruas rationes — collatis consiliis cum sacerdotibus et clericis quorum interest, aliter eorum incardinationem disponere.

3. Cum Sammarinensis-Feretrana Ecclesia, huiusmodi recognitione, Regionis Aemiliae-Romandiolae socialis atque religiosae vitae condicionibus potius conformetur, statuit denique Sanctitas Sua, ut Episcopus Sammarinensis-Feretranus non amplius in Regionis pastoralis Picenae sed in Aemilianae-Flaminiae Regionis Episcoporum coetum coalescat et conveniat.

Iisdem fretus consiliis Sammarinensem-Feretranam dioecesim suffraganeam constituit metropolitanae Ravennatensis Ecclesiae et proinde a metropolitico iure Urbinatensis Archiepiscopi subtrahit.

Quae ad actum deducantur, Summus Pontifex Exc.mum P. D. Ersilium Tonini, Archiepiscopum Ravennatensem, deputare dignatus est, onere imposito ad sacram Congregationem pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

His super rebus praesens edi iussit sacrae Congregationis pro Episcopis Decretum, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus sacrae Congregationis pro Episcopis, die 22 mensis Februarii anno 1977.

© SEBASTIANUS Card. BAGGIO, *Praefectus*

L. © S.

ffi Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

II

NATCHETENSIS-IACKSONIENSIS

De mutatione nominis dioecesis

Per Decretum « Urbs Iacksonium » a Sacra Congregatione Consistoriali die 18 decembris 1956 editum, denominationi Natchetensis dioecesis illa Iacksoniensis addita fuit.

Cum urbs Natchetensis nec magnum experta fuerit incrementum neque in medio territorio circumscriptionis illius sistat,. Exc.mus P.

D. Iosephus B. Brunini, Episcopus Natchetensis-Iacksoniensis, ab Apostolica Sede enixe expostulavit^ ut eadem dioecesis in posterum nonnisi Iacksoniensis appellaretur et Cathedralis Ecclesiae cum adnexis praerogativis titulus, quo modo templum Deo in honorem B. M. V. dicatum in urbe Natchetensi exstans gaudet, templo Deo in honorem Sancti Petri Apostoli dicato et in urbe Iacksoniensi sito transferretur et attribueretur.

Summus Pontifex Paulus, Divina Providentia PP. VI, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Ioannis Jadot, Archiepiscopi tit. Zuritani et in Civitatibus Foederatis Americae Septentrionalis Delegati Apostolici, de consilio Em.morum Patrum Cardinalium negotiis Sacrae Congregationis pro Episcopis praepositorum, preces ad Se admotas benigne excipiendas decrevit.

Quapropter, suppleto quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, de plenitudine Apostolicae potestatis, praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, statuit ut dioecesis Natchetensis-Iacksoniensis posthac Iacksoniensis cognominetur utque titulus Ecclesiae Natchetensis in Indicem sedium titularium inseratur et Episcopis, qui titulares nuncupantur, conferatur.

Item titulum Cathedralis Ecclesiae Iacksoniensis transfert a memorato templo B. M. V. ad templum Sancti Petri Apostoli, hactenus Ecclesiam Concathedralem eiusdem dioecesis.

Ad haec perficienda Sanctitas Sua memoratum Exc.mum P. D. Ioannem Jadot deputat, eidem necessarias et opportunas tribuens facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Sacram Congregationem pro Episcopis, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 1 mensis Martii anno 1977.

SB SEBASTIANUS Card. BAGGIO, *Praefectus*

L. © S.

© Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

III

MONTIS CASINI ET ALIARUM

De mutatione finium

Ad Casinum Montem cum beatus Benedictus abbas advenisset, eversis idolis eorumque cultu, atque domo veri Dei constituta quae clarissima futura erat in orbe terrarum, etiam « commorantem circumquaque multitudinem praedicatione continua ad fidem » vocavit (Gregorius Magnus, Dial. II, 8). Auctoritate vero qua ipse vivens pollebat, ope insuper discipulorum eius qui, deficiente episcopatu Casinensi ob barbáricas vastationes, ecclesias, domos et pagos ipsos decursu temporum condiderunt, necnon accedentibus pietate fidelium et principum novis semper finibus, factum est ut late cresceret ea quae iure dicta est « Terra Sancti Benedicti » loco antiquae dioeceseos.

Hinc etiam Abbates Casinenses, ipsius Patriarchae successores, ita quoque exigentibus rebus publicis et ecclesiasticis, ac pluribus deinde supervenientibus Summorum Pontificum concessionibus, praerogativis et privilegiis, ut in regimine monasterii, ita etiam in totius illius « Terrae)) iurisdictione successerunt, quae ordinaria et quasi episcopalis plenarie facta est.

Nunc autem, ita postulantibus hodiernis Ecclesiae condicionibus atque iis prae oculis habitis quae per Apostolicas Litteras « Catholica Ecclesia », die xxm Octobris anno MCMLXXVI expeditas, decreta sunt, ad perfectius Abbatiarum Nullius regimen plebisque Dei profectum efficaciorem promovendum, Sacra Congregatio pro Episcopis, auditis locorum Ordinariis quorum interest, vigore specialium facultatum sibi a Summo Pontifice Paulo, Divina Providentia PP. VI tributarum, praesenti decreto perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, quae sequuntur de Abbatiae Nullius Casinensis et aliarum dioecesium finibus et paroeciis statuit.

Ut ecclesiastici fines cum civilium regionum limitibus aptius conveniant, ab Abbatia Nullius Montis Casini separat :

— municipia vulgo *Serramonacesca, Fara Filiorum Petri* et paroeciam *Ripacorbaria* in municipio *Manoppello* exstantem et archidioecesi Theatinae adnectit;

— paroeciam vulgo *Tilla Oliven* in municipio *Rosciano* nuncupato quam Pinnensi-Piscariensi dioecesi adscribit;

— **municipia vulgo** *Pescocostanzo, Ateleta, Barrea, Villetta Barrea* **atque** *Civitella Alfedena* **quae dioecesibus Valvensi et Sulmonensi assignat ;**

— **municipium vulgo** *S. Pietro Avellana* **quod dioecesi Triventinae unit ;**

— **municipia vulgo** *Acquaviva d'Isernia, Castel S. Vincenzo, Cerro a Volturno, Pizzone, Colli a Volturno, Fornelli, Scapoli* **una cum paroecia** *Pantano* **nomine,** *Rocchetta a Volturno,* **necnon paroecias vulgo** *S. Maria Uliveto* **in municipio** *Pozzilli* **et** *Cerasuolo* **in municipio** *Filignano* **quae dioecesibus Aeserniensi et Venafranae adiungit;**

— **paroeciam** *Sorbello* **nuncupatam in municipio vulgo** *Sessa Aurunca* **quam Suessanae dioecesi unit;**

— **paroeciam** *S. Secondino* **nomine in municipio vulgo** *Pasturano* **quam Oalvensi et Theanensi dioecesibus assignat ;**

— **paroeciam** *S. Petri in Curulis* **in municipio vulgo** *Esperia* **quam dioecesi Aquinatensi unit.**

Deinde municipium *Acqua]ondata* **una cum paroecia vulgo** *Casalcassinese* **et municipium** *Viticuso* **nuncupatum ab Aeserniensi et Venafrana dioecesibus separat et Abbatiae Nullius Montis Casini adnectit; paroeciam quoque vulgo** *Camino* **in municipio nomine** *Roccadevandro* **a dioecesibus Calvensi et Theanensi distrahit et Abbatiae Nullius Montis Casini adscribit.**

Statuit quoque eadem Sacra Congregatio ut integrum territorium Praeposituraе Atinensis cum universo Abbatiae Nullius Montis Casini territorio conglobetur, iuxta Bullam *Romanus Pontifex,* **a Gregorio XVI anno 1834 editam, denominatione Praeposituraе exhinc suppressa.**

Insignes vero ecclesiae et adnexa monasteria tum S. Vincentii ad Fontes Vulturni cum crypta S. Laurentii, tum S. Liberatoris ad Maiellam, in municipiis exstantia vulgo *Rocchetta a Volturno, Castel S. Vincenzo* **et** *Serramonacesca* **quorum municipiorum priora dioecesibus Aeserniensi et Venafranae, tertium dioecesi Theatinae praesenti decreto uniuntur, ob peculiarem suam indolem monasticam, ad Montis Casini Abbatiam pertinebunt et ad normam can. 615 C.I.C. regentur.**

His exceptis, una cum territorio municipiorum, et paroeciarum ecclesiae adnectantur, oratoria, domus et coemeteria paroecialia, piae fundationes et quaecumque alia ecclesiastica bona et iura quomodocumque ad paroecias vel ecclesias illorum municipiorum spectantia.

Documenta et acta, singulas de quibus agitur paroecias respicientia,

a Curia a qua ad Curiam dioecesis cui paroeciae aggregandae sunt tradantur.

Ad clerum vero quod attinet, simul ac praesens decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes dioecesi illi censeantur adscripti in cuius territorio beneficium aut officium legitime detinent; ceteri autem clerici dioecesi illi incardinati maneant vel incardinentur, in cuius territorio legitimum habent domicilium. Uniuscuiusque tamen dioecesis Ordinario fas est — ob congruas rationes — collatis consiliis cum sacerdotibus et clericis quorum interest, aliter de eorum incardinatione disponere.

Ad haec omnia perficienda Sacra Congregatio pro Episcopis deputat Exc.mum P. D. Romulum Carboni, Archiepiscopum titularem Sidoniensem, in Italia Apostolicum Nuntium, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Sacram Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 21 martii 1977.

© SEBASTIANUS Card. RAGGIO, *Praefectus*

L. © S.

© Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

IV

ORLANDENSIS

De Ecclesiae Cathedralis translatione

Cum paroeciale templum Deo in honorem Sancti Caroli dicatum, hactenus titulo Cathedralis Ecclesiae dioecesis Orlandensis gaudens, per ignem nuper destructum fuerit, Exc.mus P. D. Thomas I. Grady, Episcopus Orlandensis, ab Apostolica Sede enixe rogavit, ut Cathedralis Ecclesiae titulus cum adnexis praerogativis ad perinsigne templum Deo in honorem Sancti Iacobi dicatum et in urbe Orlandensi situm transferretur.

Sacra Congregatio pro Episcopis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Ioannis Jadot, Archiepiscopi titularis Zuritani et in Civitatibus Foederatis Americae Septentrionalis Delegati Apostolici, rata petitam translationem aeternae animarum saluti cessuram, vigore specialium

facultatum sibi a Summo Pontifice Paulo, Divina Providentia PP. VI, tributarum, oblatis precibus annuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, titulum Cathedralis Ecclesiae Orlandensis transfert a memorato templo Sancti Caroli ad templum Sancti Iacobi cum omnibus honoribus, iuribus et privilegiis quibus ceterae Ecclesiae Cathedrales potiuntur.

Ad haec perficienda Sacra Congregatio pro Episcopis praefatum Exc.mum P. D. Ioannem Jadot deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eamdem Sacram Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 25 mensis martii anno 1977.

© SEBASTIANUS Card. BAGGIO, *Praefectus*

L. © S.

© Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen., *a Secretis*

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere. Nimirum praefecit :

Die S Februarii 1977. — **Metropolitanae Ecclesiae Sancti Salvatoris, in America, Exc.mum P. D. Ansgarium A. Romero y Galdamez, hactenus Episcopum S. Iacobi de Maria.**

Die 15 Februarii. — **Titulari episcopali Ecclesiae Summensi R. D. Robertum E. Mulvee, cancellarium curiae episcopalis Manchesteriensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Odore J. Gendron, Episcopi Manchesteriensis.**

Die 16 Februarii. — **Metropolitanae Ecclesiae Sancti Francisci in California Exc.mum P. D. Ioannem R. Quinn, hactenus Archiepiscopum Oklahomensem.**

— **Cathedrali Ecclesiae Yakimensi R. D. Villelmum Skylstad, cancellarium curiae episcopalis Spokanensis.**

— Titulari episcopali Ecclesiae Trium Tabernarum R. D. Aemilium Marcus, Societatis Presbyterorum a S. Sulpitio sodalem, moderatorem seminarii maioris Archidioecesis Parisiensis apud locum « des carmes » vulgo nuncupatum exstantis, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Francisci S. R. E. Cardinalis Marty, Archiepiscopi Parisiensis.

Die 22 Februarii. — **Cathedrali Ecclesiae Ariminensi R. P. D. Ioannem Locatelli, presbyterum Bergomensis dioecesis.**

— Cathedrali Ecclesiae Sammarinensi-Feretranae, nuper recognitae, R. P. D. Ioannem Locatelli, qui simul constitutus est Episcopus Ariminensis.

Die 28 Februarii. — **Cathedrali Ecclesiae Oscensi Exc. P. D. Xaverium Osés Flamarique, hactenus Episcopum tit. Ablensem ;**

— Cathedrali Ecclesiae Aberdonensi R. D. Marium G. Conti, curionem paroeciae S. Annae in oppido vulgo Thurso nuncupato eiusdem dioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Castranovensi R. D. Iacobum Daly, curionem paroeciae Sancti Bonifacii in oppido vulgo *Elmont* **dioecesis Petropolitanae in Insula Longa, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioannis R. McGann, Episcopi Petropolitani in Insula Longa.**

— Titulari episcopali Ecclesiae Munatianensi R. D. Geraldum A. Ryan, curionem paroeciae Sancti Raimundi in oppido vulgo *East Roclmway* **dioecesis Petropolitanae in Insula Longa, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioannis R. McGann, Episcopi Petropolitani in Insula Longa.**

Die 1 Martii. — **Cathedrali Ecclesiae Biloxiensi, noviter erectae, Exc.mum P. D. Iosephum L. Howze, hactenus Episcopum titularem Maxitensem.**

Die 2 Martii. — **Cathedrali Ecclesiae Humensi-Thibodensi, noviter erectae, Exc.mum P. D. Varnerium L. Boudreaux, hactenus Episcopum Bellomontensem.**

Die 12 Martii. — **Cathedrali Ecclesiae Adriensi R. P. D. Ioannem Sartori, presbyterum dioecesis Vicentinae.**

Die 16 Martii. — **Cathedrali Ecclesiae Cauriensi-Castrorum Caeciliorum R. D. Iesum Dominguez Gomez, Vicarium episcopalem in Archidioecesi Hispalensi.**

Die 18 Martii. — **Cathedrali Ecclesiae Ianuariensi Exc.mum P. D. Ioannem Baptistam Przyklenk, M. S. F., hactenus Vicarium Apostolicum Norvegiae Septemtrionalis.**

Die 28 Moyrtii. — **Metropolitanae Ecclesiae Southvarcensi Exc.mum P. D. Michaelem Georgium Bowen, hactenus Episcopum Arundelliensem-Brichtelmestunensem ;**

— Titulari episcopali Ecclesiae Bahannensi R. D. Philippum Iacobum Benedictum Harvey, Canonicum Capituli Metropolitam Vestmonasteriensis, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Georgii Basilii S. R. E. Cardinalis Hume, Archiepiscopi Vestmonasteriensis;

— Titulari episcopali Ecclesiae Betagbarensi R. D. Davidem E. Konstant, presbyterum Archidioecesis Vestmonasteriensis, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Georgii Basilii S. R. E. Cardinalis Hume, Archiepiscopi Vestmonasteriensis ;

— Cathedrali Ecclesiae Monteriensi Exc.mum P. D. Carolum Iosephum Ruiseco, hactenus Episcopum titularem Febiamensem et Auxiliarem archidioecesis Barranquillensis.

Die SI Martii. — **Titulari Episcopali Ecclesiae Bavagalianensi R. D. Lucillum Quiambao, e clero dioecesis Legazpiensis, rectorem seminarii maioris Cacerensis, quem deputavit Auxiliarem Exc-mi P. D. Theotimi Pacis, Episcopi Legazpiensis.**

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

DECRETA

I

S. THOMAE IN INSULA

De nova dioecesis dispositione

Quo facilius et efficacius aeternae dominici gregis saluti in Republica vulgo Sâo Tomé Príncipe provideretur, preces ad hanc Sacram Congregationem porrectae sunt ut Dioecesis Sancti Thomae in Insula a Provincia Ecclesiastica Luandensi separaretur et Sanctae Sedi immediate subiecta constitueretur.

Quas preces Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini propagando probe excipiens, auditis omnibus quorum interest, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI concessarum, Dioecesim Sancti Thomae in Insula a Provincia Ecclesiastica Luandensi seiunxit et Apostolicae Sedi immediate subiecit atque hoc ad rem Decretum confici et expediri iussit.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die III mensis Februarii a. D. MCMLXXVII.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

L. © S.

© D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

II

SAKANIENSIS

De dioecesis nominis mutatione

Exc.mus ac Rev.mus Dominus Elias Amsini Kiswaya, Episcopus Sakaniensis, nuper ab Apostolica Sede expostulavit ut praesens denominatio suae dioecesis ita permutaretur ut deinde Sakaniensis-Kipushiensis nuncuparetur, iuxta nomen civitatis vulgo Kipushi, ubi Ecclesia Concathedralis erigeretur in qua quoque Cathedra Episcopalis constitueretur atque idem Ordinarius in memorata civitate Kipushiensi pro lubito residere posset.

Itaque hoc Consilium Christiano Nomini propagando, accepto favorabili voto omnium quorum interest, vigore specialium facultatum sibi a SS.mo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI tributarum, porrectis precibus annuendum esse censuit ac praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die v mensis martii a. D. MCMLXXVII.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

L. © S.

© D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

III

NELLORENSIS - GUNTURENSIS ET KURNOOLENSIS

De aptiore territoriorum definitione

Quo facilius et efficacius spirituali dominici gregis saluti eiusque regimini consuli possit, Exc.mi ac Rev.mi Ordinarii circumscriptionum ecclesiasticarum Nellorensis, Gunturensis et Kurnoolensis, novam eamque aptiorem inter eadem territoria finium definitionem nuper ab Apostolica Sede expostulaverunt.

Quapropter Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini propagando, praehabito favorabili voto Conferentiae Episcopalis Indiae, putans huiusmodi immutationes in bonum animarum cessuras, vigore specialium facultatum sibi a SS.mo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI tributarum, oblatas preces accipiendas esse censuit ac inter memoratas circumscriptiones ecclesiasticas fines constituendos esse decrevit:

((That the area covered by the two " taluks " of Markapuram and of Giddalur which at présent belong to the Diocèse of Kurnool, and the area covered by the two " taluks " of Ongole and of Chirala which at présent belong to the Diocèse of Guntur, shall be separated from the aforementioned Diocèses and attached to the Diocèse of Nellore, so that, from henceforth, they shall form an integral part of that Diocèse ».

Haec Sacra Congregatio in perpetuam rei memoriam praesens Decretum confici et expediri iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die xn mensis Martii a. D. MCMLXXVII.

AGNELLUS Card. Rossi, *Praefectus*

L. © S.

© D. S. Lourdusamy, *a -Secretis*

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere ; nimirum :

Die 19 Decembris 1974. — Cathedrali Ecclesiae Gunturensi praefecit R. P. Kagithapu Mariadas, Missionariorum S. Francisci Salesii de Annecio socium.

Die 2J¡. Ianuarii 1976. — **Cathedrali Ecclesiae, noviter in India erectae, Karvarensi R. P. D. Villelmum Leonardum D'Mello, Bangalorensem Vicarium Generalem.**

Die 1 Martii. — **Cathedrali Ecclesiae Allahabadensi Exc. P. D. Baptistam Mudartha, hactenus Episcopum Ihansiensem.**

— Cathedrali Ecclesiae Iabalpurensi R. P. Theophanem Matthaeum Thannickunnel, Candidi et Canonici Ordinis Praemonstratensis sodalem, coenobii Sancti Norberti Antistitem.

Die 31 Maii. — **Cathedrali Ecclesiae, noviter in India erectae, Nalgondaënsi R. P. Matthaeum Cheriankunnel, Pontificii Instituti pro Missionibus Exteris sodalem, Parochum atque Vicarium foraneum in Nalgondaënsi regione.**

Die 28 Octobris. — **Cathedrali Ecclesiae, noviter in India erectae, Cuddapahensi R. D. Aruliah Somavarapu, curionem Beatae Mariae Virginis de Lourdes in Taniorensi dioecesi necnon Pontificii Operis a Propagatione Fidei Directorem.**

Die 9 Decembris. — **Cathedrali Ecclesiae, noviter in India erectae, Eluruensi, R. D. Mulagada John, e clero autochthone, in dioecesi Visakhapatnamensi Parochum.**

— Cathedrali Ecclesiae Nyundoënsi R. P. D. Venceslaum Kalibushi, S. Pii X minoris Seminarii Rectorem.

— Cathedrali Ecclesiae Myitkyinaënsi Exc. P. D. Paulum Zinghtung Grawng, hactenus Episcopum titulo Rusguniensem.

Die 3 Februarii 1977. — **Metropolitanae, noviter in Angola erectae, Ecclesiae Huambensi, olim dioecesi Novae Lisbonae nuncupatae, Exc. P. D. Emmanuelem Franclinum da Costa, hactenus Episcopum Henrici de Carvalho dioeceseos.**

— Metropolitanae, noviter in Angola erectae, Sedi Lubangensi, iam Sadabandeiropolitanae dioecesi, praeposuit Exc. P. D. Alexandrum do Nascimento, hucusque Malaniensem Episcopum.

— Archiepiscopali Sedi Singaporensi Exc. P. D. Gregorium Yong Sooi Nghean, hucusque Episcopum Pinangensem.

— Cathedrali Ecclesiae Henrici de Carvalho designavit R. D. Petrum Marcum Ribeiro da Costa, dioecesis Malaniensis Vicarium Generalem.

— Cathedrali Ecclesiae Malaniensi elegit R. D. Eugenium Salessu, Generalem dioecesis adhuc Novae Lisbonae appellatae Vicarium.

— Cathedrali Ecclesiae Lusitanianae designavit R. D. Canonicum

Iosephum Prosperum de Ascensione Puaty, Vicarium eiusdem dioecesis Generalem.

— Cathedrali Ecclesiae Guelensi R. D. Tobiam Wunganayi Chiginya, Seminarii maioris de Chishawasha Rectorem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Buffadensi R. D. Iosephum Kyeong Kap Ryong, e clero indigena Seulensi, quem deputavit Auxiliarem Em.mi ac Rev.mi Stephani Sou Hwan S. R. E. Cardinalis Kim, Archiepiscopi Seulensis.

Die 26 Februarii. — **Coadiutorem cum iure successionis Em.mi ac Rev.mi Valeriani S. R. E. Cardinalis Gracias, Archiepiscopi Bombayensis constituit Exc.mum P. D. Simonem Ignatium Pimenta, hucusque Episcopum titulo Bocconiensem, quem archiepiscopali dignitate ornavit.**

— Metropolitanae Ecclesiae Pontiniakensi promovit Exc. P. D. Hieronymum Herculanum Bumbun, hactenus Episcopum titulo Caprensem.

— Cathedrali Ecclesiae Palaènsi praefecit R. P. Ioannem Claudium Bouchard, Congregationis Missionariorum Oblatorum B. M. V. Immaculatae sodalem.

NOMINATIONES

Decretis ut infra datis Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renuntiavit:

Die 11 Ianuarii 1977. — **Em.mum ac Rev.mum Paulum Yoshigoro S. R. E. Cardinalem Taguchi, Archiepiscopum Osakensem,** *Administratorem Apostolicum* **((ad nutum S. Sedis » dioecesis Takamatsuensis.**

Die llf Ianuarii. — **R. P. Michaelem Coomans, e Congregatione Missionariorum a S. Familia,** *Administratorem Apostolicum* **« sede vacante et ad nutum S. Sedis » dioecesis Samarindaënsis.**

Die 8 Februarii. — **R. P. D. Rogerum Mpungu, dioecesis Muyinganae hucusque Vicarium Generalem,** *Administratorem Apostolicum* **« sede plena et ad nutum Sanctae Sedis » dioeceseos eiusdem.**

Die W Martii. — **Exc. P. D. Alexandrum do Nascimento, Archiepiscopum Lubangensem,** *Administratorem Apostolicum* **« ad nutum Sanctae Sedis » dioeceseos Pereirensis de Eça.**

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

DECRETA

I

DERTOSEN.

Beatificationis et canonizationis Ven. Servae Dei Mariae Rosae Molas Vallvé, Fundatricis Congregationis Sororum Dominae Nostrae a Consolatione.

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Constare de heroicis virtutibus Venerabilis Servae Dei Mariae Rosae Molas Vallvé, Congregationis Sororum Dominae Nostrae a Consolatione fundatricis, tam theologalibus, scilicet fide, spe et caritate, quam cardinalibus, videlicet prudentia, iustitia, fortitudine et temperantia, iisque adiunctis, Paulus Papa VI die 4 mensis Octobris anno 1974 solemni decreto edixit. Exinde huius Causae sollertes actores manus admoverunt ut, ad iuris normam, duas prodigiosas seligerent sanationes ex iis quae, eadem Venerabili Famula Dei intercedente, a Deo patratae ferebantur, easque huic sacro Foro ad ipsius Venerabilis beatificationem assequendam proponerent.

Sanatio prior contigit puellae Elvirae Ruiz Llopis, annos natae duodecim, quae mense Iulio anno 1944 ad valetudinarium loci v. d. *Castellón de la Plana,* intra fines dioeceseos Dertosensis, deducta est, ibique medicis compertum fuit puellam affectam esse peritonitide tuberculari formae asciticae. Humanis remediis per amplius duos menses in cassum adhibitis, iidem medici, attento imminenti mortis periculo, censuerunt veniendum esse ad manum ; sed aegrota chirurgico interventui prorsus aversa erat formidinis causa. Quapropter se una cum Sororibus infirmariis ad caeleste auxilium convertit, intercessionem Venerabilis Mariae Rosae Molas Vallvé implorando. Et ecce, diluculo diei 4 mensis Octobris eodem anno 1944, post placidissimum somnum, omnia gravis morbi symptomata, potissimum magna aquae abdominalis copia, evanuerunt, et puella se sanatam persensit. Quem eventum, statim explo-

ratum ab infirmariis et ab aliis fide dignis testibus, veluti supernum signum habuerunt etiam a cura medici.

Altera mira sanatione fruita est Soror Maria a Tabernaculo López Rivera, adhuc novitia Instituti Sororum Dominae Nostrae a Consolatione, vigesimum septimum aetatis annum agens. Ipsa namque, die 30 mensis Iulii anno 1950, dum culinaribus dat operam, per imprudentiam ferventem fudit aquam super inversam manum sinistram; inde erythema et vesiculae, quae se reseraverunt vulneraque totum brachium humerumque deinde laevum affecerunt. Primae curationes in domo ipsa novitiatus adhibitae fuere; at, cum vulnera ad cicatricem non venirent, aegrota ad diversa nosocomia deinceps advecta est atque curis subiecta peritorum fama clarorum dermatologiae. In peius tamen ruebat morbus, eousque ingravescens, ut brachii usus in periculum et discrimen esset adductus. A curatione medici quid amplius facerent nesciebant, et iuvenis novitia ex religiosa domo erat dimittenda. Ad hoc avertendum, infelix aegrota vespere diei 11 Iulii anno 1951 se ad sepulcrum Venerabilis Mariae Rosae Molas Vallvé contulit, quod in ecclesia ipsius novitiatus erat, preces ita fundens : « Domine, aut per fundatricis Instituti intercessionem valetudo, aut hac ipsa nocte mors ! ». Postea, in lecto cubans, placidissimum cepit somnum. Primo insequentis diei diluculo Venerabilis Serva Dei se aegrotae in somnio conspiciendam praebuit et, demptis de infirmo bracino ligaminibus, ita asserente aegrota ipsa, dixit morbum evanuisse. Et re quidem vera, novitia cum expergiscitur, redditam sibi sanitatem sentit. Mane Sorores infirmariae et aliae sodales eiusmodi sanationem perspexerunt et agnoverunt. Insequenti die et medicus a cura mirabundus eamdem Sororem sanatam omnino repperit.

Super binis hisce miris sanationibus conditus fuit apud episcopalem Curiam Dertosensem processus apostolicus anno 1954, de cuius iuridica validitate editum est Decretum Apostolicae Sedis die 23 Novembris anno 1956.

Post Medici Collegii sententiam de preternaturali utriusque sanationis indole et causa, die quidem 5 mensis Novembris anni 1975 editam, Congressus, qui dicitur, Peculiaris Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum S. Congregationis pro Causis Sanctorum, die 6 mensis Iulii prioris anni 1976 coactus est, in quo de utraque sanatione disceptatum est. Coadunatus est deinde ad Vaticanum, die 26 mensis Octobris eodem priore anno, Coetus Plenarius Patrum Cardinalium, in quo Rev.mus Cardinalis Agnelus Rossi, Causae ponens seu relator,

dubium proposuit disceptandum : *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.* **Et Rev.mi Cardinales, qui convenerant, favorabilia omnes ediderunt suffragia.**

Super quibus omnibus facta postmodum, die 13 mensis Novembris eodem anno, Summo Pontifici Paulo VI per subscriptum Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua, vota Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut Decretum super duabus miris sanationibus supra ad compendium redactis rite appararetur.

Quod cum factum esset, Beatissimus Pater, accitis, hodierno die, Cardinalibus Sacrae huius Congregationis Praefecto atque Agnelo Rossi, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis, eisque adstantibus hoc sollemni Decreto edixit : *Constare de duobus miraculis, Venerabili Serva Dei Maria Rosa Molas Vallvé intercedente, a Deo patratis, scilicet de priore: instantaneae perfectaeque sanationis puellae Elvirae Ruiz Llopis a peritonitide suspectae indolis tubercularis formae asciticae; et de altero: Sororis Mariae López Rivera a pyodermite ulcerosa cum lymphangite et lymphoadenite, consequenti ex adustionibus II et III gradus.*

Hoc autem Decretum promulgari et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 20 Ianuarii a. D. 1977.

CONRADUS Card. BAFILE, *Praefectus*

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

II

MEDIOLANEN.

Beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae Annae Sala, Congregationis Sororum a S. Marcellina.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

((Sit in corde [virginis] simplicitas, in verbis modus, erga omnes pudor, pietas erga propinquos, circa egenos et pauperes- misericordia ;

quod bonum est teneat... in omnibus sensibus et operibus eius Christum intendat, Christum loquatur » (S. Ambrosius, *De institut, virginis* **17, 112 - ML 16, 332). Virginis Deo sacrae imago, a sancto Mediolanensi episcopo adumbrata, speciem referre dixeris Servae Dei Mariae Annae Sala Congregationis sodalis cuius religiosae ab Ambrosii sororis nomine** *Marcelline* **vulgo nuncupantur. Humilis enim virgo Christum sponsum summe dilectum in omnibus quaesivit, virgineo ardore « quae Domini sunt sollicita » (cfr.** *1 Cor* **7, 32). Christi autem amore incensa, omnibus omnia facta est, in fratribus, parvulis praesertim, Christum fide quaerens et operibus diligens.**

In oppido cui nomen *Brivio,* **archidioeceseos Mediolanensis intra fines, die 21 mensis Aprilis anno 1829, parentibus Ioanne Maria Sala et Ioanna Como, orta est, eodemque die Deo ex aqua et Spiritu Sancto, sacris baptismatis undis, regenerata, nominibus impositis Maria Anna Elisabeth. Parentes, censu tenuiores ast fide praecipue locupletes, subolem magno studio Christo et Ecclesiae in via pietatis instituendam curavere, digni quidem qui ex octo liberis, quattuor filias virgineo Dei servitio, in claustris vel in saeculo praebere potuerint.**

Maria Anna, quinto loco genita, a prima aetate ad Dei cognitionem et amorem severe domi est educata, quo suavis puellae indoles fortior facta est atque ad sui ipsius erga alios in caritate et oboedientia donationem allecta. Aegrotante matre, fratribus natu minoribus assistere ac domesticis instare laboribus in deliciis habebat. Anno 1839, die 12 Septembris, per manuum impositionem Caroli Caietani cardinalis Gaysruk, archiepiscopi, sigillo Spiritus Sancti confirmata est atque eodem die primum ad sacram Eucharistiam accessit.

Dei Famula Sororibus a Sancta Marcellina in pago vulgo appellato *Vimercate* **instituenda est tradita, earumque in collegio per sexennium et humanas litteras didicit et spiritualem efformationem complevit, diplomate ludi magistrae primi gradus cum laude obtento. Per annum deinde domum paternam est reversa, ut matris infirmae domestica in re moderanda locum teneret. Quo iam erat Christi amore incensa, ad caritatis opera applicuit animum, pauperes adiuvando, pueros puellasque pagi christianae fidei rudimentis docendo eosque ad bonos mores cohortando. Die autem 13 Februarii anno 1848, patris devicta oppositione, ad pagum** *Vimercate* **iterum se contulit petiitque ut inter Sorores a S. Marcellina reciperetur. A Maria Videmari, Congregationis confundatrice, admissa, die 12 Aprilis insequentis anni 1849 religionis induit habitum, et die 13 Septembris a. 1852, una cum primis viginti**

quattuor Instituti sodalibus professionem votorum emisit, Bartolomaeo Romilli, archiepiscopo Mediolanensi, adstante, cuius ex decreto, post sacrum ritum, « Marcellinarum » societas in religiosam Congregationem iuris dioecesani evecta est.

Statim ad laborandum in vinea Domini missa, Maria Anna religiosae perfectioni perquirendae ac studiis humanioribus provehendis fideliter attendere ubique visa, est, sui Instituti Sororibus speciem fulgidam praebens verae religiosae a Sancta Marcellina, puellis autem, educationis causa sibi concreditis, exemplar ludi magistrae ostendens, quae tota in munus exsequendum incumbit quaeque discipulas scientia instituit fide suffulta et illuminata. Quod quidem primum in collegio loci v. *Gernusco sul Naviglio* **(aa. 1852-1858) praestitit, et deinceps Mediolani, apud principem Instituti sedem (aa. 1858-1866), consecuta interim (anno 1865), praecipua quidem laude, magisterii diploma superioris gradus; eadem in urbe Mediolanensi puellas docuit (aa. 1866-1868) apud collegium a S. Carolo nuncupatum; Genuae per decennium (1868-1878, uno excepto anno 1873-1874), quando ad novam condendam domum in urbe** *Chambéry,* **in Sabaudia, missa est; tandem (aa. 1878-1891) iterum apud principem domum Mediolanensem ubi, inter alia munia, et generalem assistentem et novitiarum magistram egit. Puellis instituendis sapienter insistens, quod praecipuum apostolicum munus suumque officium iugiter habuit sancteque exsecuta est, haud exiguum mulierum fortium in fide numerum ad vitam vere christianam in familiis et societate agendam efformando.**

Prae omnibus etenim nihil antiquius habuit quam propriam vocationem institutricis et educatricis, ad Regulae sui Instituti tramitem, sancte prosequi, Dei voluntati vel in minimis summa cum fidelitate obsequens, securius namque sanctitatis viam ac germanam caritatis perfectionem in divini beneplaciti adimpletione iugiter collocavit. Ita, nulla sui suaeque aliquando tenuis valetudinis ratione habita, Deo in omnibus oboedire veluti vitae rationem assumpsit, humiliter contendens ut quae sibi praestanda, fide movente, intellegeret, serene prompteque continuo hoc exhiberet. Quod sanctius ut exsequeretur, Deum, testibus uno ore fatentibus, continenter sibi praesentem fide conspiciebat, quocum perenni orationis colloquio iungebatur, sub Dei lumine omnia diiudicans. Spe gaudens, spiritu a creatis universis seiuncta, evangelica paupertate dives effecta est, per quam ad Deum summe dilectum contendebat, quae sursum sunt sapiens iisque inhians. Quo fiebat ut reapse toto ex corde totaque anima, ex totisque-viribus Deum

diligeret, indefaticabili sui ipsius donatione quid in debili etiam virgine caritatis ignis ad Altissimi gloriam efficere possit, operibus manifestando.

Caritate enim urgente, indefessa actuositate (in omnibus et per omnia excelluit quae ad Dei gloriam promovendam pertinerent; semetipsam humilians, tentationum et infirmitatem crucem sereno tulit animo, Dei donum dolores habens ; pro viribus Ecclesiam, Christi sponsam, generose dilexit eique ad mortem usque in puellis Christi amore imbuendis serviens.

Haec .praestans in dirum incidit morbum, acri tumore affecta, quo suffocari videbatur et quominus quodlibet alimentum sumeret praepediebatur. Quod in « margaritarum monile » sibi a Deo paratum accipiens, die 24 mensis Novembris anno 1891, Christo confixa Cruci, pie Mediolani ex hoc mundo ad Patrem transivit, vita et morte quae divus Ambrosius tradidit ad effectum deducens : « Cum in via sum, Christi sum ; cum pervenero, Patris sum; sed ubique per Christum, et ubique sub Christo » *(De fide, ad Gratianum,* **5, 12, n. 150 : ML 16, 655).**

Post Servae Dei obitum, eius sanctitatis fama, qua vivens inclaruerat, in dies latius percrebruit eamque Deus supernis signis comprobare visus est. Quapropter Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis agi coepta est. Instructi sunt itaque, annis 1931-1938, apud archiepiscopalem Curiam Mediolanensem processus ordinaria potestate super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere, super scriptis et super cultu publico Servae Dei non praestito, Romamque transmissi. Edito deinde, die 3 Decembris a. 1944, decreto super scriptis eidem Servae Dei tributis, Causa beatificationis introducta est apud Apostolicam Sedem, probante Ioanne Papa XXIII, die 28 Ianuarii a. 1959. Adornatus est postmodum processus auctoritate ipsius Apostolicae Sedis in eadem Mediolanensi Curia, annis quidem 1962-1964, super virtutibus in specie Servae Dei ; de omnium autem processuum iuridica validitate decretum exiit die 28 Maii anno 1966.

Servatis igitur omnibus de iure servandis, quaestio instituta est apud hanc S. Congregationem pro Causis Sanctorum super virtutibus in specie praedictae Servae Dei, et quidem primum, die 25 mensis Maii a. 1976, in Congressu, qui dicitur, Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum; postea vero, die 26 Octobris eodem anno, in quo Rev.mus Cardinalis Petrus Palazzini, Causae huius ponens seu relator, sequens dubium posuit disceptandum : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum m Deum tum in proximum,*

necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur. **Et omnes, qui convenerant, Patres Cardinales adfirmantes responderunt.**

De praemissis omnibus certior factus, per infrascriptum Cardinalem Praefectum die 13 Novembris superioris anni, Summus Pontifex Paulus VI, accitis hodierno die Cardinalibus subscripto Praefecto et Petro Palazzini, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis huius Sacrae Congregationis, ceterisque de more convocandis, eisque astantibus edixit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, eorumque adnexis in gradu heroico Servae Dei Mariae Annae Sala, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum promulgari et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 20 Ianuarii a. D. 1977.

CONRADUS Card. BAFILE, *Praefectus*

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

ACTA TRIBUNALIUM

TRIBUNAL VICARIATUS URBIS

Citatio edictalis

ROMANA

Nullitatis matrimonii (Bonfiglioli-Toschi)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Mariae Christinae Toschi, natae Imolae (BO) die 1 Octobris 1943 in causa de qua supra conventae, eandem citamus ad comparendum coram Tribunali Primae Instantiae Vicariatus Urbis (Piazza San Giovanni in Laterano, 6 - 00184 Roma) aut per se aut per Procuratorem legitime constitutum, in diem 2 Iulii 1977, hora 9, pro concordatione sequentis dubii :

An constet de matrimonii nullitate in casu ex capite exclusionis boni fidei et sacramenti ex parte viri actoris.

Ordinarii locorum, Parochi, fideles quicumque notitiam habentes actualis commorationis praedictae Dominae Mariae Christinae Toschi curare debent, ut ipsa de actuali edictali citatione rite moneatur.

Antonius Gregnanin, *Iudex Instructor*

Ex Cancellaria, d. 25 m. Martii, a. 1977.

Iosephus Siyes, *Cancellarius*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì, **17** Febbraio **1977,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Udienza ufficiale, per la presentazione delle Lettere Credenziali, S. E. il Sig. **MANUEL LUNA MEJIA**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica di Honduras.

Sabato, **19** Febbraio **1977,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Udienza S. E. il Sig. **MARIO ALBERTO NOBRE SOARES,** Primo Ministro del Portogallo, con S. E. il Sig. **MANUEL MEDEIROS FERREIRA**, Ministro degli Esteri.

Lunedì, **21** Febbraio **1977,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Udienza S. E. il Sig. **ROY JENKINS**, Presidente della Commissione delle Comunità Europee.

Sabato, **26** Marzo **1977,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Udienza S. E. il Sig. **HELMUT SCHMIDT**, Cancelliere della Repubblica Federale di Germania.

Lunedì, **28** Marzo **1977,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Udienza S. E. il Signor **GARRET FITZGERALD**, Ministro degli Affari Esteri d'Irlanda.

SEGRETERÌA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

24 gennaio 1977. Il Sig. Riccardo Romano *Promotore di Giustizia nel tribunale di prima istanza dello Stato della Città del Vaticano.*

21 febbraio » S. Em. il Signor Card. Alfred Bengsch, Arcivescovo Vescovo di Berlino, *Membro della Sacra Congregazione per l'Educazione Cattolica.*

8 marzo » Mons. Marcello Oostalunga *Prelato Segretario del Vicariato di Roma.*

15 febbraio 1977. *Membri del Pontificio Consiglio per i Laici,* per il periodo di cinque anni : S. E. Mons. Derek Worlock, Arcivescovo di Liverpool *(Gran Bretagna) ;* S. E. Mons. Peter Dery, Vescovo di Tamalé *(Ghana);* Mons. James McHugh *(U.S.A.);* il Sig. Prof. Mario Agnes *(Italia) ;* la Sig.na Agnès Avognon *(Benin) ;* il Sig. Avv. Mum Sou Chooi *(Malesia) ;* il Sig. e la Sig.ra Armando Cifuentes *(Colombia) ;* il Sig. Auguste Daubrey *(Costa d'Avorio) ;* la Sig.na Angelina De Oliveira *(Brasile) ;* la Sig.na Iris Francis *(Egitto) ;* il Sig. Andres Latapi (Messico); il Sig. Prof. Tommaso Lichi Sagara *(Giappone) ;* la Sig.ra Mary Matthews *(Canada) ;* il Sig. Alberto Luis Meyer *(Paraguay) ;* il Sig. Brian Moylan *(Australia) ;* il Sig. Prof. Gabriel Ojo *(Nigeria) ;* la Sig.na Maria Pia Plechl *(Austria) ;* la Sig.ra Madeleine Ramaholimihaso *(Madagascar) ;* il Sig. e la Sig.ra Brad Rigdon *(U.S.A.);* il Sig. José Rincón Diaz *(Spagna)* il Sig. Rienzie Rupasinghe *(Sri Lanka);* il Sig. K. T. Sebastian *(India)* il Sig. Marek Skwarnichi *(Polonia) ;* la Sig.na Manette Thill *(Lussemburgo).*

23 marzo 1977. *Consultori del Pontificio Consiglio per i Laici:* S. E. Mons. Ernesto Civardi, Segretario della S. Congregazione per i Vescovi; S.E. Mons. Mario Brini, Segretario della S. Congregazione per le Chiese Orientali; S. E. Mons. Maximino Romero de Lema, Segretario della S. Congregazione per il Clero; S. E. Mons. Augustin Mayer, Segretario della S. Congregazione per i Religiosi e gli Istituti secolari; S. E. Mons. Simon Lourdusamy D., Segretario della S. Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli; il Rev.mo Mons. Andrea Cordero Lanza di Montezemolo, Segretario della Pontificia Commissione « Iustitia et Pax ».

» » » *Consultori del medesimo Pontificio Consiglio per i Laici,* per il periodo di cinque anni : S. E. Mons. Raymond Bouchex, Vescovo Ausiliare di Aix-en-Provence *(Francia);* S. E. Mons. Paul J. Cordes, Vescovo Ausiliare di Paderborn *(Germania) ;* il Rev. P. Henri de Riedmatten, O. P. *(Svizzera) ;* il Sig. Dott. Mieczyslaw de Habicht *(Polonia);* la Sig.na Prof. Rose Mary Goldie *(Australia) ;* il Sig. Dott. Friedriech Kronenberg *(Germania) ;* il Sig. Dott. Claude Lanctot *(Canada);* il Sig. Jean Larnaud *(Francia);* la Rev.da Sr. Mary Linscott, S. N. D. de N., Pre-

sidente dell'Unione Internazionale delle Superiore Generali *(Gran Bretagna);* **la Sig.ra Elisabeth Lovatt-Dolan** *(Irlanda);* **il Sig. Albert Methol Ferre** *(Uruguay) ;* **il Sig. André Schafter, Presidente della Conferenza delle Organizzazioni Internazionali Cattoliche** *(Francia) ;* **il Sig. e la Sig.ra Paul Vercruysse** *(Belgio).*

15 febbraio 1977. *Membri del Comitato per la Famiglia,* **per il periodo di cinque anni: S. E. Mons. Derek Worlock, Arcivescovo di Liverpool** *(Gran Bretagna);* **Mons. James McHugh** *(U.S.A.) ;* **il Prof. Mario Agnes** *(Italia);* **la Sig.na Agnès Avognon** *(Benin) ;* **il Sig. e la Sig.ra Armando Cifuentes** *(Colombia) ;* **la Sig.ra Mary Matthews** *(Canada) ;* **il Sig. e la Sig.ra Brad Rigdon** *(U.S.A.);* **il Sig. Rienze Rupasinghe** *(Sri Lanka).*

23 marzo 1977. *Consultori del Comitato per la Famiglia,* **per il periodo di cinque anni : S. E. Mons. Paul J. Cordes, Vescovo Ausiliare di Paderborn** *(Germania) ;* **il Rev. P. Henri de Riedmatten, O. P.** *(Svizzera) ;* **il Sig. Dott. Claude Lanctot** *(Canada) ;* **la Sig.ra Elisabeth Lovatt-Dolan** *(Irlanda);* **il Sig. e la Sig.ra Paul Vercruysse** *(Belgio).*

» » » *Consulenti del medesimo Comitato per la Famiglia:* **Mons. Alberto Bovone, Sotto-Segretario della S. C. per la Dottrina della Fede; Mons. Tiziano Scalzotto, Sotto-Segretario della S. C. per l'Evangelizzazione dei Popoli; il Rev. Ioseph Khoury, della S. C. per le Chiese Orientali; Mons. Luigi Vetri, della S. C. per i Sacramenti e il Culto Divino; Mons. Luciano Verrini, delia S. C. per il Clero; la Sig.na Anna Maria Abenante, delia S. C. per l'Educazione Cattolica; il Rev. P. John Long, S. J., del Segretariato per l'Unione dei Cristiani; il Sig. Anthony Chullikal, delia Pontificia Commissione « Iustitia et Pax ».**

m

Prelati d'Onore di Sua Santità:

13 aprile 1975. Mons. Sweney Garret Daniel (Birmingham).
17 marzo 1976. Mons. Corrigan Patrick William (Birmingham).
17 novembre » Mons. Coseo F. Gordon (Ogdensburg).
» » » Mons. Lawler Robert L. (Ogdensburg).
» » » Mons. McCarthy Robert J. (Ogdensburg).
» » » Mons. Milia Anthony A. (Ogdensburg).
» » » Mons. Pendergast John F. (Ogdensburg).
» » » Mons. Riani Peter R. (Ogdensburg).

14 dicembre 1976. Mons. Jaworski Mariano (Krakow).
» » » Mons. Macharski Francesco (Krakow).
» » » Mons. Marszalek Giovanni (Krakow).
» » » Mons. Noworyta Miecislao (Krakow).
10 gennaio 1977. Mons. Castellano Franco (Sorrento).
» » » Mons. Sessa Francesco Saverio (Sorrento).
26 » » Mons. Gluszek Joseph (Krakow).

Cappellani di Sua Santità

15 febbraio 1975. Il sac. Helsin John Edward (Birmingham).
10 luglio 1976. Il sac. Wingenttorn Bernhard (Münster).
10 agosto » II sac. Kerst Horst (Münster).
» » » II sac. Ketteier Paul (Münster).
17 novembre » II sac. Gordz August (Münster).
30 » » II sac. Ecchinger Joseph (St. Pölten).
» » » II sac. Roth Franz (St. Pölten).
» » » II sac. Unzeitig Theodor (St. Pölten).
14 dicembre » II sac. Koiodziejczyk Giuseppe (Krakow).
» » » II sac. Kawalczyk Stefano (Krakow).
» » » II sac. Kudelski Stanislao (Krakow).
17 » » II sac. Wyrwoll Nikolaus (Hildesheim).
21 » » II sac. Colerus-Geldern Olaf (Gurkk-Klagenfurt)
22 » » II sac. Sarrazin Alois (Paderborn).
» » » II sac. Steup Joseph (Paderborn).
25 gennaio 1977. Il sac. Barbero Giuseppe (Fossano).
» » » II sac. Rostagno Giuseppe (Fossano).
10 febbraio » II sac. Berger Michel (Digne).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

9 dicembre 1976. Al sig. Sison Fernando Ev. (Manila).

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

15 febbraio 1977. Al sig. Rovigatti Vitaliano (Roma).
» » » Al sig. Zingale Salvatore (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile: f

17 novembre 1976. Al sig. Florian Winfried (Münster).
23 dicembre » Al sig. Abdalla Iskandar Abdalla (Il Cairo).
» » » Al sig. Boctor Habachi Elfi (Il Cairo).

23 dicembre 1976. Al sig. Boutros Sawires Wasfi (Il Cairo).
» » » Al sig. Helmi el Masry Youssef (Il Cairo).
» » » Al sig. Khouzam Michel (Il Cairo).
» » » Al sig. Morcos Soliman (Il Cairo).
» » » Al sig. Riad Youssef (Il Cairo).
» » » Al sig. Sami Zikry Samaan (Il Cairo).
» » » Al sig. Wahba Sidrak Emile (Il Cairo).
12 gennaio 1977. Al sig. Terwindt Federico (Bois-le-Duc).
20 » » Al sig. Arzani Carlos David *(Argentina).*

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

28 giugno 1974. Al sig. Holloway Edwin (Birmingham).
» » » Al sig. Hope Thomas Michael (Birmingham).
17 marzo 1976. Al sig. Murphy Michael (Birmingham).
26 agosto » Al sig. Seneviratne Christof er (Leeds).
7 ottobre » Al sig. Smulders Paolo Maria (Bois-le-Duc).
9 dicembre^ » Al sig. Dekkers Bernardo A. G. C. Maria (Bois-le-Duc).
12 » » Al sig. Van Haaren Ermanno A. (Bois-le-Duc).
17 » » Al sig. Neal Francis E. (Leeds).
23 dicembre » Al sig. Chaker Edmond (Il Cairo).
» » » Al sig. Gabriel Ghali Sargios (Il Cairo).
» » » Al sig. Halim Khouzam Youssef (Il Cairo).
» » » Al sig. Helmi el Masry Zoheir (Il Cairo).
» » » Al sig. Youssef Benjmain Fouad (Il Cairo).
» » » Al sig. Zaki Samaan William (Il Cairo).
15 gennaio 1977. Al sig. Tolentino Hilario (Zamboanga).
17 gennaio » Al sig. Suherman Wongsowidjojo Mohammad *(Indonesia).*
» febbraio » Al sig. Crociani Fernando (Roma).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

9 dicembre 1976. Al sig. Ledesma Oscar R. (Manila).
» » » Al sig. Nakpil Juan Felipe (Manila).
24 » » Al sig. Menardi Heinrich (Innsbruck).

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

8 novembre 1976. Al sig. Ignoto Antonio (Roma).
24 gennaio 1977. Al sig. Conte Ciro (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

5 novembre 1976. Al sig. Bellini Raimondo (Massa e Populonia).
» » » Al sig. Montagnani Giuseppe (Massa e Populonia).
17 » » Al sig. Strand Johann (St. Pölten).
» » » Al sig. Zeitler Otto (Wien).
4 dicembre » Al sig. Woitun Michele (Namur).
15 febbraio 1977. Al sig. Ceccarelli Renato (Pompei).
» » » Al sig. Rubegni Mario (Chiusi e Pienza).
» » » Al sig. Santilli Eduardo' (Pompei).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

12	aprile	1975.	**Al sig. Goodliffe Neal Charles (Birmingham).**
»	agosto	1976.	**Al sig. Leman Albert (Tournai).**
26	»	»	**Al sig. Massin Joseph (Liegi).**
17	novembre	»	**Al sig. Krause Herbert (Münster).**
»	»	»	**Al sig. Theininger Franz (St. Pölten).**
3	dicembre	»	**Al sig. Lobuono Nicola (Bari).**
12	»	»	**Al sig. Lenssen Hubertus J. A. (Roermond).**
17	»	»	**Al sig. O'Halloran Edward A. (Sydney).**
»	»	»	**Al sig. Shepherd Leo (Sydney).**
»	»	»	**Al sig. Van Opstal Lorenzo A. (Breda).**
22	»	»	**Al sig. Van Riggelen Gerardo Giovanni (Utrecht).**
23	»	»	**Al sig. Houben Alfred (Roermond).**
24	»	»	**Al sig. Ascher Johann (Innsbruck).**
11	gennaio	1977.	**Al sig. Roosen Joseph F. (Roermond).**
15	»	»	**Al sig. Toninato Geremia (Roma).**
26	»	»	**Al sig. D'Amico Armando (Roma).**
29	»	»	**Al sig. Mennini Pietro (Roma).**
17	febbraio	»	**Al sig. Minichetti Francesco (Boiano-Campobasso).**
»	»		**Al sig. Ricci Giovanni (Boiano-Campobasso).**

NECROLOGIO

6	marzo	1977.	**Mons. José de Medeiros Leite, Vescovo di Oliveira** *(Brasil).*
13	»	»	**Mons. Thomas Lawrence Noa, Vescovo già di Marquette in Michigan** *(U.S.A.).*
17	»	»	**Mons. Godfrey Okoye, Vescovo di Enugu** *(Nigeria).*
19	»	»	**Mons. Pietro Plesca, Vescovo tit. di Voli.**
21	»	»	**Mons. Giuseppe Amici, Arcivescovo già di Modena** *(Italia).*
23	»	»	**Card. Emile Biayenda, Arcivescovo di Brazzaville** *(Rep. Pop. del Congo).*

An. et vol. LXIX **31 Maii 1977** **N. 5**

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

***Directio:* Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana**

ACTA PAULI PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

SATNENSIS

In finibus Indiae Exarchatus Satnensis ad Eparchiae gradum attollitur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ecclesiarum Orientalium fama, gloria, merita tanta sunt, ut et Romani Pontifices Decessores Nostri et Nos ad eius necessitates et utilitates summo semper studio respexerimus : resonant enim in animo Nostro gravia illa Redemptoris Nostri verba, Petro facta : « Pasce agnos meos ... pasce oves meas » *(Io.* **21, 15-17) ; movent et Pauli voces, quibus se sollicitudine omnium Ecclesiarum premi ostendit (cfr.** *2 Cor.* **11, 28). Qua re, cum Sacra Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus bene fieri censuerit, si Exarchatus Apostolicus Satnensis, qui est in India, ad dignitatem Eparchiae eveheretur, Nos post rem bene in animo reputatam atque rati posse id in fidelium bonum cedere eius ecclesiasticae circumscriptionis, haec consilia Sacrae illius Congregationis rata habentes, admotae expostulationi concedimus. Quae cum ita sint, Exarchatum Apostolicum** *Satnensem* **ad gradum atque dignitatem Eparchiae tollimus, factis iuribus quae talibus Ecclesiis iure fieri solent, quaeque potissimum Litteris Apostolicis continentur <(Cleri sanctitati », die altera mensis**

Iunii, anno MCMLVII datis, maxime canonibus 397-526. Statuimus etiam, ut nova Eparchia Bhopalensi Sedi subiciatur. Cetera vero quae ad Eparchiae regimen et administrationem respiciant, ad iura cleri atque populi, similia, Iure Canonico omnino regantur. Contrariis nihil obstantibus. Ceterum, has Litteras Nostras Venerabilis Frater Lucianus Storero ad exitum deducet, Archiepiscopus titulo Tigimmensis atque in India Pro-Nuntius Apostolicus, vel quem ipse legabit, factis nempe iuribus atque facultatibus necessariis. Re vero acta, documenta exarentur, atque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Ecclesiis Orientalibus cito mittantur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto et vicesimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

PAULUS Card. PHILIPPE
S. Congr. pro Ecclesiis Orientalibus Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 824854.

II

UJJAINENSIS

Exarchatus Apostolicus Ujjainensis in India ad gradum Eparchiae tollitur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui divino consilio idcirco beati Petri apostoli loco in vertice sacerdotalis potestatis constituti sumus, ut eodem amore ac dilectione, si fieri possit, gregem christianorum pasceremus, id semper in oculis animoque habemus, quo meliore modo quave aptiore ratione eorum necessitatibus inserviamus, consulamus utilitatibus. Qua re, cum Sacra Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus bene fieri censuerit, si Exarchatus Apostolicus Ujjainensis, in Indiae finibus, ad Eparchiae dignitatem eveheretur : id enim haud parum ad christianam fidem ibi loci confirmandam

collaturum ; Nos, re bene reputata atque in bonum animorum rati vertere posse, tum quae eadem S. Congregatio proposuerit probamus, tum Exarchatum *Ujjainensem* **apostolica potestate in formam Eparchiae redigimus, cum iuribus atque oneribus harum circumscriptionum propriis, quae potissimum in Litteris apostolicis leguntur « Cleri sanctitati », et a canone 392 ad canonem 526 recensentur. Praeterea, statuimus, ut Eparchia Ujjainensis Bhopalensi Sedi legitime subiciatur. Ad cetera quod attinet, Eparchiae administrationem, cleri atque populi iura et officia, similia, ius Orientalium propriuii servetur. Ceterum ad haec perficienda Venerabilem Fratrem Lucianum Storero legamus, in India Pro-Nuntium apostolicum atque Archiepiscopum titulo Tigimmensem, vel que ipse legaverit, factis necessariis potestatibus. Re vero acta, documenta exarentur, atque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Ecclesiis Orientalibus cito mittantur. Has vero Litteras effectus suos sive nunc sive in posterum habere censemus, contrariis nihil obstantibus.**

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto et vicesimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

PAULUS Card. PHILIPPE
S. Congr. pro Ecclesiis. Orientalibus Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £8 **Plumbi**

In Secret. Status tab., n. 324856.

III

SAGARENSIS

In Indiae finibus Exarchatus apostolicus Sagarensis ad dignitatem Eparchiae evehitur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Divina verba Redemptoris ad mare Tiberiadis Petro facta, apostolorum praecipuo : « Pasce agnos meos ... pasce oves maes » *(Io.* **21, 15-17), id sane poscunt et exigunt, ut Nos, qui superni Dei consilio universae**

Ecclesiae praesumus, quae gregis sunt omni dilectione atque diligentia quaeramus : est enim « amoris officium pascere dominicum gregem » (AUG. *In Io. Evang. tract.* **123, 5). Qua re, cum Sacra Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus in eam sententiam discesserit, ut Exarchatus Apostolicus ritus Malabarensis cui nomen Sagarensis, in India, ad dignitatem Eparchiae eveheretur : id enim nonnihil incrementi rei christianae daturum; Nos re bene considerata cum animorum bono congruere censuimus, si sententiam hanc probaremus. Igitur Exarchatum** *Sagarensem* **ritus Malabarensis ad gradum Eparchiae tollimus, factis iuri' bus quae talibus circumscriptionibus ecclesiasticis fieri solent, quaeque Litteris Apostolicis continentur « Cleri sanctitati » die altero mensis Iunii datis, anno MCMLVII, canonibus 392-526. Quae vero ad regimen administrationemque novae Eparchiae pertinent, ad iura atque onera cleri et populi attinent, iure Canonico omnino temperentur. Statuimus praeterea, ut Eparchia Sagarensis Metropolitanae Bhopalensi Sedi subiciatur. Contrariis nihil obstantibus.**

Ceterum, quae per has Litteras Nostras praecipimus, Venerabilis Frater Lucianus Storero ad exitum deducet, in India Apostolicus Pro-Nuntius, atque Archiepiscopus titulo Tigimmensis, vel quem ipse delegaverit, factis necessariis potestatibus. Re vero acta, documenta exarentur, atque sinceris exemplis ad S. Congregationem pro Ecclesiis Orientalibus cito mittantur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto et vicesimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

PAULUS Card. PHILIPPE
S. Congr. pro Ecclesiis Orientalibus Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

"*Loco* £B **Plumbi**

In Secret. Status tab., n. 324852.

IV
JAGDALPURENSIS

Exarchatus apostolicus Jagdalpurensis in Indiae finibus ad Eparchiae gradum evehitur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Nobismet ipsis, quibus videlicet officium divinitus creditum sit totius Dominici per terras gregis efficaciter scienterque pascendi, id potissimum curae semper et cordi est ut augescentibus singularum communitatum ecclesialium necessitatibus pastoralibus aeque omnino occurratur congruis Nostris apostolicis consiliis. Cum igitur Sacra Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus prudenter iudicaverit tempus esse opportunum ut Exarchatus Apostolicus Jagdalpurensis in Indiae finibus tolleretur ad Eparchiae dignitatem eoque agendo plenius consuleretur fidei Catholicae confirmationi nec non propagationi eisdem in locis, Nos ipsi rem pariter illam plurimum arbitramur prodesse posse optatae prosperitati crescentis istius Christiani populi. Quocirca simul comprobamus quae eadem Sacra Congregatio iam proposuit simul ex apostolica potestate Nostra commutamus Exarchatum *Jagdalpurensem* **in condicionem et qualitatem Eparchiae, additis cunctis iuribus et oneribus talium dicionum ecclesiasticarum propriis, quae praesertim in Litteris Apostolicis inveniuntur « Cleri sanctitati » ubi a canone 392 ad canonem 526 continentur. Praeterea decernimus ut nova haec Eparchia Jagdalpurensis subdatur suffraganea metropolitanae Sedi Bhopalensi. De reliquis vero omnibus, id est de ipsa Eparchiae gubernatione deque cleri ac populi iuribus et officiis, volumus ut Ius Orientale ad amussim servetur. Deinde ad singula haec exsequenda decreta destinamus Venerabilem Fratrem Lucianum Storero, Archiepiscopum titulo Tigimmensem atque in India Pro-Nuntium Apostolicum, vel alium quemcumque ipse legaverit, concessis iam nunc necessariis quibusvis facultatibus. Rebus demum peractis documenta conficiantur atque fide dignis exemplis ad Sacram Congregationem pro Ecclesiis Orientalibus confestim mittantur. Has autem Litteras effectus**

suos tam in praesens quam in posterum habere iubemus tempus, contrariis nequaquam obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo sexto mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

PAULUS Card. PHILIPPE
S. Congr. pro Ecclesiis Orientalibus Praefectus

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Godefridus Mariani, *Proton. Apost.*

Loco @ Plumbi

In Secret. Status tab., n. 324848.

V

RAJKOTENSIS

In Indiae finibus nova Eparchia Rajkotensis conditur, divisa dioecesi Latina Ahmedabadensi.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

De recta fidelium Christi administratione solliciti, quos Dei Filius consilio ac providentia sua tamquam gregem pascendum curae Nostrae commisit, nihil sane praetermittimus nullique diligentiae parcimus, ut quidquid cum eorumdem necessitatibus seu utilitatibus coniungi videbimus, id, quantum possumus maxime, fieri studeamus. Qua re, cum Carolus Gomes, Episcopus Ahmedabadensis, petierit, ut diviso territorio dioecesis suae nimis patenti, iam nova circumscriptio ecclesiastica conderetur, quae Carmelitis Religiosis Mariae Immaculatae crederetur ibi loci adlaborantibus, idque Sacra Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus probaverit, Nos apostolica auctoritate Nostra haec quae sequuntur statuimus, nempe persuasum habentes posse id in bonum animorum Christifidelium tam nobilis nationis cedere. A dioecesi Latina Ahmedabadensi territorium detrahimus civilium districtuum Amreli, Bhavnagar, Jamnagar, Junagadh, Kutch (Bhuj), Rajkot, Surendranagar; quibus omnibus

terris Eparchiam constituimus ritus Malabarensis ab urbe Rajkot *Raj-Mensem* appellandam, atque Sodalibus Carmelitis Mariae Immaculatae, quos commemoravimus, concredendam, qui spes est, qua consueverunt industria agrum Domini exercebunt. Erit autem Ecclesia Rajkotensis Sedi metropolitanae Bombayensi suffraganea. Sedes Eparchiae in urbe Rajkot erit, ibique Eparchus cathedram suae potestatis ponet. Ad cetera vero quod attinet : Eparchiae administrationem, cleri atque populi iura et onera, similia, ius Canonicum servetur, maxime ratione habita Litterarum Apostolicarum « Cleri sanctitati », die altero mensis Iunii datarum, anno MCMLVII, cann. 392-526. Contrariis nihil obstantibus. Ceterum has Litteras Nostras Venerabilis Frater Lucianus Storero ad exitum deducet, Archiepiscopus titulo Tigimmensis atque in India Apostolicus Pro-Nuntius, vel quem ipse legaverit, factis necessariis facultatibus. Post vero rem actam, idem documenta sincere exarata ad Sacram Congregationem pro Orientalibus Ecclesiis mittet, idque cito.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto et vicesimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

PAULUS Card. PHILIPPE
S. Congr. pro Ecclesiis Orientalibus Praefectus

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Godefridus Mariani, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi

In Secret. Status tab., n. 824850.

VI

CHANDENSIS

Exarchatus apostolicus Chandensis in Indiae finibus ad Eparchiae gradum attollitur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Nostra ipsorum, quibus scilicet a Deo commissum sit munus universi Dominici per orbem gregis efficienter recteque pascendi, istud summi interest ut crescentibus uniuscuiusque communitatis ecclesialis postula-

tis pastoralibus aequabiliter prorsus prospiciatur consentaneis Nostris apostolicis rationibus. Quandoquidem ergo Sacra Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus statuit iamiam decere Exarchatum hucusque Apostolicum Chandensem in India evehi ad Eparchiae statum ac modum quo certius provideretur religionis Catholicae prosperitati eisdem in regionibus, Nos ipsi haud secus existimamus tale consilium maxime proficere posse firmamento et augmento illius Christiani populi. Quapropter non tantum confirmamus quae suasit eadem Sacra Congregatio verum etiam ex potestatis Nostrae apostolicae plenitudine iam convertimus Exarchatum *Chandensem* **in formam et condicionem Eparchiae, adiectis iuribus et oneribus omnibus eius modi ecclesiasticarum dicionum propriis, quae potissimum reperiuntur in Litteris apostolicis « Cleri sanctitati)) inscriptis et quidem a canone 392 ad canonem 526. Praecipimus insuper ut ista Eparchia velut suffraganea submittatur metropolitanae Sedi Nagpurensi. De ceteris autem singulis, hoc est de rectione Eparchiae nec non de cleri ac populi eius iuribus et officiis, mandamus ut Ius Orientale accuratissime conservetur. Ad cuncta vero haec edicta Nostra implenda destinamus Venerabilem Fratrem Lucianum Storero, Archiepiscopum titulo Tigimmensem atque in Indiae natione Pro-Nuntium Apostolicum, vel etiam alium quem ipse vicissim legaverit. Negotiis autem hisce omnibus perfectis documenta praeparentur ac legitimis exemplis commendentur celeriter Sacrae Congregationi pro Ecclesiis Orientalibus. Easdem demum has Litteras Nostras volumus effectus suos iam nunc sicut et deinceps habere, contrariis neutiquam obstantibus.**

Datum Eomae, apud S. Petrum, die vicesimo sexto mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

PAULUS Card. PHILIPPE
S. Congr. pro Ecclesiis Orientalibus Praefectus

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Godefridus Mariani, *Proton. Apost.*

Loco £& Plumbi

In Secret. Status tab., n. 821,8$.

VII

KANJTRAPALLENSIS

Eparchia Kanjirapallensis erigitur in Indiae finibus.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Nos, Beati Petri Successores, nullum intentatum relinquere solemus consilium quo communitatibus Christifidelium ad pleniorem maturitatem prosperitatemque paulatim contendentibus valide subveniatur ac provide consulatur. Cum autem metropolitana Ecclesia Changanacherrensis maiorem in modum his temporibus crevisset quam ut uno regimine unove ab Ordinario efficaciter gubernaretur, idcirco visum est Sacrae Congregationi pro Ecclesiis Orientalibus suadere ut ex partibus locisque inde subtractis nova alia erigeretur Eparchia in finibus Indiae. Hanc libentes quidem amplexi sententiam ac rem ipsam feliciter cessuram esse rati, pro apostolica auctoritate Nostra ea quae sequuntur statuimus ad certiorem Catholici ibi nominis confirmationem et propagationem. Constituimus enim Eparchiam *Kanjimpallensem,* **cuius sedes sita sit in eiusdem tituli urbe, et cathedrale templum aedes illic Sancto Dominico sacra; dicio haec constet ex vicariatibus foraneis vulgari vocabulo Kanjirapally, Erumely, Mundakayam, Anakara, Kattapana et Upputhara nuncupatis; habeat quam primum haec Eparchia proprium Seminarium sacrum minus erudiendis sacerdotii alumnis qui superiora vero studia peragant apud Seminarium Apostolicum Sancti Thomae; subsit denique veluti ecclesia suffraganea ipsi metropolitanae Sedi Changanacherrensi. Ad reliqua vero quod attinet : nempe Eparchiae administrationem, cleri et populi singula iura atque onera sicque porro, ius Orientale perquam diligenter observetur, eis praesertim consideratis quae edicuntur Litteris Apostolicis « Cleri sanctitati » die secundo mensis Iunii anno MCMLVH datis et quidem canonibus a 392 ad 526. Contrariis quibusvis minime obstantibus. Videbit praeterea Venerabilis Frater Lucianus Storero, Archiepiscopus titulo Tigimmensis atque in India Pro-Nuntius Apostolicus, ut hae Litterae Nostrae plenissimum ad suum deducantur effectum, sive alius quem ipse legaverit,**

secundum potestates legitime acceptas. Eebus tum rite exactis, documenta publica conficiantur et ad Sacram Congregationem pro Orientalibus Ecclesiis transmittantur confestim.

Datum Eomae, apud S. Petrum, die vicesimo sexto mensis Februarii anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

PAULUS Card. PHILIPPE
S. Congr. pro Ecclesiis Orientalibus Praefectus

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Angelus Lanzoni, *Proton. Apost. s. n.*

Loco £B Plumbi

In Secret. Status tab., n. S2J,S62.

VIII

BILOXIENSIS

Detractis nonnullis territoriis a dioecesi Natchetensi-Iacksoniensi, nova quaedam sedes cathedralis constituitur Biloxiensis nomine.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quandoquidem in Nos suscepimus, ut eodem amore, eadem sollicitudine, eademque cura ac Petrus, quoad possumus, gregem christianorum pasceremus, pro quo Christus et tanta passus est, et vitam profudit, idcirco diligentiae nulli parcimus operamque praetermittimus nullam, modo singulis Ecclesiis religionis colendae, fidei augendae, fovendae pietati maiorem in dies facultatem faciamus. Qua de re, cum Venerabilis Frater Iosephus B. Brunini, Episcopus Natchetensis-Iacksoniensis, ante audita Conferentia episcopali Civitatum Foederatarum Americae Septemtrionalis, iam ab Apostolica Sede petierit, ut suae dioecesis territorio diviso nova dioecesis conderetur, Nos audito Venerabili Fratre Ioanne Jadot, in ea Natione Apostolico Delegato atque Archiepiscopo titulo puritano, item Venerabilibus Fratribus Nostris sententiam rogatis, qui Sacrae Congregationis pro Episcopis negotiis praesunt, apostolica auctoritate Nostra haec decernimus. A dioecesi Natchetensi-Iacksoniensi hos

comitatus, quos dicunt, detrahimus : Jackson, Harrison, Hancock, George, Stone, Pearl River, Greene, Perry, Forrest, Lámar, Marion, Walthall, Wayne, Jones, Covington, Jefferson Davis, Lawrence; quibus novam dioecesim constituimus, cui a nomine urbis Biloxi *Biloxiensis* erit nomen. In hac vero urbe Episcopus sedem collocabit, cathedram ponet, in templo scilicet B. M. V. Nativitati sacro, cui omnia tum iura tum honores facimus templi cathedralis. Novam Ecclesiam Sedi metropolitanae subicimus Novae Aureliae tamquam suffraganeam, cuius Praesuli etiam Episcopus Biloxiensis obnoxius erit. Mensam episcopalem constituent sive Curiae emolumenta, sive fidelium collationes, sive bona quae novae dioecesi obvenient, iuxta canonem 1500 C.I.C. Indulgemus praeterea, ut dum Canonicorum Collegium condatur, Episcopus Consultores dioecesanos eligat, qui eum consilio ope iuvent. Ad eorum institutionem qui sacerdotium petant Seminarium condatur, ratione habita tum Decreti Concilii Vaticani II « Optatam totius », tum Regularum a Sacra Congregatione pro Institutione catholica latarum, tum Iuris communis. His vero Litteris ad effectum deductis, sacerdotes ei Sedi censeantur addicti, in qua beneficium vel officium habeant ; ceteri vero clerici atque Seminarii tirones ei, in qua legitime degant. Ultimum, censemus, ut documenta et acta quae novam dioecesim respiciant vel fideles, ad eius Curiam episcopalem tradantur, ibique religiose custodiantur.

Ceterum, ad has Litteras exsequendas Venerabilem Fratrem Ioannem Jadot legamus, cuius mentionem fecimus, vel quem ipse decernet, factis in id necessariis facultatibus. Re vero acta, documenta idem mittenda curabit sincere scripta ad Sacram Congregationem pro Episcopis, idque cito. Quae vero per has Litteras statuimus rata erunt in perpetuum, contrariis non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die primo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

© SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In Secret. Status tab., n. 824806.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

In Republica Capitis Viridis Nuntiatura Apostolica conditur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quo expeditius regimini provideatur Ecclesiae, quae Christi caritate omnes prosequitur gentes, Nos, qui suprema et immediata atque universali in curam animarum ex divina institutione gaudemus potestate, tempus iam advenisse censemus ut et in Republica Capitis Viridis Nuntiatura Apostolica constituatur, cuius vi publicae necessitudinis rationes inter Nationem istam et Apostolicam Sedem ineantur ad commune utriusque partis bonum provehendum. Hanc igitur ob causam, re bene considerata atque perpensa, summa auctoritate Nostra hasce per Litteras de more datas Nuntiaturam Apostolicam in memorata Republica Capitis Viridis erigimus eidemque officia et privilegia atque indulta deferimus, quae talium Legationum sunt propria. Quae singula edicimus, statuimus, decernentes ut Apostolicae hae Litterae Nostrae sive nunc sive in posterum suam habeant vim. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xm mensis Maii, anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri tertio decimo.

© IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco @ Sigilli

In Secret. Status tab., n. 825926.

II

Beatae Caelitis honores tribuuntur Venerabili Servae Dei Mariae a Iesu López de Rivas Carmelitidi Excalceatae.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — « Omnia et in omnibus Christus)) *(Col.* 3, 11). Exemplar hoc et specimen, quod Sanctus Paulus tamquam praeclaram imaginem exhiberet totius rationis efficiendae hominum salutis paschali Iesu Christi mysterio redintegratae, numquam non deinceps fuit norma etiam ac meta ad quam omnes Dei amici sese direxerunt secundum datam sibi gratiam, cum per quaelibet opera sua Christum nuntiarent,

Christum sectarentur, Christum cogitarent, Christum effarentur (cfr. S. AMBROS., *Exp. in Ps.* **118,19,19 ;** *PL* **15,1741). Haud secus omnino se gessit Venerabilis Dei famula Maria a Iesu López de Rivas, monialis professa Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, cui nempe vivere tantopere Christus fuit (cfr.** *Eph.* **4, 15) ut cunctae vitae curriculum ipsius definiri potuerit « imitatio et praesentia, unio et vita in Christo ». Hanc igitur fidissimam praeterea Teresiae Abulensis spiritalem filiam atque alumnam laetantes Nos vehementer in Beatarum Caelitum album referri censuimus, ut eius exemplis collustrati et confirmati christifideles Ecclesiae omnes efficaciter possent in actum deducere insigne illud propositum quod Nos ipsi enuntiaveramus altera ineunte Concilii Vaticani Secundi parte : « Christum ... principium nostrum esse, Christum ducem et viam esse nostram, Christum esse spem nostram nostramque finem » (Serm. d. xxix m. Octobris a. MCMLXIII ;** *A.A.S.* **55 [1963] 846) ; at potissimum ut ei, qui peculiari ex divina vocatione umbratilem agerent remotamque a saecularibus negotiis vitam, orationem perpetuam suam certius coniungere discerent cum precibus quibus usus est Servator Divinus, propiusque valerent Patris vultum in Christi Spiritu contemplari atque inde gratiarum derivare fluvios in Ecclesiae communitatem.**

Maria parentibus nata est Antonio López de Rivas et Elvira Martínez Rubio die xviii mensis Augusti anno MDLX in oppido « Tartanedo » appellato intra dioecesis Seguntinae fines in Hispania septemque post diebus salutari expiata lavacro. Puellula ea, anno MDLXIV patre iam orbata, sese contulit una cum vidua matre ad vicum « Molina de Aragón » dictum, ubi apud familiares deversans simul instituta est ad Christi eiusque Matris ardentem amorem ad vitamque fide et caritate christiana ducendam. Anno MDLXxiv, cum tandem aliquando constanter supervasisset varia impedimenta multorum sibi matrimonium potius suadentium, impulsui Sancti Spiritus cessit et Carmelitarum Excalceatarum institutum amplecti statuit ; quam quidem voluntatem anno MDLXXVII explevit cum monasterium Toletanum intraret Ordinisque habitum alacris susciperet die XII mensis Augusti. Postero autem anno iuvenis monialis, quam ipsa legifera Mater Teresia summis extulerat laudibus ac semper defenderat, die VIII mensis Septembris vota religiosa nuncupavit, quamquam adversa gravabatur valetudine. Maria sic « a Iesu » vocata ab eoque tota occupata celeriter coepit vitae consecratae cursum miro modo emetiri atque cum Christo in Deo ipso occulte versari (Cfr. *Col.* **3, 3). Anno dein MDLXXXIV noviciarum magistra nominata est ac septies exinde idem ad munus destinata. Qua in statione illud solum studebat et enitebatur ut commen-**

datae noviciae Christum cognoscerent diligerentque « unum magistrum » (Cfr. *Mt.* 23, 8) atque ut ipsae demum fierent animae « in quibus Dominus mansionem faceret », quem ad modum Teresia Mater suis praeceperat in Constitutionibus. Hoc semper institutionis et gubernationis principium per sequebatur ubicumque eius legitime erat alias docere et ducere, sed praesertim Toleti suo in coenobio ubi vixit ad extremum usque vitae diem. Crebrius electa est aut Antistita aut altera ab ea ; nec umquam interea cessavit laborare ut Christus conformaretur in suae disciplinae alumnis (Cfr. *Gal.* 4, 19). Antecellebat haec Dei serva in primis morum suavitate, animi fortitudine, sensuum demissione. Libentissima auxiliabatur suis sororibus in via Domini procedentibus amantissimaque eis comitabatur ad talem orationis vitam, quae aliquando transiret in firmissimam coniunctionem cum Christo et Ecclesia. Non autem déerant occasiones divinitus missae ut cum Christo cruci affixo plenius sociaretur. Etenim superno consilio evenit ut iniuriosam calumniam pateretur anno MDC ob quam de munere Antistitae amota est simulque prohibita ne tali officio in viginti annos fungeretur. Admirabili tamen humilitate ac tranquillitate subiit opprobrium ; quin immo gavisa est quod aliquid pro Domino suo, dolorum viro, tolerare sibi liceret. Viginti igitur annos tacita pertulit serva Dei crimen iniustum donec anno MDCXX, rerum cognita veritate, ipsa undequaque culpis liberata est suumque restituta in locum. Ex quo tempore usque ad extremam senectutem se totam penitusque dedidit ceterarum educationi ac vitae umbratilis consummationi. Per omne vero religiosae vitae spatium Maria López de Rivas prorsus adhaerescebat ad Teresiae matris Abulensis ductum ac magisterium. Ex ea scilicet « investigabiles divitias Christi » (Cfr. *Eph.* 3, 8) scrutari et ponderare didicit ; ex ea cognovit vim Sacrae Liturgiae arcanam et paschalis Christi mysterii potentiam ; ex ea demum hausit indefatigabile Ecclesiae studium ac plurimarum etiam humanarum rerum sapientiam. Immo vero non tantum honorifice vocitata est «parvulus doctor» a Sancta Teresia, verum singularem suam prudentiam saepius comprobavit aliis eximiis Sanctis, uti Ioanni a Cruce et Ioanni de Ribera. Sed quod fere potissimum est, a Teresia Abulensi tamquam hereditatem recepit Maria López de Rivas secretum altissimae contemplationis, qua totam vitam suam reddidit consortionem fidei et caritatis cum Sanctissima Trinitate, ad quam denique coram conspiciendam et concinendam sempiternum devocata ex terris est die xin mensis Septembris anno MDCXL, Toleti ubi, longissime vita transacta, plurima sibi merita cumulaverat plurimasque in se virtutes ostenderat.

Sanctitatis dein ipsius fama, qua etiam vivens circumdabatur et celebrabatur Maria a Iesu, haud decrevit post obitum sed multum contra increvit, dum paulatim simul colligebantur, Ordinis moderatorum iussu, documenta ac testimonia de illustribus servae Dei virtutibus ac signis. Multiplices quidem ob causas Processus ordinarii ad iuris canonici regulam primum agi coepti sunt solum anno MCMXIV et MCMXV apud Curiam Toletanam. Cum super scriptis ei assignatis die xxvi mensis Iunii anno MCMXVIII decretum esset, Summus Pontifex Pius XI constituit commissionem introducendae causae die x mensis Decembris anno MCMXXVI. Eadem tunc causa ad sectionem historicam Sacrae Rituum Congregationis delata ibidemque pertractata, disceptationes etiam habitae sunt de expensis diligentissime documentis necessariae et legitimae. Postremo Nos ipsi die xxn mensis Iunii anno MCMLXXII statuimus ut promulgaretur decretum super virtutibus a Maria a Iesu ratione heroum exercitis. Postquam recte disputatum est de mirabilibus sanationibus puellae Incarnationis Mercader Navarro et infantis Alberti Martín Gamero deprecationi Mariae a Iesu adscriptis eisque recognitis et per decretum Nostrum die XV mensis Maii anno MCMLXXVI sancitis, decrevimus sollemnem beatificationem venerabilis Mariae a Iesu die xiv mensis Novembris huius ipsius anni peragi oportere. Quem ergo inter ritum in Basilica Petriana hodie mane celebrandum, haec protulimus verba : « Nos, vota Fratris Nostri Marcelli S. R. E. Cardinalis Gonzales Martín, archiepiscopi Toletani, et plurium aliorum Fratrum in Episcopatu, nec non totius Ordinis Fratrum Discalceatorum Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo, multorumque Christifidelium explentes, de Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabilis Serva Dei Maria a Iesu López de Rivas Beatae nomine in posterum appelletur eiusque memoria die ipsius natali decimo tertio mensis Septembris in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Apostolicas autem has Litteras ut nunc sic posthac ratas esse volumus suamque exserere vim, contrariis quibuslibet rebus neutiquam obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris die xiv mensis Novembris anno MCMLXXVI, Pontificatus Nostri quarto decimo.

SB **IOANNES Card. VILLOT,** *Secretarius Status*

Loco @ Sigilli

In Secret. Status tab., n. 821905.

in

Nuntiatura Apostolica in Papua Nuova Guinea constituitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum probe noverimus adsiduum inter Apostolicam Sedem et Nationes usum pacis prosperi tatisque semina plurima inferre tum societati civili tum ipsi Ecclesiae, omni propterea diligentia studemus, ut haec Petri Sedes arctiora unitatis vincula cum Rebus publicis conserat. Libenti igitur animo sententiam accipiendam esse censuimus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione, quae, ad aptius efficaciusque Sanctae Ecclesiae regimini in Civitate Papua Nova Guinea consulendum, proposuit ut ibidem Nuntiatura Apostolica conderetur. Quae cum ita sint, Nos, certa scientia ac matura deliberatione, harum Litterarum Apostolicarum vi, in regione, quam diximus, Nuntiaturam Apostolicam constituimus, quae Civitatem vulgo Papuam Novam Guineam amplectetur et Insulas Salomonias Septemtrionales, eidemque omnia et singula deferimus iura, privilegia, honores et praerogativas, quae solent huiusmodi Legationibus conferri. Decernimus praeterea, ut conditae Nuntiaturae Apostolicae sedes in urbe principe Portu Moresbiensi ponatur. Quae vero per praesentes Litteras Apostolicas statuimus, firma sint omnino nunc et in posterum, vimque suam habeant, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die VII mensis Martii, anno MCMLXXVII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

83 IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco 83 Sigilli

In Secret. Status tab., n. 824979.

IV

Delegatio Apostolica in Insulis Salomoniis constituitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quo aptius animarum utilitati in Papua Nova Guinea et Insulis Salomoniis prospiceretur, Delegationem Apostolicam, sedem in urbe metropolitana Portu Moresbiensi habentem,

anno MCMLXXV provide constituimus. Cum vero eodem hoc die in Civitate Papuae Novae Guineae Nuntiatura Apostolica feliciter sit erecta, nova quaedam quoad ipsam Delegationem ordinatio suadetur. Itaque, e consulto Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, harum Litterarum vi decernimus, ut praedicta Delegatio Apostolica in posterum appelletur « in Insulis Salomoniis occidentalibus et meridianis ». Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VII mensis Martii anno MCMLXXVII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

83 IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco © Plumbi

In Secret. Status tab., n. 324979.

V

Templum paroeciale B. M. V. titulo Septem Dolorum in civitate Bethen, in finibus dioecesis Monasteriensis, ad gradum et dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Tanta est Beatae Mariae Virginis dignitas et amplitudo, utpote quae et Mater Christi, Dei Filii, sit, et nulla peccati labe concepta fuerit, et christiani populi Regina, praesidium, portus, caeli ianua patens usquequaque sit habita; tanta item animi Nostri erga illam obsequium et amor, ut, cum de eius honore augendo res est, iam libentissimo animo et fieri patiamur quod ad id conducat, et Ipsi faciamus. Quicquid enim in Matris decorem suscipitur, in Filii etiam laudem iure redundare certo credimus. Qua re, cum Venerabilis Frater Henricus Tenhumberg, Episcopus Monasteriensis, suo ipsius clerique populique nomine datis Litteris ab hac Apostolica Sede petierit, ut templum paroeciale in urbe Bethen situm, intra Oldenburgensem regionem eiusdem dioecesis, atque M. B. V. sub titulo Septem Dolorum sacrum, ad gradum et dignitatem Basilicae Minoris eveheremus, Nos, ratione habita tum eius qui petit Antistitis, tum loci historiae, tum templi ipsius sanctitatis et maiestatis, tum denique populi pietatis, quae, cum tanta sit, incrementa praeterea haud parva captura praevidetur, admotae expostulationi concedere rati sumus. Quapropter,

iis probatis, quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu divino, facta a Nobis potestate, de re censuerit, libenti animo templum B. M. V. a Septem Doloribus, de quo mentio supra incidit, in Basilicis Minoribus annumeramus, factis iuribus atque liturgicis concessionibus rite competentibus, servatis tamen quae iuxta decretum « De titulo Basilicae Minoris», die sexto Iunii, anno MDCCCCLXVIII factum, servanda sunt.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub Anulo Piscatoris, die xiv mensis Aprilis, anno MCMLXXVII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco © Sigilli

In Secret. Status tab. n. 821,981.

NUNTIUS SCRIPTO DATUS

Ob diem quater et decies catholica tota Ecclesia celebrandum (hoc erit nempe dominica III Paschae a. 1977), ad sacerdotales et religiosas vocationes fovendas perque adhibitas ad Deum preces petendas.

A tutti i Fratelli e Figli della Chiesa Cattolica!

In spirito di cristiana letizia celebriamo la ((xiv Giornata Mondiale di preghiera per le vocazioni ». La celebriamo nella serena certezza che Cristo Risorto è il Vivente, il Maestro, il Pastore, l'Amico, che « sta con noi tutti i giorni »/ e ci parla e ci chiama : ((Ecco, sto alla porta e busso. Se qualcuno ascolta la mia voce e mi apre la porta, io verrò da lui)).[2]

Come avvenne quel mattino in cui il Signore Risorto si presentò sulla riva del lago di Tiberiade, parlò amichevolmente con i suoi discepoli e chiamò nuovamente Pietro a seguirlo.[3] Il suggestivo Vangelo della terza domenica di Pasqua offre infatti l'argomento del nostro affettuoso e accorato messaggio rivolto ad anime nobili e generose : un messaggio di fede, di amore, di sacrificio.

Un primo fatto ci colpisce in questo Vangelo. Dopo la pesca prodigiosa, ((quel discepolo che Gesù amava disse a Pietro : È il Signore ! ». E Pietro, appena udito che è il Signore, si « getta » nel lago, per andare

[1] Cfr. *Mt.* 28, 20.
[2] Cfr. *Ap* 3, 20.
[3] Cfr. *Gv 21,* 4 ss.

incontro a lui.[4] Nella luce della fede Giovanni riconosce il Signore Risorto ; con la forza della fede Pietro si getta avanti impetuosamente per raggiungerlo. Il Signore premia quella fede semplice e generosa, rivolgendo agli Apostoli l'amorevole invito : « Venite a mangiare)).[5] Notate la sua delicata offerta di amicizia, di cui quell'invito è umanissimo segno. Noi vi diciamo, con le parole del Concilio : « La fede tutto rischiara di una luce nuova e svela le intenzioni di Dio sulla vocazione integrale dell'uomo)).[6] Sì, ogni vocazione vera nasce dalla fede, vive di fede, persevera con la fede ; una fede sentita e vissuta quotidianamente, in semplicità e generosità di spirito, in confidenza e amicizia col Signore. Nessuno, infatti, segue un estraneo ; nessuno offre la sua vita per uno sconosciuto. Se vi è una crisi di vocazioni, non vi è forse, prima di tutto, una crisi di fede? Quale sacro dovere incombe sui Pastori di anime, sui genitori, sugli educatori cristiani, di guidare la gioventù moderna alla conoscenza profonda di Cristo, alla fede in lui, all'amicizia con lui !

Poi il Signore richiede a Pietro una ripetuta professione di amore : « Mi ami?))' - « Mi ami tu più di costoro? ».[7] Conoscete la risposta : « Certo, Signore, tu lo sai che ti amo ». Ogni vocazione è atto di amore, di duplice amore, del Signore che chiama e di colui che risponde. Molto grande è il dono di amore da parte di Dio, quando si tratta di vocazione specialmente consacrata al servizio suo e della sua Chiesa : vocazione al presbiterato, al diaconato, alla vita religiosa, agli ideali degli Istituti Secolari, alla dedizione missionaria. Tanto più grande, quindi, deve essere la capacità di amare da parte di chi riceve quella privilegiata ed esigente chiamata. Voi, aspiranti al presbiterato, ascolterete un giorno l'esortazione del Vescovo ordinante : « Svolgete dunque l'ufficio di Cristo Sacerdote con perenne gaudio in vera carità » : *Munus ergo Christi Sacerdotis perenni gaudio in vera caritate expíete}* **Voi, aspiranti alla professione dei consigli evangelici, sapete di dover « lasciare ogni cosa per amore di Cristo ».[9] Voi, aspiranti alla vita missionaria, conoscete la misura del vostro impegno : « Con carità sincera dovrete rendere testimonianza al Signore fino a spargere, se necessario, il vostro sangue ».[10]**

[4] Cfr. *Gv* 21, 7.
[5] *Gv* 21, 12.
[6] Cfr. *Gaudium et spes,* n. 11.
[7] Cfr. *Gv* 21, 15-17.
[8] Cfr. Pontificale Romanum, *De Ordinatione Presbyterorum,* n. 14.
[9] Cfr. *Perfectae caritatis,* n. 5.
[10] Cfr. *Ad Gentes divinitus,* n. 24.

Dunque, coltivate in voi l'amore. Imparate ad amare di più il Signore, ad amare di più la sua Chiesa ; ad amarla « come Cristo l'ha amata e ha dato se stesso per lei »   ad amarla nel suo mistero ineffabile, nella sua struttura visibile, nella sua realtà storica attuale. C'è forse crisi di amore, prima di esserci crisi di vocazioni. A voi Pastori, genitori, educatori raccomandiamo : aiutate i giovani migliori, le anime più generose, a coltivare l'amore di Cristo e della sua Chiesa.

Il Vangelo ci riserva ancora una sorpresa. Il Signore Risorto non teme di inquietare l'atmosfera lieta ed amichevole del suo incontro pasquale ed annuncia a Pietro un avvenire di sacrificio e di martirio : ((Un altro ti cingerà e ti porterà dove tu non vorresti ».[12] Poi rinnova la sua chiamata a Pietro : « Seguimi ».[13] Neppure noi esitiamo a dirvi : la vocazione è anche sacrificio. Sacrificio fin dal tempo della prima seria ricerca, che già esige certe rinunce. Sacrificio al momento di una decisione consapevole delle conseguenze che ne derivano. Sacrificio nel lungo cammino della necessaria preparazione. Sacrificio, poi, nel resto della vita, perché l'intera esistenza non sarà altro se non l'attuazione coerente di una vocazione donata da Dio, ma liberamente e intimamente accettata e vissuta. La crisi di vocazioni nasconde forse la paura di questo sacrificio? Pastori, genitori, educatori : sappiate anche guidare i giovani e altre anime generose alla libera e lieta accoglienza del sacrificio.

La nostra riflessione sul Vangelo ora diventi preghiera.

Preghiamo, con le parole degli Apostoli, affinché il Signore « aumenti la fede »[14] nelle nostre comunità cristiane e particolarmente in coloro che egli ha voluto e vorrà chiamare al suo servizio.

Preghiamo, con le parole dell'Apostolo Paolo, affinché la <(carità di Cristo))[15] risvegli la divina chiamata in molti e ottimi giovani e in altre anime nobili e generose, e spinga gli esitanti alla decisione, e sostenga nella perseveranza coloro che già hanno compiuto la loro scelta.

Preghiamo, affinché tutti siano forti e pronti, come Cristo sofferente, a fare non la propria, ma la volontà del Padre,[16] quando egli vuole o permette che il peso del sacrificio si unisca al dono esaltante della sua

[11] Cfr. *E f* 5, 25.
[12] *Gv* 21, 18.
[13] *Ibid.* 21, 19.
[14] Cfr. *Lc* 17, 5.
[15] Cfr. *2 Cor* 5, 14.
[16] Cfr. *Lc* 22, 42.

chiamata. Li conforti in ogni momento la gioia pasquale del Cristo Risorto.

Nel rivolgere questo nostro ormai consueto invito alla preghiera, noi nutriamo immensa fiducia che l'intera comunità ecclesiale sappia condividere la nostra ansia apostolica e colga l'occasione propizia per una riflessione volenterosa e approfondita sul valore, il significato e la necessità delle Vocazioni nella Chiesa e per la Chiesa. Nessun fedele si senta estraneo a questo problema, ma invece ciascuno interroghi se stesso e misuri le proprie responsabilità. E affinché il Signore risponda ai voti nostri e di tutto il Popolo di Dio, con effusione di cuore impartiamo la propiziatrice Apostolica Benedizione.

Dal Vaticano, 30 dicembre 1976.

PAULUS PP. VI

EPISTOLA

Em.mo P. D. Humberto S. R. E. Card. Medeiros, Archiepiscopo Bostoniensi, Misso Extraordinario renuntiato ad sollemnibus in Fatimensi sanctuario praesidendum, sexaginta exactis annis, ex quo B. M. V. ibi se dedit conspiciendam.

Obversatur ante oculos mentis Nostrae iucunditas illius brevis Nostrae in sanctuario Fatimensi commorationis; quo duo abhinc lustra Nos contulimus, peregrinatorum more, ob quinquagesimum annum revolutum ex quo beatissima Virgo Maria ibi se dederat conspiciendam.

Laeto quidem animo accepimus proximo die tertio decimo mensis Maii sacros Pastores cum multitudine fidelium renovata pietate eodem in sacrario exculturos esse Dei Genetricem, sexagesimo nempe expleto anno ab illa apparitione.

Volentes autem huiusce celebrationis momentum ac decorem augere, te, Venerabilis Frater Noster, *Missum Extraordinarium* Nostrum constituimus ac renuntiamus, tibique mandamus id muneris, ut sollemnibus istis Nostro praesideas nomine. Nec dubitamus, quin eiusmodi officio, qua es devotione mariali et studio animarum, admodum frugifere sis functurus.

Exoptamus sane, ut cultus, quo beatissima Deipara Maria honoratur,

magis in dies exardescat atque, secundum ipsius Virginis voluntatem, efficiat, ut fideles divinum eius Filium diligentius cognoscentes, ardentius diligant et Ecclesiae, ab illo institutae, scilicet universali salutis sacramento, plenius adhaereant.

Nec facere possumus quin marialis precatoriae coronae usum iterum inculcemus, qua quidem orandi ratione animi ad altiorem mysterii Redemptionis intellegentiam, ad arctiorem cum Deo coniunctionem, ad alacriorem exsecutionem christianae legis officiorum salubriter perducantur. Exploratum est enim veram pietatem erga beatissimam Virginem Mariam eo contendere, ut etiam mores et domesticus convictus transformentur, siquidem, ut ait Sanctus Ambrosius, eius « vita omnium est disciplina » *(De Virginitate,* **2, 2, 15).**

Vehementer igitur cupimus, ut sexagesima anniversaria recordatio primi Fatimensis prodigialis eventus occasio evadat renovationis ecclesialis, quae summi prorsus ponderis est hisce temporibus, quae a fidelibus universis precationes poscunt et paenitentiam ; ad quas ipsa Dei Mater instantius est hortata.

Nos animo praesentes affuturi Fatimensi isti celebritati, caeli terraeque Reginam enixe rogamus, ut optatos huiusmodi fructus spirituales exinde ubertim manare concedat.

Volumus autem, ut hae Litterae tibi, Venerabilis Frater Noster, documentum sint caritatis, qua te in Domino complectimur ; quem amoris affectum significamus etiam omnibus Praesulibus, nominatim Leiriensis dioecesis Episcopo, sacerdotibus, religiosis et cunctis Christifidelibus, qui ad Fatimensem istam marialis devotionis sedem die sollemni statuto se effundent.

Huius dilectionis Nostrae signum et caelestium munerum auspex sit Apostolica Benedictio, quam tibi et cunctis, quos modo memoravimus, libentissime impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die i mensis Maii, anno MCMLXXVII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PAULUS PP. VI

NUNTII GRATULATOMI

I

Em.mo P. D. Hermanno S. R. E. Cardinali Volk, Episcopo Moguntino, ob quinquagesimum presbyteralis eius ordinationis expletum annum.

Iucunda tibi mox occurret memoria celebranda, siquidem quinquaginta abibunt anni ex quo, presbyter ordinatus, Christo Iesu Magistro, Sacerdoti et Regi inservire eiusque ministerium participare coepisti.[1] Qui dies natalis quotiescumque ante acto tempore redibat, tibi fuit — ut nihil dubitamus — materia piae considerationis ac laetitiae spiritualis ; hae vero in proxima recordatione suscepti a te sacerdotii admodum augebuntur, quoniam peculiarem quandam quasi vitae stationem attinges.

Hunc diem tecum recolimus, tecum mentem ad Deum dirigentes, qui est fons inexhaustus omnis boni, tecum ei gratias agentes, quippe qui tibi dederit amplam fructuum messem colligere : sacerdotium enim tuum, quod deinde ad plenitudinem est perductum cuique Nostro munere Cardinalis dignitas accessit, eiusmodi fuit, ut utilitates inde nec paucae nec leves in animas et Ecclesiam manarent. Qua ex parte iuvat memorare — res quidem solum perstringimus — commissam tibi portionem gregis dominici ordinatione his temporibus consentanea te disposuisse, necnon sedulo esse annisum, ut institutioni spirituali, doctrinali, pastorali cleri, unde profectus populi christiani magnam partem solet pendere, consuleres, laicos quoque in partem laboris apostolici vocasse, ut Regnum Dei solidares atque diffunderes, probato consilio Mogontiaci opus dioecesanum condidisse, cuius esset religiosae formationi adultorum prospicere. Nec praetermittere volumus curas, quas illis impendisti et impendis, qui, e regionibus exteris oriundi, intra dioecesis tuae fines commorantur.

Quapropter imaginem pastoris praebere studuisti, qui ad usum transferat haec verba Sancti Augustini, quibus is oves suas est allocutus : « Quid autem volo? quid desidero? quid cupio? quare loquor? quare hic sedeo? quare vivo? nisi hac intentione, ut cum Christo simul vivamus)).[2]

Dioecesis autem Moguntinae filii et filiae, hoc iubilaei tui sollemni die, te circumstabunt, ut prosperis te prosequantur ominibus. Quae vota gra-

[1] Cfr. « Presbyterorum ordinis », 1.

[2] *Sermo* 17, 11, 2; *PL* 38, 128.

tulatione Nostra cupimus cumulare, Deum deprecantes, üt te diu sospitet, eximiis donis suis locupletet, rebus in arduis roboret.

Sincera denique te caritate complectentes, tibi, Venerabilis Frater Noster, Episcopis Auxiliaribus tuis, sacrorum administris et fidelibus, quos commendatos tibi habes, necnon omnibus, qui huic natali sacerdotii tui celebrando intererunt, Benedictionem Apostolicam libentissime in Domino impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xv mensis Martii, anno MCMLXXVII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PAULUS PP. VI

II

Em.mo P. D. Mario S. R. E. Card. Nasalli Rocca di Corneliano, quinquagesimum explenti annum ex quo presbyteratus ordinem suscepit.

Munera, quibus a Deo, Patre clementissimo, continenter cumulamur, nos monent, ut ei gratias agamus mente pia et humili. Sunt tamen in vitae cursu quidam eventus, qui animum incitant, ut veluti consistat, se ad se ipsum impensius revocet ac praedictum religionis officium diligentius exsequatur. Hoc profecto senties, cum proxime quinquagesimum annum complebis, ex quo, amore divino praeventus, sacerdotium iniisti. Quem natalem tuum praeterire non patimur, quin tibi vehementer gratulemur tibique optima quaeque precemur in Domino.

Licet quidem asseverare te vitam sacerdotalem fere omnem Apostolicae Sedis ministerio devo visse. Etenim Decessoribus Nostris Pio XI et Pio XII ut cubicularius intimus, deinde Ioanni XXIII et Nobismet ipsis ut Praefectus cubiculi secreti seu, post novam rerum ordinationem, ut Praefectus Palatii Apostolici, sollerter atque fideliter praesto fuisti, donec anno MCMLXIX in Patrum Cardinalium Collegium es cooptatus.

Sed praeter eiusmodi officia, de fratribus tuis in Christo sollicitus, etiam bonum fidelium, praesertim aerumnosorum, nisus es procurare. Occurrunt quidem menti sacrae missiones, maxime illae, quae a Francisco Imperiali appellantur, quibus operam dedisti, et sacrum ministerium, quod diu obiisti, ut carcere detentis, ac nominatim capitis damnatis, subvenires. Haec ergo imago viri in sacro ordine Deo et hominibus dediti, tibi praefulsit : « (sacerdos) recti itineris ductor, levaminis salutisque administer ac caelestium donorum largitor, christianis nullo

non tempore adest, ab incunabulis nempe, ad humationem, ad caelorum gaudia)).*

Nos vero Christum, Pastorum principem, enixe deprecamur, ut te, hanc anniversariam memoriam celebrantem, spirituali repleat gaudio tibique dona propitiationis suae ubertim largiatur. Cleri etiam amantissima Mater, beata Maria Virgo, te praesidio suo communiât. Quae vota Nostra confirmet Apostolica Benedictio, quam tibi, Venerabilis Frater Noster, libentissime impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die III mensis Aprilis, anno MCMLXXVII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PAULUS PP. VI

III

Em.mo P. D. Francisco S. R. E. Cardinali Marty Archiepiscopo Parisiensi, XXV compienti annum, ex quo Episcopus factus est.

Gratulantes ex animo tibi adsumus, Venerabilis Frater Noster, laetantesque magnopere tecum per has ipsas Litteras commemorare cupimus honorificum qui iamiam appropinquat vitae tuae eventum. Eodem etiam tempore cum universo clero ac populo dilecto Parisiensi consociare volumus Nostra bene ominantia verba et vota fraterna ad anniversarium diem amatissimi eorum Pastoris.

Episcopatus enim tui principium ac totum curriculum Nobis magis quam alias nunc ante oculos obversatur, quoniam illius vicesimum quintum natalem proximo mense Maio cum fervida quidem gratiarum actione et communi gregis Parisiensis celebratione tu ipse coles. Quasi praesentes igitur Nos inter fideles istos simul te Nostra oratione decoramus, hortatione confirmamus, benignitate exhilaramus.

Superiora merita navitatis tuae episcopalis — primum Sancti Fiori deinde Remis postremo Lutetiae Parisiorum — ut Nobis sic et omnibus pridem explorata sunt ; praesentia similiter opera tua non minus lucide patescunt. Haec videlicet singula argumentum sunt gratulationis Nostrae congruaeque laudationis. Apostolicus vere ardor immo quoddam quasi missionale studium te semper permovit et incitavit ad ea sapienter ca-

[1] Pii XI Encycl. Litt. «Ad catholici sacerdotii», *A.A.S.* 28 (1936),' p. 13.

pienda consilia, quibus difficultates quantumvis graves superarentur, evangelicus Ecclesiarum illarum profectus curaretur, diversi ordines communitatum — presbyteri et laici, magistri et discipuli, iuvenes et senes — efficaciter adiuvarentur.

Perbene novimus Nos — ac perlibenter ideo edicimus — familiariter te agentem cum sacerdotibus tuis plurimum fructuosae operae semper collocavisse in eorum continuata institutione ac renovatione nec non in arcta coniunctione inter se et cum Ordinario suo. Aequaliter praeterea cum laicis te tractantem scimus passim ordinavisse cursus educationis christianae, actionem catholicam novis viribus corroboravisse, et ita apostolatum Ecclesiae multiplici consilio prosperavisse. Ad extremum vero memorare nominatim Nobis placet insignes profecto partes quas antea inter Galliae Episcopos explevisti ut Praeses totius Conferentiae episcopalis.

Quodcumque ergo sacrum officium, ad quod Redemptor Divinus apostolos suos eorumque successores perpetua voluntate destinaverat — docendi sanctificandi ducendi per terras Populi Dei —, tu, Venerabilis Frater Noster, hos proximos viginti quinque annos omnibus ingenii mentisque tuae virtutibus exsequi studuisti, quo quidem faciendo mirum quantum contulisti ad prosperitatem Matris Ecclesiae tua in natione ac dignitatem ipsius etiam longe ab ea. De hoc itaque omni episcopatus tui frugifero opere et uberi proventu gratulabundam Nostram laudativamque vocem ad te, Venerabilis Frater Noster, perferimus una cum optimis omnibus cuncti populi catholici Parisiensis.

Scito Nos anniversario die primo Maii mensis tui precando memores fore, cui in praesenti exoptamus suavissimam Domini consolationem, muneris episcopalis tui expeditam prosecutionem, gregis istius solidam in fide confirmationem, auspice Apostolica Benedictione, quam amantissime tibimet in primis elargimus tum Episcopis Auxiliaribus, sacerdotibus ac religiosis et Christifidelibus singulis archidioecesis Parisiensis.

Ex Aedibus Vaticanis die xii mensis Aprilis anno MCMLXXVII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PAULUS PP. VI

HOMILIAE

I

Dominica Passionis Domini seu Palmarum in Petriana Basilica.*

Fratelli e Figli carissimi !

Procuriamo di comprendere.

Perché siamo qua convocati? Perché è la ((Domenica delle Palme ». E che cosa vuol dire « Domenica delle Palme »? Vuol dire che oggi il pensiero della Chiesa è molto interessato a ricordare, a rievocare un fatto nella vita di Gesù molto importante ; così importante che riguarda anche noi. Fate attenzione : non si tratta soltanto di un rito commemorativo ; cioè di una memoria celebrata per ricordare un episodio della storia evangelica. Lo ricordate l'episodio?

Gesù è a Betania, a pochi chilometri da Gerusalemme. A Befania Gesù aveva risuscitato Lazzaro, fatto questo che aveva commosso il popolo ; la notizia aveva prodotto grande meraviglia ; e la gente era accorsa per vedere non solo Gesù, ma per vedere altresì Lazzaro, il risuscitato. Vi era una grande folla, anche perché era vicina la Pasqua ebraica, la ricorrenza annuale in cui da tutta la Palestina accorreva gente a Gerusalemme. Vi era dappertutto grande eccitazione e fervore nella moltitudine ; e vi era grande rabbia nei Capi giudaici, tanto che fino da questo momento pensavano come uccidere non solo Gesù, ma anche Lazzaro per reprimere la popolarità che si era fatta intorno a Gesù stesso.[1] Voi sapete il resto : Gesù, a Bethfage prima di entrare in Gerusalemme, monta sopra un asinelio, e si avvia verso la città, e l'entusiasmo del popolo non si contiene più, e scoppia in applausi ; in applausi espressi da acclamazioni speciali : Hosanna ! cioè evviva al Figlio di David ! benedetto Colui che viene nel nome del Signore! e va agitando le palme, cioè rami strappati dagli alberi, operazione questa che caratterizza la scena, e che per l'entusiasmo dei giovani e dei fanciulli si prolungò accompagnando essi Gesù fino al Tempio, con grande indignazione dei nemici di Lui, che prese alla fine le difese di quella turba giovanile : « Sì,

* Die 3 m. Aprilis a. 1977.

[1] *Io* 12, 10-11.

disse allora il Maestro, dalla bocca di bambini è scaturita la lode)), come Davide, in un suo salmo, aveva predetto.[2]

Quale significato aveva questa accoglienza fatta a Gesù dal popolo di Gerusalemme e dalla gente del Paese affluita nella città? Aveva un significato specialissimo, quello di riconoscere in Gesù il Messia. E che voleva dire allora questo titolo di Messia? Messia voleva dire una persona consacrata rappresentante di Dio, il Cristo, cioè uno rivestito di dignità sacerdotale e regale, un personaggio in cui erano realizzate le speranze profetiche del Popolo ebraico, colui che avrebbe compiuto in se stesso la figura del Re ideale, liberatore dalla dominazione straniera e assertore della gloria e dei destini superlativi a cui Israele era misteriosamente destinato.[3] Era un titolo ancora dal significato impreciso, ma che ai giorni di Gesù dominava le fantasie e gli spiriti impazienti e fiduciosi che il suo tempo era venuto.[4] Era il titolo della speranza escatologica, cioè finale per Israele, per il Popolo eletto.

L'episodio delle palme segna perciò nel Vangelo un momento risolutivo, d'una importanza straordinaria : Gesù è riconosciuto, è proclamato Messia; è acclamato come il Cristo, tanto atteso, tanto amato. Ormai la vita, la storia, la sorte d'Israele non avrà più senso che in Lui, Gesù di Nazareth.[5]

Ecco allora il senso, il valore di questa nostra solennità liturgica.

— Cathedrali Ecclesiae Bissagensi nuper erectae in Republica Guineana-Bissagensi promovit R. P. Septimium Arturum Ferrazzetta, Ordinis Fratrum Minorum Sodalem, missionalis regionis de Cumura dictae Superiorem.

Die 5 Aprilis. — Titulari episcopali Ecclesiae Anglonensi praefecit R. P. D. Andream Cordero Lanza de Montezemolo, Praelatum honorarium Sanctitatis Suae, Pontificiae Commissionis Studiosorum a « Iustitia et Pace » Secretarium, quem archiepiscopali dignitate ornavit atque Apostolicum Pro-Nuntium in Papua Nova Guineana Ditione necnon Delegatum in Insulis Salomoniis Apostolicum nominavit.

Die 15 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Kroonstadensi praeposuit R. P. Ioannem Ludgerum Bonaventuram Brenninkmeyer, Ordinis Praedicatorum, Vicarium Sancti Dominici Ordinis in Australi Africa Provincialem.

— Cathedrali Ecclesiae, nuper erectae in Coreana Republica, Cheiuensi assignavit R. D. Michaelem Pak Jeong-Il, e clero dioecesano Masanensi, Theologiae Moralis in Regionali Seminario Professorem.

II

NOMINATIONES

Decretis ut infra datis Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renuntiavit :

Die 15 Decembris 1976. — R. P. D. Vincentium Mojwok, e clero Sudanensi, Administratorem Apostolicum « sede vacante » Dioecesis Malakalensis.

Die 3 Februarii 1977. — R. P. Henricum I. Winkelmolen, Congregationis Sancti Spiritus sodalem, Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » Dioecesis, nuper erectae, Samensis.

Die 2Jf Martii. — **B. P. Franciscum Desmondum Antonium Clarke, Ordinis Fratrum B. M. V. de Monte Carmelo, Administratorem Apostolicum ((sede plena » Dioecesis Umtaliensis.**

Die 25 Martii. — **R. P. D. Bogerum Mpungu, e clero saeculari dioecesano, Administratorem Apostolicum « sede vacante et ad nutum Sanctae Sedis » Dioecesis Muyinganae.**

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

ANDEGAVEN.

Beatificationis seu declarationis martyrii Servorum Dei Guillelmi Repin et XCVIII Sociorum, in odium fidei, uti fertur, annis 1793-1794 interfectorum.

SUPER DUBIO

An eorum Causa introducenda sit

Exeunte saeculo XVIII, furente rerum publicarum in Gallia perturbatione, saeviit quoque impia persecutio, quam infesti catholico nomini homines excitaverunt, in qua ingens Christifidelium multitudo cuiusvis sexus et socialis condicionis, in odium Fidei interempti, gloriosum fecerunt martyrium. Quorum Fidei testium non paucis iam Beatorum Caelitum honores hoc vertente saeculo a Romano Pontifice decreti sunt, videlicet agminibus seu coetibus Martyrum Compendiensium, Valencensium, Cameracensium, Avenionensium, Parisiensium et Valleguidonensium.

Ex amplius duabus milibus illius tempestatis a *Terrore* **nuncupatae victimis, quae annis 1793-1794 Andegavi, in clara Galliae urbe, sive Guillotiniano supplicio sive ignivomae manuballistae emissione necatae fuerunt, nunc novem et nonaginta infra recensentur, de quorum Causa introducenda nuper apud hanc Sacram Congregationem disceptatum est. Quorum 12 sacerdotes, 3 religiosae, 4 viri laici et 80 mulieres. Eorum autem nomina haec, quae sequuntur.** *Sacerdotes :* **1. Repin Guillelmus; 2. Bâtard Laurentius; 3. Chartier Franciscus Ludovicus; 4. Fardeau Andrear; 5. Laigneau de Langellerie Iacobus; 6. Langevin**

Ioannes Michael; 7. Ledoyen Iacobus; 8. Lego Ioannes Baptista; 9. Lego Renatus; 10. Moreau Iosephus; 11. Peltier Franciscus; 12. Tessier Petrus. *Religiosae:* **13. Baumgarten Odilia; 14. du Verdier de la Sorinière Rosalia; 15. Vaillot Maria Anna.** *'Viri laici:* **16. Delépine Petrus; 17. Fournier Antonius; 18. Frémond Petrus; 19. Ménard Ioannes.** *Mulieres:* **20. Androuin Gabriela; 21. Androuin Petrina; 22. Androuin Susanna; 23. Bauduceau Victoria nupta Réveillère; 24. Bellanger Francisca; 25. Bessay de la Voûte Ludovica; 26. Besson Petrina; 27. Blond Magdalena; 28. Bonneau Francisca; 29. Bourgeais Renata vidua Juret; 30. Bourigault Ioanna; 31. Bourigault Petrina; 32. Cady Magdalena; 33. Caileau Renata nupta Giraiilt; 34. Cassin Maria; 35. Chauvigné Maria Ioanna nupta Rorteau; 36. Chauvigné Simona nupta Charbonneau; 37. Cottenceau Catharina; 38. Davy Carola; 39. Dean de Luigné Ludovica Amata; 40. de la Dive Maria vidua du Verdier; 41 de Villeneuve Anna Francisca; 42. du Verdier de la Sorinière Catharina; 43. du Verdier de la Sorinière Maria Ludovica; 44. Fausseuse Maria; 45. Feillatreau Renata Maria vidua Dumont; 46. Forestier Maria; 47. Fouchard Ioanna vidua Chalonneau; 48. Gallard Maria nupta Quesson; 49. Gasnier Maria nupta Mercier; 50. Gingueneau Maria vidua Coueffard; 51. Gourdon Ioanna vidua Moreau; 52. Grillard Maria; 53. Grillard Renata; 54. Grille Petrina; 55. Gruget Ioanna vidua Doly; 56. Gusteau Victoria; 57. Hacher du Bois Maria Anna; 58. Hamard Anna; 59. Lardeux Maria; 60. Laurent Petrina; 61. Ledoyen Petrina; 62. Leduc Ioanna Maria nupta Paquier; 63. Lenée Maria nupta Lepage Varancé; 64. Leroy Maria nupta Brevet; 65. Leroy Maria; 66. Lucas Carola; 67. Martin Renata nupta L. Martin; 68. Maugrain Anna; 69. Michau Francisca; 70. Micheneau Francisca vidua Gillot; 71. Monnier lacobina; 72. Onillon Ioanna vidua L. Onillon; 73. Pagis Francisca nupta Roulleau; 74. Perrotin Magdalena vidua Rousseau; 75. Phélyppeaux Petrina nupta Sailland; 76. Pichery Maria vidua Delahaye; 77. Pichery Monica; 78. Piou Maria nupta Supiot; 79. Poirier Ludovica nupta Barré; 80. Potier Petrina Renata vidua Turpault; 81. Poulain de la Forestrie Maria Genovefa; 82. Poulain de la Forestrie Martha; 83. Pricet Felicitas; 84. Quenion Rosa; 85. Rallier de la Tertinière Ludovica vidua Dean de Luigné; 86. Rigault Renata nupta Papin; 87. Rivière Margarita nupta Huau; 88. Robin Margarita nupta Huau; 88. Robin Margarita; 89. Rochàrd Maria; 90. Roger Maria vidua Chartier; 91. Rouault Maria vidua Bouju; 92. Sailland d'Epinatz Ioanna Maria; 93. Sailland d'Epinatz Magdalena; 94. Sailland d'Epinatz Petrina Ioanna; 95. Sallé Magdalena;**

96. Seichet Renata vidua Dacy; 97. Suhard Francisca vidua Ménard; 98. Thomas Ioanna vidua Delaunay ; et 99. Valin Renata.

Omnes isti, viri et mulieres, e dioecesi Andegavensi oriundi, post violentam mortem statim a coevis et deinde a posteris « martyres » appellari coepti sunt atque uti apud Deum intercessores invocari. Quapropter percrebrescente in dies martyrii fama quam Deus supernis signis confirmare visus est, de Beatorum Martyrum honoribus eisdem Servis Dei tribuendis Causa inchoata est. Instructus est igitur in Curia Andegavensi, annis 1910-1919, processus episcopali auctoritate super fama martyrii, causae martyrii et miraculorum eorundem Servorum Dei; anno deinde 1921 adornatus, eadem in Curia Andegavensi, processus super obtemperatione Decretis Urbanianis circa cultum non praestandum latis. Uterque autem processus absolutus Romam est transmissus ad Sacram Rituum Congregationem, quae, attenta non reperitione scriptorum eorundem Famulorum Dei, die 25 mensis Iulii anno 1951 edixit nihil obstare quominus ad ulteriora procedi posset. Postulatoriae interim Litterae ad Summum Pontificem pervenerunt, quibus expostulabatur ut Causa beatificationis Servorum Dei, quorum nomina sunt superius recensita, apud Sedem Apostolicam introduceretur.

Cum autem in processu ordinaria potestate constructo probationes collectae fuissent per solos testes traditionis et per documenta, Causa ipsa commissa fuit studio Sectionis Historicae eiusdem S. Congregationis Rituum. Quae quidem, documentis ac monumentis historicis undique collectis eorumque in tuto posita veritate et authenticitate, amplam *Positionem super introductione Causae et martyrio* **ex officio concinnavit annoque 1969 publicis iuris fecit, quaeque Positio, die 21 mensis Maii eodem anno, favorabilia nacta est suffragia Consultorum historiae peritorum.**

Servatis igitur omnibus de iure servandis, instante Rev.mo P. Marcello Martin, Congregationis S. Spiritus sodali huiusque Causae legitime constituto postulatore, habitus est, die 2 mensis Iulii hoc anno 1976, Congressus Ordinarius Officialium Praelatorum huius Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum; quem excepit, die 12 Octobris hoc eodem anno, Congregatio Peculiaris Patrum Cardinalium, in qua Em.mus ac Rev.mus Dominus Gabriel Maria Garrone, Causae huius Ponens seu Relator, sequens dubium disceptandum posuit : *An introducenda sit Causa Servorum Dei in casu et ad effectum de quo agitur.* **Et, qui aderant, Patres Cardinales, re mature perpensa, affirmative responderunt, seu Causam esse introducendam, si Summo Pontifici placuisset.**

Super quibus omnibus facta postmodum per infrascriptum Cardinalem Praefectum Summo Pontifici relatione, Sanctitas Sua responsum Patrum Cardinalium ratum habuit et confirmavit.

Datum Romae, die 13 Novembris 1976.

CONRADUS Card. RAPILE, *Praefectus*

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

ACTA COMMISSIONUM

PONTIFICIA COMMISSIO DECRETIS CONCILII VATICANI II INTERPRETANDIS

Responsum ad propositum dubium

Patres Pontificiae Commissionis Decretis Concilii Vaticani II Interpretandis, proposito in plenario coetu quod sequitur dubio, respondendum esse censuerunt ut infra :

De Ordinario loci commorationis habitualis partis conventae

D. - Utrum in territoriis ubi, pro causis matrimonialibus definiendis, vigent tantum Tribunalia Regionalia, verba *Ordinarii loci commorationis habitualis partis conventae,* **de quibus in Litteris Apostolicis diei 28 martii 1971 Motu Proprio datis** *Causas Matrimoniales* **(IV, § 1, c), referri debeant ad Ordinarium ipsius dioecesis in qua pars conventa commorationem habitualem habet, an vero ad Episcopum qui munere fungitur Moderatoris Tribunalis Regionalis, attentis iuribus et officiis eidem competentibus ex art. 4** *Normarum* **Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis diei 28 decembris 1970.**

R. - *Affirmative ad primum, negative ad alterum,* **seu consensum requiri Ordinarii loci in quo pars conventa commorationem habitualem habet.**

Ss.mus Dominus Noster Paulus Pp. VI in Audientia die 14 februarii 1977 infrascripto impertita supradictam decisionem ratam habuit, adprobavit et publicari iussit.

PERICLES Card. FELICI, *Praeses*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sabato, 2 Aprile 1977, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Udienza Ufficiale, per la presentazione delle Lettere Credenziali, S. E. il Signor **ZDENKO SVETE**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica Socialista Federativa di Jugoslavia presso la Santa Sede.

Lunedì, 4 Aprile 1977, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Udienza Ufficiale, per la presentazione delle Lettere Credenziali, S. E. il Signor **FEREYDOUN DIBA**, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario dell'Iran presso la Santa Sede.

Martedì, 5 Aprile 1977, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Udienza S. E. il Generale **JOSEPH GARBA**, Ministro per gli Affari Esteri della Nigeria.

Sabato, 16 Aprile 1977, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Udienza S. E. il Dott. **ADOLFO MOLINA ORANTES**, Ministro per gli Affari Esteri del Guatemala.

Sabato, 23 Aprile 1977, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Udienza il Signor **BASIL DE FERRANTI**, Presidente del Comitato Economico e Sociale delle Comunità Europee.

Mercoledì, 27 Aprile 1977, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Udienza la Signora **IONA CAMPAGNOLO**, Ministro della Sanità e dello Sport del Canada.

Giovedì, 28 Aprile 1977, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto, in Visita solenne, Sua Grazia il Dott. **FREDERICK DONALD COGGAN**, Arcivescovo di Canterbury e Presidente della Comunione Anglicana.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Lettera Pontificia il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

1 maggio 1977. Sua Eminenza Rev.ma il Signor Cardinale Humberto S. Medeiros, Arcivescovo di Boston, Suo *Inviato Speciale* alle celebrazioni di Fatima, in Portogallo, in occasione del 60° anniversario della prima apparizione della Beatissima Vergine.

Con Breve Apostolico il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

5 aprile 1977. *Pro-Nunzio Apostolico in Papua Nuova Guinea* e *Delegato Apostolico nelle Isole Salomone Occidentali* e *Meridionali* il Reverendissimo Monsignor Andrea Cordero Lanza di Montezemolo, elevandolo in pari tempo, alla sede titolare Arcivescovile di Anglona.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

4 aprile 1977. *Membri del Pontificio Consiglio Cor Unum,* per il periodo di cinque anni : Sua Eminenza il Signor Cardinale Joseph Cordeiro, Arcivescovo di Karachi *(Pakistan) ;* S. E. Mons. James William Gleeson, Arcivescovo di Adelaide *(Australia) ;* S. E. Mons. Gregory Yong Sooi Nghean, Arcivescovo di Singapore *(Singapore);* S. E. Mons. Bernard Agre, Vescovo di Man *(Costa d'Avorio);* S. E. Mons. Italo Severino Di Stefano, Vescovo di Presidencia Roque Saenz Pena *(Argentina) ;* S. E. Mons. Julian Grobliski, Vescovo Ausiliare di Krakow *(Polonia);* S. E. Mons. Franz Hengsbach, Vescovo di Essen *(Germania) ;* S. E. Mons. Alfonso Lopez Trujillo, Vescovo titolare di Boseta, Segretario Generale del CELAM *(Colombia);* S. E. Mons. John A. O'Mara, Vescovo di Thunder Bay *(Canada);* S. E. Mons. James D. Sangu, Vescovo di Mbeya *(Tanzania);* S. E. Mons. José Manuel Santos Ascarza, Vescovo di Valdivia *(Cile);* il Rev. P. Nervasindo Cherubim *(Brasile) ;* il Rev. P. George Zemokhol *(Egitto) ;* il Sig. Charles Kodwo Ashun *(Ghana);* il Sig.

Prof. E. Lizano Fait *(Costa Rica) ;* il Sig. Dott. Aloysius Mariono *(Indonesia);* la Sig.ra Jesse Tellis Nayak *(India);* il Sig. Xavier Hee Sup Park *(Corea) ;* Caritas Internationalis ; Caritas Mexico *(Messico);* Catholic Fund for Overseas Development (CAFOD) *(Gran Bretagna) ;* Catholic Relief Service *(U.S.A.) ;* Comitato Internazionale Cattolico delle Infermiere ed Assistenti Medico-Sociali (CICIAMS); Comité Nacional de la Campaña contro el Hambre en el Mundo *(Spagna) ;* Commissione Internazionale Cattolica per le Migrazioni (CICM) ; Coopération Internationale pour le Développement Socio-Economique (CIDSE) ; Pontificie Opere Missionarie; Riunione delle Opere per le Attività delle Chiese Orientali (ROACO) ; Secours Catholique *(Francia);* S.E.D.E.C. (Caritas *Sri Lanka);* Società S. Vincenzo de Paoli; Sovano Militare Ordine di Malta; Unione dei Superiori Generali (USG) ; Unione Internazionale delle Superiore Generali (UISG).

4 aprile 1977. *Consultori del medesimo Pontificio Consiglio Cor Unum,* per il periodo di cinque anni : il Sig. Dott. Etienne Berthet *(Francia) ;* il Rev. Mons. Henri Bodet *(Francia);* il Sig. Emilio Fracchia *(Paraguay) ;* la Sig.ra Jackie Fabre *(Francia) ;* il Rev. Affonso Felipe Gregory *(Brasile) ;* il Rev. Mons. Joseph J. Harnett *(U.S.A.);* il Sig. Francis Musili *(Kenya) ;* il Sig. E. H. Quérin *(Belgio) ;* il Sig. Dott. Arnold Radtke *(Germania);* il Rev. Mons. Leo Schwarz *(Germania) ;* il Sig. Dott. Georg Specht *(Germania);* la Rev. Sr. Francis Webster, S.C.M.M. *{U.S.A.).*

30 » » *Membri della Pontificia Commissione «Iustitia et Pax»,* per il periodo di cinque anni : S. E. Mons. Antonio M. Javierre Ortas, Arcivescovo titolare di Meta, Segretario della S. Congregazione per l'Educazione Cattolica *(Spagna);* S. E. Mons. Lech Kaczmarek, Vescovo di Gdansk *(Polonia) ;* S. E. Mons. Heinrich Tenhumberg, Vescovo di Munster *(Germania) ;* S. E. Mons. Lucas Moreira Neves, Vescovo titolare di Feraci Maggiore, Vice-Presidente del Pontificio Consiglio per i Laici *(Brasile);* S. E. Mons. Mario Revollo Bravo, Vescovo titolare di Tinisa di Numidia, Ausiliare di Bogota *(Colombia);* Mons. Charles Moeller, Segretario del Segretariato per l'Unione dei Cristiani *(Bel-*

gio) ; il Sig. Bernard J. Oallinan *(Australia)* ; la Sig.na Elena Cumellá *(Argentina)* ; la Rev.da Sr. Hazel D'Lima, S.F.O.M. *(India)*; la Sig.ra Marie Elias *(Siria)*; il Sig. Michel Farah *(Egitto)* ; il Signor Norman Francis *(U.S.A.)*; la Sig.na Marie-Andrée France Boyer de la Giroday *(Isola Maurizio)* ; Lady Barbara Jackson, D.B.E. *(G-ran Bretagna)* ; il Sig. Paul Kaya *(Costa d'Avorio)*; la Rev.da Sr. Marjorie Keenan, R.S.O.M. *(U.S.A.)*; la Sig.ra Bernadette Kunambi *(Tanzania)* ; il Sig. Prof. Càndido Mendes de Almeida *(Brasile)*; il Sig. Prof. Marcel Merle *(Francia)* ; il Sig. Prof. Giuseppe Mira *(Italia)*; il Sig. Jeffrey Pereira *(Bangladesh)*; la Sig.ra Madeleine Ryan *(Canada)* ; il Sig. José Rodríguez Bossi *(Uruguay)*.

Protonotario Apostolico soprannumerario:

5 marzo 1977. Mons. Fera Francesco (Cassano all'Ionio).

Prelati d'onore di Sua Santità:

ce	gennaio	1977.	Mons. Adams John J. (New Orleans).
»		»	Mons. Amedee Francis (New Orleans).
»	»	»	Mons. Benedict James F. (New Orleans).
»		»	Mons. Boeshans Francis G. (New Orleans).
»		»	Mons. Champagne Roy J. (New Orleans).
»	»	»	Mons. Giuliani Giuseppe (Andria).
»	»	»	Mons. Koninkx William (New Orleans).
»	»	»	Mons. Marquette Preston J. (New Orleans).
»		»	Mons. Martin Harrison A. (New Orleans).
»		»	Mons. Moolakunnel Thomas (Mananthavady).
»	»	»	Mons. Moore Paul R. (New Orleans).
»		»	Mons. Newfield John L. (New Orleans).
»		»	Mons. Songy James B. (New Orleans).
10	»	»	Mons. Baudo Francis (Steubenville).
»	»	»	Mons. Giannamore Anthony (Steubenville).
»	»	»	Mons. Kakascik Edward (Steubenville).
	»	»	Mons. Nugent James B. (Steubenville).
»	»	»	Mons. Vadakel Abraham (Palai).
	»	»	Mons. Vanchipurackal Kurian (Palai).
»	»	»	Mons. Zekas Stanley (Steubenville).
22	»	»	Mons. Billy George (Passaic).
»	»	»	Mons. Firczak Paul (Passaic).
	»	»	Mons. Misulich Raymond (Passaic).
»	»	»	Mons. Moneta Robert G. (Passaic).
»		»	Mons. Senetsky Robert (Passaic).

24 gennaio 1977. Mons. Walsh Maurice Edward (Cairas).
21 febbraio » Mons. Catinella Antonino (Chieti).
» » » Mons. Holloway James (Meath).

Cappellani di Sua Santità:

1 ottobre 1976. Il sac. Palamattam Mathew (Kothamangalam).
» » » Il sac. Vellankal Mathew (Kothamangalam).
22 dicembre » Il sac. Herr Franciszek (Tarnów).
8 gennaio 1977. Il sac. Chao Ioseph (Essen).
» » » Il sac. Lenoci Michele (Andria).
» » » Il sac. Superbo Agostino (Andria).
10 » » Il sac. Horak Donald (Steubenville).
12 » » Il sac. Zwingmann Wolf (Freiburg im Breisgau).
25 » » Il sac. Alvares Manuel Quintino (Belgaum).
» » Il sac. Mannucci Valerio (Firenze).
» » Il sac. Mascarenhas Evaristo (Belgaum).
» » Il sac. Stefani Luigi (Firenze).
1 febbraio » Il sac. Klein Hermann (Freiburg im Breisgau).
4 » Il sac. Beil Johannes (Berlin).
» Il sac. Kaczmarek Norbert (Berlin).
» » Il sac. Krause Henrich (Berlin).
» » » Il sac. Steinke Roland (Berlin).
10 » » Il sac. Ferrara Vincenzo (Trivento).
» » Il sac. Kowalczyk Giuseppe (Varmia).
» » » Il sac. Pinto Lobo Leopoldo (Goa).
16 » Il sac. Khoraiche Albert (Tiro dei Maroniti).
21 » » Il sac. Argentieri Panfilo (Chieti).
» Il sac. Battista Vincenzo (Aquino, Sora e Pontecorvo).
» » » Il sac. Lecce Vincenzo (Aquino, Sora e Pontecorvo).
» » » Il sac. Marciano Antonio (Aquino, Sora e Pontecorvo).
» » Il sac. Mazza Federico (Aquino, Sora e Pontecorvo).
23 » Il sac. Vitali Armando (Macerata).
26 » » Il sac. Baltheiser Johannes (Bucarest).
5 marzo » Il sac. Campana Giuseppe (Cassano all'Ionio).
» » Il sac. D'Alessandria Vincenzo (Cassano all'Ionio).
» Il sac. Gatto Francesco (Cassano all'Ionio).
» Il sac. La Padula Silvio (Cassano all'Ionio).
» » Il sac. Morano Francesco (Cassano all'Ionio).
» » Il sac. Oliva Giuseppe (Cassano all'Ionio).
» » Il sac. Renne Silvio (Cassano all'Ionio).
» » Il sac. Scaravaglione Carmine (Cassano all'Ionio).
» » » Il sac. Serrano Guido (Cassano all'Ionio).
11 » » Il sac. Cevoli Raffaele (Rieti).
» » » Il sac. Chiarinelli Lorenzo (Rieti).
» » Il sac. Raccagni Giuseppe (Rieti).
» » » Il sac. Silvi Luigi (Rieti).
14 » » Il sac. Kattumana Abraham (Ernakulam).
19 Il sac. Lefeuvre Lucien (Rennes).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

29	**gennaio**	**1977.**	**Al sig. Soreca Antonio** *(Italia).*
17	**marzo**	**»**	**Al sig. Jacobelli Leopoldo (Roma).**

Í

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

3	**dicembre**	**1976.**	**Al sig. Bonecchi Francesco (Milano).**
»	»	»	**Al sig. Calcaterra Alberto (Milano).**
»	»	»	**Al sig. Cerini Ireneo (Milano).**
»	»	»	**Al sig. Colucci Francesco (Milano).**
»	»	»	**Al sig. Gian Ferrari Ettore (Milano).**
»	»	»	**Al sig. Talò Luigi (Milano).**
29	**gennaio**	**1977.**	**Al sig. Bekaert Antonio (Bruges).**
1	**febbraio**	»	**Al sig. Valvekens Frans (Malines-Bruxelles).**
15	»	»	**Al sig. Canniffe "William** *(Ireland).*
21	»	»	**Al sig. Fabbriani Zoni Eugenio (Roma).**

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

27	**marzo**	**1976.**	**Al sig. Ebbers Wilhel (Aachen).**
»	»	»	**Al sig. Franken Johannes (Aachen).**
»	»	»	**Al sig. Schumacher Rolf (Aachen).**
22	**ottobre**	»	**Al sig. Farid el-Mezzaoni (Alessandria d'Egitto).**
3	**dicembre**	»	**Al sig. Peschiera Achille (Milano).**
»	»	»	**Al sig. Taiana Enrico (Milano).**
4	»	»	**Al sig. Vogt Titus Julius (Groningen).**
12	»	»	**Al sig. Lebranc Albert (Luxembourg).**
23	»	»	**Al sig. Faragallah Samaan Boutros (Cairo).**
8	**gennaio**	**1977.**	**Al sig. Barker Thomas M. (New Orleans).**
»	»	»	**Al sig. Berwald John J. (San Francisco, Cai.).**
»	»	»	**Al sig. Betponey Clement (New Orleans).**
»	»	»	**Al sig. Bonfilio Victor P. (San Francisco, Cai.).**
»	»	»	**Al sig. Champagne Arthur J. (New Orleans).**
»	»	»	**Al sig. Charbonnet Clayton J. (New Orleans).**
»	»	»	**Al sig. Charbonnet Harry N. (New Orleans).**
»	»	»	**Al sig. Childress Ioseph A. (New Orleans).**
»	»	»	**Al sig. Clifton Clarence C. (New Orleans).**
»	»	»	**Al sig. Delery Oliver Stanislaus (New Orleans).**
»	»	»	**Al sig. Derbes Charles J. (New Orleans).**
»	»	»	**Al sig. Doyle Francis C. (New Orleans).**
»	»	»	**Al sig. Duff John Francis (San Francisco, Cai.).**
»	»	»	**Al sig. Duvigneaud Carl V. (New Orleans).**
»	»	»	**Al sig. Filice Francis P. (San Francisco, Cai.).**
»	»	»	**Al sig. Fitzmorris Norris Vernon (New Orleans).**

8	gennaio	1977.	Al	sig. Francis Norman Christopher (New Orleans).
»		»	Al	sig. Freitas Louis G. (San Francisco, Cai.).
»	»	»	Al	sig. Gallagher Donald M. (San Francisco, Cai.).
»	»	»	Al	sig. Gelpi Robley J. (New Orleans).
»	»	»	Al	sig. Gremillion Charles (New Orleans).
»	»	»	Al	sig. Hartson Maurice J. (New Orleans).
	»	»	Al	sig. Henning John Francis (San Francisco, Cai.).
		»	Al	sig. Jupiter Clarence Joseph (New Orleans).
»	»	»	Al	sig. Labat Victor Hay es (New Orleans).
»	»	»	Al	sig. La Borde Alden (New Orleans).
	»	»	Al	sig. Lapeyre Emile M. (New Orleans).
»	»	»	Al	sig. Martínez P. Davis (New Orleans).
	»	»	Al	sig. Miller Bichard *K.* (San Francisco, Cai.).
»		»	Al	sig. Molkenbuhr Edward (San Francisco, Cai.).
»	»		Al	sig. Monroe J. Edgar (New Orleans).
»		»	Al	sig. Peixotto Joseph Stephen (San Francisco, Cai.)
»	»	»	Al	sig. Peltier Harvey (New Orleans).
»	»	»	Al	sig. Read A. Louis (New Orleans).
»	»	»	Al	sig. Schoen Gerard Luois (New Orleans).
»	»		Al	sig. St. Martin Hugh P. (New Orleans).
»		»	Al	sig. Shumate Charles Albert (San Francisco, Cai.).
»		»	Al	sig. Solomon Frank Arthur (San Francisco, Cai.).
»	»	»	Al	sig. Stouse James A. (New Orleans).
»	»	»	Al	sig. Vath John (New Orleans).
		»	Al	sig. Ward Bernard J. (San Francisco, Cai.).
»	»	»	Al	sig. Robert E. (New Orleans).
22	»	»	Al	sig. Schipp Michael (Passaic).
25	»	»	Al	sig. Queguiner Pierre (Rouen).
15	febbraio	»	Al	sig. Husson Camille (Lyon).
2	marzo		Al	sig. Sabol John A. (Philadelphia).

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

11 marzo 1977. Al sig. Maffei Giovanni Leonardo (Napoli).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

3	dicembre	1976.	Al	sig. Boniardi Pasquale (Milano).
»	»	»	Al	sig. Brusa Gian Luigi (Milano).
»	»	»	Al	sig. Cernuschi Gianfranco (Milano).
»	»	»	Al	sig. Gini Giangiacomo (Milano).
»	»	»	Al	sig. Schirone Carmine (Milano).
»	»	»	Al	sig. Vanadia Luigi (Milano).
24	gennaio	1977.	Al	sig. Romani Giuseppe (Pitigliano).
29	»	»	Al	sig. Rolli Johannes (Freiburg im Breisgau).
15	febbraio	»	Al	sig. Chiodi Fioralpino (Vicenza).
5	marzo	»	Al	sig. Toscano Francesco (Cassano all'Ionio).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

3 dicembre 1976. Al sig. Colombo Carlo (Milano).
24 » » Al sig. Pietri Atom (Tripoli).
12 gennaio 1977. Al sig. Di Chiara Felice Antonio (Fermo).
15 » » Al sig. Gericke d'Herwynen Jean (Malines-Bruxelles).
1 febbraio » Al sig. Mot Georges (Malines-Bruxelles).
4 » » Al sig. De Schaetsen-van Brienen Albert (Malines-Bruxelles).
11 » » Al sig. Supino Augusto (Roma).
21 » » Al sig. D'Agostino Nicola (Roma).
23 » » Al sig. Colletti Antonio (Orvieto).

NECROLOGIO

3 aprile 1977. Mons. Pierre M. Théas, già Vescovo di Tarbes et Lourdes *(France).*
5 » » Mons. Vicente Roig y Villalba, Vescovo di Valledupar *(Colombia).*
12 » » Mons. Vincent Kennally, Vescovo tit. di Sassura, già Vicario Apostolico delle Isole Caroline e Marshall.
14 » » Mons. Francisco Maria Da Silva, Arcivescovo di Braga *(Portugal).*
» » » Mons. Vittorio De Zanche, Vescovo di Concordia-Pordenone *(Italia).*
17 » » Card. William Conway, Arcivescovo di Armagh *(Irlanda).*
26 » » Mons. Floyd Lawrence Begin, Vescovo di Oakland *(U.S.A.).*

An. et vol. LXIX 30 Iunii 1977 N. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

LITTERAE DECRETALES

Beato Ioanni Ogilvie S. I. honores Sanctorum decernuntur.

Omnis martyrii vis ac momentum, in quo praecipua eius sanctitatis causa, atque idcirco eius gloria, consistit, hoc est : esse nempe aliquid in hominum vita, quod sua dignitate vitam ipsam antecedat; et officium quod ceteris praestet ; et spem ita certam, si cum reliquis omnibus comparetur, ut numquam labefactari possit; esse denique in hominibus sanctum quid ac necessarium, cui cetera omnia, ac si res poscat, vita ipsa cedat oportet. Haec autem dignitas, hoc officium, hoc sanctum ac necessarium quid, est religiosae fidei veritas. Atqui haec absoluta fidei praestantia est primum ac maximum elementum in martyris, seu Christi testimonii psychologia : sicut certe primum ac maximum fuit in novensilis Sancti Ioannis Ogilvie, sacerdotis eiusdemque Religiosi professi Societatis Iesu. Homines quidem in martyribus labores atque dolores corporis potissimum considerare consueverunt, id est acerbos cruciatus, quos ipsi passi sunt; causam vero serius animadvertunt. Neque tamen cruciatus sunt maximus ac peculiaris martyrii honor atque praecipua ratio qua illud magni faciamus. Rem beatissimus Augustinus totam aperit, cum affirmat : non poenam efficere vere martyres, sed causam (cf. *Ep.* 89; *PL* 33, 310). Quae autem fuit Ioannis Ogilvie causa martyrii? Facile fuisse fidem deprehenditur. Sed fides iterum tam patet, quam orbis terrarum. Quae ergo fidei facies movit Ioannem Ogilvie ad certamen martyrii? Scilicet ea vox quae Christi auctoritate fidem annuntiaret : « Et eritis mihi testes » *(Act.* 1, 8) : hoc est testes, praecones

et martyres. Item aliae Iesu voces : « Euntes ergo ... docete omnes gentes)) *(Matth.* 28, 19) ; « Qui vos audit, me audit » *(Luc.* 10, 16) ; quibus sane vocibus duo continentur : Ecclesia magistra, atque fides quae ab ipsa traditur tamquam ab auctoritate quae ante nata est quam liber ipse qui de ea loquitur. Nimirum herois nostri sanctitas id proprium habet, ut sit certum obsequii testimonium erga magisterium Ecclesiae, itemque fidei erga Missam, id est erga eam religionis formam, quae tum Dei verbum celebrat, tum etiam Redemptoris sacrificium praesens reddit. Ioannes Ogilvie, datus ad supplicium quasi fidelitatem civili atque patriae potestati debitam prodidisset, re vera assertor fuit libertatis auctoritatis religiosae, iuxta perennem Christi sententiam : « Reddite ergo quae sunt Caesaris Caesari, et quae sunt Dei Deo » *(Matth.* 22, 1) ; in-eiusque laude ponendum, quod, vita magno animo posita, profuerit ad libertatem religiosam hominum cultui recuperandam, qualem videlicet recens Concilium Vaticanum II illustravit in enuntiatione ((Dignitatis humanae)) : neminem scilicet posse aut adstringi aut prohiberi a profitenda religione; teneri vero omnes officio quaerendae ac sequendae veritatis, maxime religiosae (cf. n. 2, 6. 9; cf. S. AUG. *Contra Litt. Petiliani, PL* 43, 315). Qua re tantum abest, ut Sanctus quem veneramur sit signum civilis vel spiritualis discordiae, ut, contra, ingratam memoriam abstergat violentiae atque immodicae auctoritatis usus, rerum religiosarum causa; et omnibus, quotquot sumus, praestet, ut controversias de fide mutuo obsequio componamus, veritatem serena mente pervestigantes cui adhaereamus, atque optata fidei et caritatis unitas fiat, quam Christus praecipuam Evangelii sui notam esse voluit (cf. *Io.* 17).

Ioannes Ogilvie Drum-na-Keith, in Scotiae provincia Banffshire hanc est vitam ingressus anno 1579, natu maximus Valtheri Ogilvie, viri nobilis eiusdemque divitis, Calvini placitis addicti. Pueritia obscurior ; compertum tamen habemus fuisse eum a patre, iam duodecim vel tredecim annorum puerum, in Galliam, in Italiam, in Germaniam missum, quo liberalius institueretur. Tum vero catholicam vitam cognovit, quae haud parum eum commovit. Natum inde interius dissidium, longum et acerbum, quod simul egregiam indolem in adulescente prodit, id est absolutam illius animi probitatem et proclivitatem ad ea omnia confestim sequenda, quae cognita veritas ac Dei voluntas eiusque invitatio secum traherent. Neque tamen optio ei facienda facilis. Qui, antiquissima' et amplissima familia natus, quae in historia regni illius magni momenti fuerat, ac sive Regi, sive Ecclesiae servierat (tametsi ab hac pater eius

multaque sanguine coniuncti postea accesserant), si causam catholicam suscepisset, eo rem adduci intellegebat, ut cum ipsa familia etiam stipendia parentum omnia mitteret, quibus vivebat ; futurum praeterea, ut honorum, quos facile consequi posset in sua religione, spes omnis decideret; et, siquando in patriam regrederetur, ceu rebellem ac proditorem sui vehementer insectarentur. Hae tamen cogitationes, quamvis graves, ilico loco cedebant, cum haec interrogatio animum subibat omnium maxima : quae demum esset vera religio, quam Deus consti - tuisset, quidque ab eo posceret. Puer ergo viros doctrina insignes interrogavit. Quorum tamen responsiones inter se repugnantes, itemque diversae explanationes theologicae cum mentem potius exturbarent, quod insitus sibi sensus consilium dabat, id iniit : ut, nempe, historiam Ecclesiae inspiceret, atque iis staret, quae ipse vera deprehendisset. Ceterum, pietati se toto animo dedidit atque amando Christo Iesu, qui tandem caelesti iubare veritatis eum collustravit. Quam cum cognovisset, Ioannes relictis omnibus quae haberet, est ilico sequendi Christi iter ingressus. Anno autem 1596, Scotorum Collegio quod in urbe Duaco esset, quodque eo tempore Lovanium translatum patebat, exceptus est. Atque tum fortasse est ad catholicam Ecclesiam admissus, opitulante nempe Cornelio van den Steen, e Societate Iesu Sodali eodemque viro in posterum ob exegetica scripta celeberrimo, quem eruditi Latino nomine Cornelio a Lapide cognoverunt. Anno 1598 relicto Collegio Lovaniensi, Castra Regina petiit, quam urbem etiam Ratisbonam dicunt; inde Olmucium. Insequenti vero anno poposcit, idque concessum, ut in Sodales Societatis Iesu adscisceretur ; atque die quinto mensis Novembris, eodem anno, in Noviciis Provinciae Austriacae Ordinis illius annumeratus est in urbe Brünn. Die sexto et vicesimo mensis Decembris, anno 1601, votis simplicibus paupertatis, castitatis et oboedientiae perpetuo nuncupatis in urbe Gradecio, tum hic tum Olmucii studia sua perfecit. Tum ad sui Ordinis usum et consuetudinem, studiis ad tempus intermissis, magisterium exercuit docendo iuvenes grammaticam, qui Collegium Societatis Iesu Vindobonae incolebant. Ubi vis autem vir Dei maximi habitus est, non modo ob sinceram virilemque pietatem, sed ob facultatem etiam prope singularem regendi iuvenes animosque confirmandi, eorum maxime qui e Congregatione Mariana essent, ut egregia in Deum proximumque caritate niterent, sui prodigi. Eius vero aequales haec potissimum ei laudi atque honori dabant : quod videlicet pie sancteque officia sua tueretur (neque id mirum, siquis reputet quanta superasset vocationis religiosae sequendae causa), et quod iucunda sem-

per animi serenitate Deo et Ecclesiae serviret. Ceterum, ille id speraverat usquequaque, posse se aliquando in patriam terram reverti ad catholicos sustentandos qui fidei christianae causa vexabantur. Simul ergo atque ordinationem sacerdotalem suscepit anno 1610 Lutetiae Parisiorum, etiam atque etiam se mitti in Scotiam ultro petiit; neque tamen id statim impetravit, cum Moderatoribus placuisset ut primis illis sacerdotii annis Rotomagi, in Galliae urbe, operam daret. Anno vero 1613, Claudius Aquaviva, totius Ordinis Praepositus Generalis, negotium ei dedit audax et iucundum, ut in Scotiam se conferret ad id ipsum, ut eos qui catholico nomine censerentur confirmaret, si fideles, in Ecclesiae saepta reduceret, si ab ea desciissent. Primo quoque tempore profectus, eodem anno 1613 in urbe Leith, quae haud procul ab Edimburgo est, portum tenuit, atque ad partes Scotiae Septemtrionales se convertit. Post vero breve iter in Galliam, ubi Moderatorem sui Ordinis consuleret, Edimburgo et Glasguae, et Renfrewshire, ut cognominant, plurimum adlaboravit. Nam diu noctuque, sui immemor, ac periculi neglegens quod imminebat, iam omnibus auxilio erat; qui, perpetuo sedem mutans, et sacrificium Eucharisticum pro fidelibus christianis celebrabat, et sacramenta administrabat, et publicas custodias cum summo discrimine ingressus, praeterquam quod eos qui ibidem condebantur catholicos recreavit, non paucos etiam ad nostram sacrosanctam fidem convertit. Aequalis quidam auctor est eum eo tempore non destitisse, si modo occasio vel facultas daretur, ab hortandis fidelibus ut in officio starent, quorum prout frigescebat aut vigebat fides, et inflammabat ad religionis amorem, et confirmabat ad perseverandum. Qui quidem insectatorum suorum quam maxime potuit vigilantiam elusit, donec proditus ab indignis, Glasguae comprehensus est, die quarto decimo mensis Octobris anno 1614, cum aegre annus abiisset ex quo in patriam redierat. Cum captivitate iam aetas init ultima vitae beatissimi viri; in qua nempe potissimum eius ingenium patuit, quam dives animi pietas, quam egregia. Nam, cum id unum apud eum valeret : et veritas et Dei voluntas, nec umquam in agendo haesit, et postridie quam in custodiam ductus est, scriptum subsignavit, quo primatum Romani Pontificis in re divina affirmabat, tametsi pro certo sciebat fore ut propter hoc unum crimen occideretur. Legitur enim in actis martyrii quibus ipse subscripsit : « Interrogatus num Papae iurisdictio etiam in Regis provincias se extenderet, quod attinet ad res religiosas, non modo constanter adfirmavit, sed ob hanc rem se mori non recusare ». In omnibus autem quaestionibus quae longos per menses Glasguae atque Edimburgi ex eo habitae sunt, Ioannes

numquam potuit ab ea deduci opinione, qui neque vellet, neque posset Deum suum prodere. Ac potius quam cederet, tormenta subiit omnis generis, in quibus vigiliam coactam octo per dies novemque per noctes productam nullo intervallo ; atque id ea animi constantia pertulit, ut vel ipsi iudices admirati fuerint. Quin occasione capta, fidem atque fidelitatem suam erga Petri Cathedram summa fortitudine ac dicendi facultate defendit. Tum etiam, praeterea, cum res tam in angusto erat, fuit in eo satis urbanitatis ac leporis, quem ad modum sua ipsius causae dictio nuntiat, vehemens atque gravis, ubi multa sunt propria et acuta, quae praeter quam quod eius ingenii aciem demonstrant, tranquillam etiam animi serenitatem ostendunt, qua ille unus fruitur qui Deo arte coniungitur a quo et fulcitur.

Quamquam, captivum nostrum, qui interdiu conatus hostium comprimebat, adnitentium ut in suam ipsorum sententiam discederet atque nomina eorum aperiret qui eum iuvissent, noctu vero diu precibus instabat fundendis, non sane cepit ob res adversas taedium vitae ; et vitam quidem dilexit, sicut semper dilexerat ; sed noluit per fas nef asque eam servare. Testantur verba quae coram iudicibus habuit : « Vitam certe redimere cupio, ne tamen Deum perdam. Quod si utrumque assequi mihi non licet, libenti animo minus bonum amittam, ut summum custodiam ». Tandem die decima mensis Martii, anno 1615, morte mulctatus est, atque hora quarta post meridiem eiusdem ipsius diei laqueo suspensus. Paululum ante quam moreretur, intrepidus Christi martyr fidem suam erga regem testatus est in iis quae iurisdictionem regiam spectarent, ne dubium esset, se unice religionis causam mortem oppetere; quam aequo et forti animo obiit, ignoscens persecutoribus, precesque Deo adhibens usque ad finem. Corpus extra urbem in communem sceleratorum fossam abiectum est, neque ad hunc diem repertum.

Martyrii fama Ioannis Ogilvie ilico diffusa est tam in Scotia, quam in aliis nationibus, sicut constat e pluribus relationibus quae de eius vita et morte passim divulgatae sunt. Ordinariae ergo investigationes de eius martyrio et causa martyrii anno 1628 Herbipoli, in Germania, et anno 1629 in Urbe fieri coeperunt; deinceps haec causa beatificationis coniuncta est cum martyrum, qui in eadem persecutione mortem pro Christo in Anglia obiissent; instantibus vero Scotis, ut sui civis causa seorsum pertractaretur, Pius XI, Decessor Noster, anno 1924 benigne annuit. Celebratis igitur apostolica auctoritate processibus, absolutisque disceptationibus ceterisque servatis servandis, idem Pius XI pridie Calendas Décembres, anno 1929, de martyrio et causa martyrii Ioannis Ogilvie

constare declaravit, et die altero et vicesimo mensis Decembris eiusdem anni, incliti martyris sollemnem beatificationem peregit. Cum vero in dies augesceret beneficiorum rumor beati Ioannis Ogilvie intercessione acceptorum, quorum aliqua veri miraculi speciem praeferre videbantur, sollertes actores cogitare coeperunt de ea causa resumenda. Nos autem die octavo mensis Iulii, anno 1965, Commissionem, quam dicunt, resumptionis causae beati Ioannis Ogilvie probavimus. Hinc causae actores, e variis sanationibus quae, invocato beati Ioannis Ogilvie nomine, mirum in modum patratae videbantur, unam elegerunt, quam Apostolicae Sedi ad cognoscendum exhibuerunt, ut eidem beato Sanctorum honores decernerentur. Miraculum hoc obtigit Ioanni Fagan, Glasguae, quinquagesimum alterum annum agenti, qui, gravissimo carcinomate duos annos affectus, eo venerat, ut a die tertia ad diem sextam martii, anno 1967, in condicione lethargica versaretur, et, iuxta certam duorum medicorum sententiam, iam iam moreretur. Intercessione autem beati Ioannis Ogilvie invocata tam ab ipso aegroto, quam ab eius familia totaque paroecia, cuius templum erat Beato sacrum, ipse improviso in lecto se erexit, desiderium comedendi manifestavit, et, omnes in maximam admirationem convertens, apparuit clinice sanatus; vires et pondus recuperans, mox rediit ad condicionem viri undecumque validi, in eaque usque ad praesentem diem perseveravit. Super huiusmodi mira sanatione processus apostolicus in Glasguensi curia instructus est, a die decima quarta mensis Novembris, anno 1972, ad diem tertium decimum mensis Aprilis, anno 1973 ; de cuius iuridica auctoritate Sacra Congregatio pro Causis Sanctorum die quinto mensis Aprilis, insequenti anno, decretum fecit. Disceptari deinde coeptum est de eadem sanatione apud Sacram Congregationem : in peculiari conventu diei undetricesimi mensis Iulii, anno 1975, atque in Congregatione plenaria diei duodetricesimi mensis Octobris, eodem anno, relatore Venerabili Fratre Nostro Silvio S. R. E. Cardinali Oddi. Nos vero de affirmativa sententia circa sanationis indolem praeternaturalem certiores facti, miraculi veritatem die duodecimo mensis Februarii hoc anno, declaravimus, atque instantibus causae actoribus, benigne ab alterius miraculi, iure requisiti, necessitate liberavimus. Denique in sacro Consistorio, ad Aedes Vaticanas die quarto et vicesimo superioris mensis Maii habito, post auditam sententiam eorum quorum oportebat, diem diximus ad beati Ioannis Ogilvie canonizationem celebrandam, qui fuit decimus septimus mensis Octobris huius anni. Quo sane die, una cum frequentissima Patrum Cardinalium, Episcoporum, Antistitum, sacerdotum utriusque

ordinis, maxime vero e Societate Iesu corona, undique gentium, praesertim e Scotia confluentium, haec pronuntiavimus verba : ((Ad honorem sanctae et individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli et Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, beatum Ioannem Ogilvie Sanctum esse decernimus, ac sanctorum catalogo adscribimus, statuentes eum in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti)). Omnibus itaque quae inspicienda erant bene perspectis, quae supra acta memoravimus, universae Ecclesiae renuntiamus, mandantes ut harum Litterarum exemplis et locis, etiam typis editis, manu tamen alicuius tabellionis subscriptis sigilloque impressis, eadem prorsus habeatur fides, quae his tribueretur, si ostenderentur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo decimo mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo sexto, Pontificatus Nostri decimo quarto.

Ego PAULUS catholicae Ecclesiae Episcopus



Loco £B Plumbi

In Secret. Status tab., n. 821906.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

KARVARENSIS

Divisa dioecesi Belgaumensi, in India, ex eo territorio nova dioecesis conditur « Karvarensis » nomine.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Christi iussum : « Euntes in mundum universum, praedicate Evangelium omni creaturae » *(Matth.* **16, 15), adeo, Dei iuvante gratia, effectum est, ut iam nulla sit natio, aut populus, aut gens, penes quam christiana religio non innotuerit, et templum vero Deo non surrexerit, et ecclesiastica circumscriptio non constituta fuerit. Neque id mirum, cum Christus, adorandus Dei Filius, promiserit se cum Apostolis usque ad consummationem saeculi futurum. Cum ergo Ven. Fratres Nostri S. R. E. Cardinales Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositi, bene fieri censuerint, si in Indiae territorio nova dioecesis conderetur, Nos, de illius nobilissimi populi bono summe solliciti, tum consilium probamus, tum haec decernimus. A dioecesi Belgaumensi territorium civilis districtus, ut dicunt, North Kanara separamus, atque novam dioecesim constituimus, quae ab urbe Karvar** *Karvarensis* **cognominabitur, atque archidioecesi Bangalorensi suffraganea'erit. Episcopus Karvarensis sedem suam in urbe Karvar collocabit, ac in templo huius civitatis praecipuo cathedram sui magisterii ponet. Nempe templum hoc cathedrale erit cum iuribus debitis. Indulgemus autem, ut pro Canonicis Consultores dioecesani eligantur, qui Episcopum consilio atque ope iuvent. Hi vero a munere cessabunt Canonicorum Collegio constituto. Ad electionem Vicarii Capitularis autem quod attinet, Sede vacante, ad regimen Ecclesiae, ad iura et onera cleri et populi, similia, haec omnia iure Canonico temperentur. Quae vero per has Litteras iussimus Venerabilis Frater Lucianus Storero exsequi studebit, Archiepiscopus titulo Tigimmensis atque in India Pro-Nuntius Apostolicus; qui poterit, si visum, etiam alium legare, modo in ecclesiastica dignitate constitutum. Ee vero acta, documenta exarentur, atque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione cito mittantur. Ceterum**

volumus ut hae Litterae ratae habeantur, atque vim suam in perpetuum habeant.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quarto et vicesimo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo sexto, Pontificatus Nostri tertio decimo.

& IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

AGNELLUS Card. Rossi
S. *Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus*

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £8 **Plumbi**

In Secret. Status tab., n.

II

NALGONDAENSIS

In Indica natione nova conditur dioecesis « Nalgondaënsis » nomine.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Animarum utilitati pro apostolico Nostro munere consulere studentibus iisque aptiora subsidia comparare, visum est Nobis sententiam esse accipiendam Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, qui Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione praesunt, de nova in Indica natione condenda dioecesi. Audito igitur hoc super negotio favorabili voto omnium quorum interest, sequentia decernimus ac iubemus. Districtum civilem vulgo « Nalgonda » nuncupatum dioecesis Varangalensis, atque districtum civilem vulgo « Mahbubnagar » archidioecesis Hyderabadensis distrahimus, eosque in novam dioecesim constituimus, *Nalgondaënsem* **appellandam, cuius fines statuendos esse censemus per limites quibus duo simul civiles districtus supradicti finiuntur. Nova praeterea dioecesis suffraganea erit Sedi metropolitanae Hyderabadensi ; Episcopi sedes in urbe Nalgonda collocetur, atque eius magisterii cathedra in ecclesia principe eiusdem civitatis ponatur. Usque dum vero Canonicorum collegium condi possit, consultores dioecesani eorum loco deligantur, qui ad normam iuris sacro dioecesis Praesuli as-**

sistant. Cetera iuris communis legibus regantur. Haec denique, quae praescripsimus, ad effectum adducat Venerabilis Frater Lucianus Storero, Pro-Nuntius Apostolicus in India, Archiep. tit. Tigimmensis, vel ab eo delegatus sacerdos, perfectique negotii documenta ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione de more mittat, rite signata sigilloque impressa. Has vero Litteras Apostolicas sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die uno et tricesimo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo sexto, Pontificatus Nostri tertio et decimo.

© IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab., n. 824884.

III

CUDDAPAHENSIS

In Indica natione nova conditur dioecesis nomine « Cuddapahensis ».

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quoniam ad recte universum Christi gregem gubernandum Nobis sunt aptiora in dies incepta suscipienda, sententiam accipiendam esse putavimus Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, qui Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione praesunt, de nova nempe in India condenda dioecesi. Audito igitur hoc super negotio favorabili voto omnium quorum interest, sequentia decernimus. A dioecesi Nellorensi territorium separamus civilis districtus vulgo « Cuddapah » appellati atque territorium districtus ((Chittoor », iisque dioecesim constituimus nomine *Cuddapahensem,* **cuius fines iidem erunt ac fines civilium districtuum « Cuddapah » atque « Chittoor ». Nova dioecesis suffraganea erit archidioecesi Hyderabadensi ; Episcopi sedes eius-**

que magisterii cathedra collocetur in ecclesia principe eiusdem civitatis Cuddapahensis. Usque dum vero Canonicorum collegium condi possit, consultores dioecesani eorum loco deligantur, qui ad normam iuris sacro dioecesis Praesuli assistant. Haec quae praescripsimus ad effectum adducat Ven. Frater Lucianus Storero, in India Pro-Nuntius Apostolicus, Archiepiscopus titulo Tigimmensis, vel ab eo delegatus sacerdos, suetaque documenta exaranda studeat, ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittenda, de more signata sigilloque impressa. Has vero Litteras ratas omnino esse volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die undevicesimo mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo sexto, Pontificatus Nostri quarto decimo.

& IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Secret. Status tab., n. 324882.

IV

ELURUENSIS

Detractis quibusdam territoriis a dioecesi Vijayavadensi, in India, nova conditur, « Eluruensis » cognomine.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Haud dubitantes, quin, auctis gregis dominici portionibus, maior ovibus obventura esset utilitas, censuimus precibus obsecundare, Nobis relatis a Venerabili Fratre Nostro S. R. E. Cardinali Praefecto Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, eo pertinentibus ut, parte detracta a territorio dioecesis Vijayavadensis, nova inde conderetur dioecesis. Ex sententia igitur Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis praedictae Congregationis

praepositorum, auditoque voto omnium quorum res interest, Apostolica Nostra potestate, haec quae sequuntur decernimus. Territorium districtus civilis vulgo « West Godavari » appellati et partem districtus civilis « East Godavari » nuncupati, a territorio praedictae dioecesis Vijayavadensis seiungimus, ut ex iis fiat dioecesis *Eluruensis* **nominanda, quae territorium districtus civilis « West Godavari » et partem districtus civilis « East Godavari », ut supra dictum est, complectatur. Constitutae autem per Nos dioecesis sedes in urbe Eluru erit, cathedra autem episcopalis in eiusdem urbis ecclesia principe collocabitur, iustis cum iuribus. Statuimus insuper, ut condita dioecesis suffraganea sit metropolitanae sedi Hyderabadensi, eiusque sacer Pastor Praesulis metropolitani eiusdem Ecclesiae archiepiscopali iuri obnoxius. Pro canonicorum collegio — donec hoc constitui potest — deligantur consultores dioecesani, ad normam iuris. Ad dioecesis regimen quod attinet, administrationem, Vicarii capitularis electionem aliaque id genus, sacri canones omnino serventur. His Litteris ad effectum adductis, sacerdotes ei Ecclesiae dioecesanae censeantur ascripti, in cuius territorio officium vel beneficium ecclesiasticum habeant; ceteri autem presbyteri, clerici seminariique tirones ei, in qua legitime degant. Acta et documenta, ad novam dioecesim Eluruensem spectantia, a Curia Vijayavadensi ad illius Curiam transferantur, in tabulario religiose servanda. Haec demum, quae praescripsimus, ad effectum adducat Venerabilis Frater Lucianus Storero, Archiepiscopus titulo Tigimmensis, Apostolicus in India Pro-Nuntius, vel ab eo delegatus sacerdos, absolutique negotii documenta ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittat. Has sub plumbo datas Litteras ratas esse volumus, contrariis quibusvis non obstantibus.**

Datum Romae, apud S. Petrum, die nono mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo sexto, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© **IOANNES Card. VILLOT**
Secretarius Status

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Secret. Status tal., n. 324835.

V

KHANDVAËNSIS

Distractis quibusdam territoriis a dioecesi Indorensi, in Indiae finibus, nova alia constituitur, « Khandvaënsis » nomine.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolico officio quod Nobis divinitus commissum est perquam diligenter fungi studentes, in id si oporteat peculiari sedulitate incumbimus, ut, ad aptius efficaciusque Christifidelium necessitatibus consulendum, novas in Ecclesia dioeceses constituamus. Quod ideo Venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales praepositi Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide exsequendum censuerunt Nos libenti animo accipientes, summa Nostra potestate sequentia decernimus ac iubemus. A dioecesi Indorensi territoria distrabimus districtuum civilium vulgo appellatorum « Khandwa » et « Khargone » iisque novam dioecesim condimus, *Khandv&ënsem* **cognominandam iisdemque finibus circumscribendam ac civilium districtuum, quos diximus. Sic constitutae dioecesis episcopalis cathedra in urbe vulgo Khandwa ponatur, seu in sacra eiusdem civitatis aede principe. Mandamus praeterea ut, pro Canonicorum collegio, consultores dioecesani ad normam iuris deligantur, Episcopum consilio et ope iuvaturi. Eamdem praeterea dioecesim suffraganeam esse metropolitanae Sedi Bhopalensi statuimus. Haec quae praescripsimus ad effectum ex more adducantur, effectique negotii congrua documenta exarentur ad Sacramque Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittantur, rite subscripta sigilloque impressa. Has vero Litteras Apostolicas firmas esse et fore volumus, contrariis nihil obstantibus.**

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertio mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

& IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi

In Secret. Status tab., n. 325973.

VI

SAMENSIS

Praefectura apostolica Samensis, in Tanzania, dioecesis fit.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Praefecturam illam apostolicam Samensem, quam die decimo mensis Decembris constituimus anno millesimo nongentesimo sexagesimo tertio, magnopere fore confisi ut catholicae res illa in Tanzaniae regione, Deo iuvante, florerent, iam esse ad dioecesis dignitatem evehendam censuerunt Venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales, qui Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide praepositi sunt. Huismodi autem sententiam libenti Nos mente accipientes simulque optantes ut, quae pastoralia coepta a sedulis Evangelii operariis usque adhuc inita sunt ad effectumque feliciter adducta quodammodo in posterum multiplicentur, ea quae sequuntur decernimus et iubemus. Praefecturam apostolicam *Samensem* **ad gradum dioecesis attollimus, nomine non mutato, quae quidem Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione perget esse obnoxia. Statuimus praeterea ut metropolitanae Sedi Daressalaamensi suffraganea sit eiusque Episcopus eiusdem Sedis Metropolitae. Episcopi sedes in urbe Same sit, episcopalis vero magisterii cathedra in sacra aede Christo Regi dicata, quae tamquam cathedrale templum iure habebitur. Mandamus praeterea ut, pro Canonicorum collegio, consultores dioecesani ad tempus deligantur, Episcopum consilio et ope iuvaturi. Ad cetera, quae ad dioecesis rectionem pertinent, Codicis Iuris Canonici leges stricte serventur. Haec quae praescripsimus ad effectum sueto more adducantur, effectique negotii documenta exarentur ad Sacramque Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittantur. Hanc Constitutionem Apostolicam nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus, contrariis haud obstantibus.**

Datum Romae, apud S. Petrum, die III mensis Februarii, anno Domini MCMLXxvii, Pontificatus Nostri xiv.

© IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Godefridus Mariani, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi
In Secret. Status tab., n. 326948.

VII
HUMENSIS-THIBODENSIS

Quibusdam locis ab archidioecesi Novae Aureliae detractis nova conditur dioecesis nomine « Humensis-Thibodensis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quandoquidem, pastorali cura id ferente, sacer Praesul archidioecesis Novae Aureliae, vota expromens sive sua sive Conferentiae Episcopalis Civitatum Foederatarum Americae Septemtrionalis, ab hac Apostolica Sede poposcit ut, quadam acta partitione illius archidioecesis, nova ibidem conderetur dioecesis, Nos idcirco, qui quantum maxime possumus curamus ut christiani populi utilitatibus ubique terrarum consulatur, audita hac de re sententia Venerabilis Fratris Ioannis Jadot, Archiepiscopi titulo Zuritani et Delegati Apostolici in Foederatis Americae Septemtrionalis Civitatibus, consilioque simul perpenso Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Sacrae Congregationis pro Episcopis praepositorum, preces illas excipiendas statuimus hasque per Litteras haec, quae sequuntur, Apostolica Nostra potestate decernimus et iubemus. Ab archidioecesi Novae Aureliae seiungimus tum civiles regiones vulgo « Terrebonne » et « Lafourche » cognominatas, tum eam partem quae in civili regione est vulgo ((Saint Mary » appellata, tum etiam portionem illam in civili territorio « Jefferson » vulgo nuncupato positam, quae ad meridiem undetriginta graduum et triginta minutorum latitudinis septemtrionalis extenditur. Quibus omnibus locis, a memorata archidioecesi detractis, novam condimus dioecesim *Humensem-Thibodensem* appellandam, cuius sedem statuimus in urbe Huma (((Houma »), quae hac de causa ad dignitatem episcopalis urbis evehitur ; episcopalis vero magisterii ibi cathedram Agimus in sacra aede Deo in honorem Sancti Francisci de Sales dicata, quae cathedrale dehinc habebitur templum, ornatum insignibus et privilegiis ad cathedralia dioecesium templa pertinentibus. In urbe autem dicta « Thibodaux » ad gradum concathedralis templi eam evehimus sacram aedem quae Deo in honorem Sancti Iosephi est dicata, ubi Episcopus Humensis-Thibodensis iure cathedram sui magisterii erigere valeat, sibique, prout consentaneum videatur, liceat pontificalia, diebus quoque sollemnioribus, exercere atque in eadem urbe pro lubitu degere. Mensa episcopalis novae dioecesis

Humensis-Thibodensis constituetur Curiae emolumentis aut fidelium largitionibus atque iusta bonorum portione quae ei obvenient ex divisione ad normam can. 1500 C.I.C. agenda. Episcopo quidem pro tempore Humensi-Thibodensi omnia iura et privilegia atque honores tribuimus, quae ceterorum in orbe Episcoporum locorum sunt propria, eidem et oneribus et officiis impositis, quibus omnes ligantur dioecesani Episcopi. Concedimus ut, servatis de iure servandis, Consultores dioecesani interea deligantur, donec hac in nova dioecesi capitulum cathedrale per alias sub plumbo Litteras rite constituetur. De Seminarii erectione, deque alumnorum sacerdotali educatione et institutione serventur non modo sacri canones, verum etiam normae Decreti Concilii Vaticani II ((Optatam totius » atque peculiares Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica regulae. De clero ita statuimus, ut, his Litteris ad effectum adductis, presbyteri eidem Ecclesiae censeantur adscripti cuius in territorio officium vel beneficium habeant ; ceteri vero, nec non Seminarii tirones, addicantur illi dioecesi, cuius in finibus suum habeant domicilium. Mandamus insuper ut documenta omniaque acta, quae aut, ad novam dioecesim eiusque clerum aut ad fideles aut ad temporalia bona pertinent, ad Curiam novae Ecclesiae transferantur, in condendo tabulario religiose custodienda. Humensem-Thibodensem dioecesim suffraganeam Sedi Novae Aureliae efficimus, itemque Episcopum pro tempore novae dioecesis metropolitico subicimus iuri sacri Praesulis eiusdem archidioecesis. Quae praescripsimus ad effectum adducantur a Venerabili Fratre Ioanne Jadot, quem diximus, vel a delegato per eum sacerdote, qui perfecti negotii documenta ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittat, de more signata sigilloque impressa. Has vero Litteras Apostolicas sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die altero mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

© SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Godefridus Mariani, *Proton. Apost.*

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco £B Plumbi

In Secret. Status tab., n. 322968.

VIII
BISSAGENSIS

Praefectura Apostolica Guineae-Bissagensis ad gradum dioecesis attollitur, nomine « Bissagensis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Rerum catholicarum incrementa quae in praefectura apostolica Guineae-Bissagensi, magna adlaborantibus sedulitate christianae fidei praeconibus, feliciter allata sunt, quae praeterea vel maiora etiam, Deo auxiliante, in posterum fieri praevidentur, causa est idonea quam maxime cur sententiae accedendum esse voluerimus Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositorum, ut eadem praefectura ad dioecesis dignitatem eveheretur. Summa igitur usi Nostra potestate, ecclesiasticam circumscriptionem, quam diximus, ad gradum dioecesis attollimus, *Bissagensem* **appellandam atque Apostolicae huic Sedi immediate subiciendam. Sic conditam dioecesim Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione obnoxiam manere statuimus; Episcopi sedem in urbe vulgo ((Bissau » cognominata poni, episcopalisque magisterii cathedram in templo esse, Deo dicato in honorem B. M. V. titulo « Nossa Senhora de Candelaria » excultae, quod exinde cathedrale habebitur. Mandamus insuper ut, pro Canonicorum collegio, consultores dioecesani deligantur, qui Episcopum consilio et ope adiuvent, utque reliqua omnia, rectam novae dioecesis gubernationem respicientia, iuxta Codicis Iuris Canonici praescripta temperentur. Haec demum, quae iussimus, ad effectum rite adducantur confectique negotii documenta exarentur et ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione mittantur, ex more signata sigilloque impressa. Apostolicam hanc Constitutionem firmam esse et fore volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus.**

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo primo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Eugenius Sevi, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In Secret. Status tab., n. 826811.

IX

CHEIUENSIS

Praefectura Apostolica Cheiudoensis in Corea, ad dioecesis gradum et dignitatem evehitur, sumpto nomine « Cheiuensi ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Munus Apostolicum universae Ecclesiae regendae, quod summi Dei consilio et voluntate suscepimus, id poscit, ut non modo Christi fideles sincera veritate pascamus (cfr. *Io.* 21, 15-17) : sunt enim Christi verba spiritus et vita (cfr. *Io.* 6, 64) ; sed etiam ut Ecclesiarum faciem et formam interdum immutemus, cum nempe ex ea re commoda et bona manare christiano populo praevideantur. Ille est enim diligens pater familias, « qui profert de thesauro suo nova et vetera » *(Matth.* 13, 52). Qua re, cum in Praefectura Apostolica Cheiudoensi, in Coreae finibus, iam fides catholica haud parva susceperit incrementa atque maiora capi posse praevideantur, bene fieri visum est, si eandem circumscriptionem in dioecesis formam redigeremus; quod etiam meritae laudi esset Missionariis ibi operose allaborantibus. Quae cum ita sint, consilio petito a Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositis, apostolica Nostra potestate haec decernimus. Apostolicam Praefecturam Cheiudoensem ad gradum et dignitatem dioecesis tollimus, *Cheiuensis* nomine, iisdemque finibus, qui civili provinciae Cheiuensi sunt ; quae praeterea suffraganea erit metropolitanae Sedi Kvangiuensi, atque Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizationi obnoxia. Novae dioecesis Sedem in urbe Cheju ponimus, cathedram episcopalis potestatis in templo Immaculatae Conceptionis in eadem civitate sito, quod ad templi cathedralis dignitatem evehimus, cum iuribus iustis. Indulgemus etiam, ut, ad tempus Canonicorum loco Consultores dioecesani deligantur, Episcopo consilio atque opera iuvaturi. Ad cetera vero quod attinet : Sedis regimen et administrationem, electionem Vicarii Capitularis Sede vacante, cetera huiusmodi,. Iuris Canonici praescripta omnino serventur. Ceterum has Litteras Nostras Venerabilis Frater Aloisius Dossena ad exitum deducendas curabit, in Corea Pro-Nuntius Apostolicus, vel quem ipse delegaverit,

factis necessariis potestatibus. Re autem acta, idem documenta exarari faciet atque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione cito mittet. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die uno et vicesimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo septimo, Pontificatus Nostri decimo quarto.

©. IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco £8 **Plumbi**

In Secret. Status tao., n. 826892.

X

S. THOMAE IN INSULIS VIRGINEIS

Praelatura Insularum a Virginibus ad gradum dioecesis evehitur, nomine « Sancti Thomae in Insulis Virgineis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Animarum utilitatis aeternaeque earumdem salutis pro apostolico Nostro munere quam qui maxime solliciti, optatum esse omnino accipiendum ad effectumque adducendum existimavimus Venerabilis Fratris Eduardi I. Harper, Episcopi titulo Heracleensis Pontici atque Insularum a Virginibus Praelati, petentis ut sua Ecclesia ad gradum dioecesis attolleretur. Audita igitur hoc super negotio sententia sive Conferentiae Episcopalis Civitatum Foederatarum Americae Septemtrionalis sive Venerabilis Fratris Ioannis Jadot, Archiepiscopi tit. Zuritani in eisdemque Civitatibus Apostolici Delegati, sive denique Venerabilis Fratris Nostri S. R. E. Cardinalis Praefecti Sacrae Congregationis pro Episcopis, sequentia decernimus. Praelaturam Insularum a Virginibus summa Nostra potestate ad dignitatem dioecesis evehimus, cuius dehinc erit appellatio *Sancti Thomae in Insulis Virgineis,* **Episcopi sedes in insula Sancti Thomae eiusque cathedra in sacra aede Deo dicata in honorem**

SS. Petri et Pauli, quae templum cathedrale habebitur iustis cum iuribus. Conditae praeterea dioecesis Episcopo, praeterquam quod debita iura damus, obligationes etiam imponimus, cum pastorali munere conexas. Insuper Sedi metropolitanae Vashingtonensi suffraganea erit, sic ut eius sacer Praesul iuri Metropolitae Vashingtonensis subdetur ; usque dum Canonicorum collegium constituatur, consultores dioecesani ex more deligantur, sive consilio sive ope Episcopum iuvaturi. Mensam episcopalem formabitur Curiae emolumentis, a fidelibus sponte oblatis pecuniis cunctisque bonis ad praelaturam Insularum a Virginibus usque adhuc pertinentibus. Haec autem quae statuimus ad effectum adducat Venerabilis Frater Ioannes Jadot, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos. Qui vero negotium perfecerit, idem congrua documenta exaranda curet ad Sacramque Congregationem pro Episcopis mittat. Apostolicam hanc Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xx mensis Aprilis, anno Domini MCMLXXVII, Pontificatus Nostri xiv.

ffi IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

6B SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Iosephus Del Ton, ***Proton. Apost.***

Godefridus Mariani, ***Proton. Apost.***

Loco £8 **Plumbi**

In Secret. Status tab., n. 826850.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Sanctus Villibrordus confirmatur Patronus caelestis loci « Echternach » in dioecesi Luxemburgensi.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Plurimis artissimisque sane vinculis coniungi Sanctum Villibrordum Episcopum cum ipso oppido Epternaco inter dioecesis Luxemburgensis fines notissima iam antiquitatis monumenta historiaeque testificantur documenta : ibi enim coenobium per-

celebre septimo exeunte saeculo condidisse, ibi propria ex voluntate mortuum iacere, ibi priscis a temporibus magna religione honoratum esse, ibi etiamnunc multiplici ratione spiritali dispensare supernarum gratiarum dona pluribus usque peregrinatoribus piis. Consentaneum igitur omnino quiddam fecit Venerabilis Frater Ioannes Hengen Episcopus Luxemburgensis cum superiorum aetatum incitamenta et sui cleri gregisque optata et Sancti Villibrordi cultorum vota suscepit ac statuit ut ipse is nominaretur rite et iure apud omnipotentem Deum patronus eiusdem loci Epternaci, accedente nimirum huius Apostolicae Sedis legitima confirmatione. Cum ergo Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino, factis iam pridem a Nobis potestatibus, illam electionem ac probationem libens suo tempore corroboraverit, Nos rem illam totam communitatis ecclesialis dignitati fideique catholicae prosperitati haud paulum esse conducturam arbitrati libentissimo animo censemus haec consilia eadem omnia rata prorsus atque firma haberi ex Apostolicae Nostrae auctoritatis plenitudine, dum istarum Litterarum vi edicimus Sanctum Villibrordum Episcopum totius urbis Epternaci in dioecesis Luxemburgensis dicione Patronum caelestem percolendum esse secundum iura et privilegia singula liturgica quae illius modi patronis conveniant. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, sub Anulo Piscatoris, apud Sanctum Petrum, die vi mensis Aprilis, anno MCMLXXVII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

€& IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco £8 **Sigilli**

In Secret. Status tab., n. *821****,960.***

II

Templum paroeciale B. M. V. titulo Septem Dolorum in civitate Bethen, in finibus dioecesis Monasteriensis, ad gradum et dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Tanta est Beatae Mariae Virginis dignitas et amplitudo, utpote quae et Mater Christi, Dei Filii, sit et nulla peccati labe concepta fuerit, et christiani populi Regina, praesidium, portus, caeli ianua patens usquequaque sit habita ; tanta item

animi Nostri erga illam obsequium et amor, ut, cum de eius honore augendo res est, iam libentissimo animo et fieri patiamur quod ad id conducat, et Ipsi faciamus. Quicquid enim in Matris decorem suscipitur, in Filii etiam laudem iure redundare certo credimus.

Qua re, cum Venerabilis Frater Henricus Tenhumberg, Episcopus Monasteriensis, suo ipsius clerique populique nomine datis Litteris ab hac Apostolica Sede petierit, ut templum paroeciale in urbe Bethen situm, intra Oldenburgensem regionem eiusdem dioecesis, atque M. B. V. sub titulo Septem Dolorum sacrum, ad gradum et dignitatem Basilicae Minoris eveheremus, Nos, ratione habita tum eius qui petiit Antistitis, tum loci historiae, tum templi ipsius sanctitatis et maiestatis, tum denique populi pietatis, quae, cum tanta sit, incrementa praeterea haud parva captura praevidetur, admotae expostulationi concedere rati sumus.

Quapropter, iis probatis, quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu divino, facta a Nobis potestate, de re censuerit, libenti animo templum B. M. V. a Septem Doloribus, de quo mentio supra incidit, in Basilicis Minoribus annumeramus, factis iuribus atque liturgicis concessionibus rite competentibus, servatis tamen quae iuxta decretum « De titulo Basilicae Minoris », die vi Iunii, anno MDCCCCLXVIII factum, servanda sunt. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, sub Anulo Piscatoris, apud Sanctum Petrum, die xiv mensis Aprilis, anno MDCCCCLXXVII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco Ç8 Sigilli

in Secret. Status tab., n. 82J,981.

III

Sanctus Conradus a Parzham confirmatur Patronus caelestis oppidi « Griesbach » in dioecesi Passaviensi.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum ad catholicae pietatis confirmationem et ipsorum fidelium incitationem vix quidquam aeque prodesse noverimus ac liturgicam commemorationem, publicam id est celebrationem, Sanctorum praesertim suo cuiusque in loco natali, idcirco maxime gaudemus quotiens sua sponte dataque opera communitates singulae

per orbem in exempla sibi ac patronos nominatim asciscnnt universalis iam Ecclesiae Sanctos regionis quondam suae filios. Hoc autem ipsum Passaviensi in dioecesi feliciter recens contigit ubi nempe Conradus a Parzham ortus erat et ubi Christifideles oppidi vulgo dicti « Griesbach » eadem in con valli « Rottal » vulgo appellata optaverant ut Cáeles ille constitueretur rite sibi peculiaris apud Deum tutor. Eorum igitur cum praestabile ac laudabile optatum amplexans approbansque Venerabilis Frater Antonius Hofmann Episcopus Passaviensis Sanctum Conrarum a Parzham ad id caeleste munus destinaverit et electionem suam a Sede Apostolica confirmari legitime postulaverit, Nos consilium illud ratum haberi censemus atque Sanctum Conradum a Parzham praecipuum apud Deum Patronum loci ((Griesbach » honorari coli celebrari posse ac debere edicimus, additis cunctis iuribus liturgicisque privilegiis. Praecipimus tamen ut accurate ea singula serventur quae ad normam instructionis Sacrae Congregationis pro Cultu Divino ((de Calendariis recognoscendis, n. 30)) fieri oportet. Contrariis quibuslibet haudquaquam obstantibus. Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae effectus suos tam nunc quam in posterum exserant.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die xxvn mensis Aprilis, anno MCMLXXVII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© **IOANNES Card. VILLOT,** *Secretarius Status*

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 825989.

HOMILIA

Die beatificationis Ven. Dei famulae Mariae Rosae Molas y VaUvé, conditricis Congregationis Sororum Dominae Nostrae a Consolatione, inter Missarum sollemnia in Basilica Vaticana celebrata.*

Venerables Hermanos y amadísimo hijos:

La Iglesia, que en estas semanas va repitiendo el grito exultante del aleluya ante el Cristo resucitado, el Cristo presente en la esperanza eclesial, el Cristo que revive su perenne eficacia misteriosa en tantas

*** Die 8 m. maii, a. 1977.**

almas generosas, renueva hoy su alegría incontenible en este acontecimiento que celebramos, no insólito, pero que tiene resonancias siempre conmovedoras, siempre vibrantes, siempre llenas de novedad de contenido.

En el marco litúrgico de esta mañana festiva, nuestros ojos descubren una nueva flor de virtud, un nuevo rayo de luz que viene a hermosear el ya luminoso jardín de la Esposa de Cristo. Se trata, como sabéis, de una religiosa española, hoy gloria de la Iglesia universal : la nueva Beata María Rosa Molas Vallvé, fundadora de las Hermanas de Nuestra Señora de la Consolación.

No nos detendremos en recordar la conocida historia biográfica de la nueva Beata, que desde su nativa Reus, donde ve la luz en un humilde ambiente, realiza un admirable camino, sólo impulsada por el amor a Cristo y al prójimo, llenando con una asombrosa vitalidad espiritual una existencia que acaba humildemente en Tortosa, hace casi exactamente un siglo, a los sesenta y un años de edad.

Una vida sencilla, escondida, es hoy elevada en triunfo. ¿Porqué? Pensemos un instante.

Cada vida transcurrida en la entrega heroica, es un misterio del amor de Dios, aceptado en la más íntima correspondencia personal a ese amor. Es un poema evangélico entretejido de sublimes intercambios. Por ello, si queremos rastear en síntesis la faceta saliente de la vida de María Rosa Molas habremos de acercarnos con reverencia al venero inagotable del Evangelio (cf. *Mt.* 25, 31 ss.), allí donde el pobre, el necesitado, el hambriento, el abandonado, el que sufre, es proclamado merecedor del cuidado prioritario, de la solicitud más tierna, del gesto exquisito de un corazón, que no sólo alivia, sino que comparte ese sufrimiento y lucha por evitar sus causas. Y que sabe compartir así el dolor por un motivo fontal : porque allí está Cristo doliente, hecho presencia viva, actual, exigente de todos los socorros de una fe creadora, capaz de engendrar confianza donde no habría motivos humanos para ella.

¿Buscamos el carisma propio, el mensaje personal, el genio peculiar de María Rosa Molas? Lo encontramos ahí. En un dificilísimo momento histórico, local y nacional, marcado por las luchas, las múltiples facciones, en el que la desesperanza marcaba tantas vidas, de niños, de jóvenes sin instrucción ni porvenir, de ancianos sin asistencia, ella supo inclinarse hacia el necesitado sin distinción alguna, hecha caridad vivida, hecha amor que se olvida de sí mismo, hecha toda para todos, a fin de seguir el ejemplo de Cristo y ser artífice de esperanza y de elevación social. No únicamente para dar algo, sino para darse a sí misma en el

amor y sólo así poder dar —como su ejemplo elegido, María— el don precioso de una completa entrega en la misericordia y en el consuelo a quien lo buscaba o a quien, aun sin saberlo, lo necesitaba. Así María Rosa hacía caridad; así se hacía maestra en humanidad.

En el lento peregrinar humano hacia metas de anhelada superación, constatamos hoy que Instituciones nacionales e internacionales, asociaciones de distinto tipo e inspiración, así como personas de diversas procedencias, proclaman de modo solemne o en documentos públicos su voluntad de crear una sociedad nueva y un hombre nuevo, más dignificado. ; Ojalá que ello significara que las esperanzas más nobles, anidadas en los repliegues íntimos del corazón humano van hallando expresión completa ! Una realidad acometida con tesón, capaz de abrir los ánimos al gozo ilusionado de un mañana mejor que la Iglesia no cesa de proclamar, ansiar y alentar para la humanidad.

Pero ; ay ! observamos con no rara frecuencia que un humanismo bien intencionado, pero sin raíces más hondas, sin la garantía de una consistente y superior motivación, que descubra en el fondo del ser humano la dignidad inconmensurable de la imagen divina y la presencia del Cristo que exalta, libera, une al hombre, queda en un humanismo débil, parcial, ambiguo, formal, cuando no falseado.

Si es justo reconocer que este objetivo ineludible de defender, promover y cuidar ((la sacralidad » de la vida humana, auspiciado y alentado continuamente por el cristianismo, ha hallado resonancia efectiva en nuestra sociedad moderna que ha prodigado sus servicios en campos tan apremiantes como la sanidad, la higiene, la asistencia social y otros, no es menos cierto que el respeto de la vida humana está también amenazado, si no ultrajado y lesionado, por el creciente deterioro y por las desviaciones tremendas que en bastantes sociedades crean serios motivos de alarma.

Pensemos en el fenómeno de la violencia criminal, que hoy cobra dimensiones y formas verdaderamente preocupantes; pensemos en el difundido flagelo de la droga, organizado por intereses que no tienen en cuenta las graves tragedias que crean en tantas personas inexpertas y en tantas familias; recordemos la carrera de armamentos, capaces de destruir la humanidad y que paralizan recursos ingentes que deberían servir para el armónico progreso humano. No olvidemos tampoco la violación, culpable y voluntaria, de la vida mediante el aborto legalmente admitido, ni pasemos por alto las situaciones de gravísima miseria, que son una triste realidad en bastantes países del mundo, como en Asia,

en Africa ... Y junto a todo esto, como un latigazo para la conciencia sensible del hombre recto, contemplemos el lamentable comercio de armas, instrumentos de muerte, de destrucción, de horror, de ofensa al hombre y al Creador de la vida. ¡Tristes senderos, estos, embocados por una parte de la humanidad desorientada!

Hagamos finalmente referencia al sentimiento de inseguridad colectiva que crean los frecuentes secuestros de personas (ventiocho casos en lo que llevamos de año, diez de ellos aún sin resolver). En medio de tales sucesos, que infunden tristeza y temor en los ánimos, nuestro corazón de Pastor universal se siente y se ve particularmente solicitado. Incluso desde Centro América nos llega urgente la petición confiada de una palabra en favor de la liberación del Ministro de Relaciones Exteriores de El Salvador, secuestrado hace algunas semanas. Sí, en este día de la exaltación de un alma, entregada en todo y por todo a aliviar las penas de los hermanos que sufren, nos sale de lo más hondo del alma un llamamiento vibrante y acuciante —que ponemos como súplica a los pies de la nueva Beata— para que cesen para siempre tales dramas humanos.

Frente a este cuadro sombrío, ante el que la mente se nubla y el corazón se oprime, la Iglesia no cesa de levantar una antorcha que el cristianismo mantiene enhiesta desde siglos. Una antorcha que hoy nos muestra, con carácter y valentía admirables, a una humilde religiosa, que hizo del respeto, del amor generalizado, de la preocupación por la mujer, de la caridad sin confines, del ideal de consuelo aplicado a los demás, un programa, un gesto válido, hoy más que nunca, para el ser humano que quiere ser vardaderamente tal sin traicionar su condición. Sublime lección, una más, de un corazón dominado por la humildad y la fortaleza. Un ser que vivió el desafío humanizante de la civilización del amor. Esa civilización que espera siempre nuevos adeptos, indefensos pero invencibles.

Sea la nueva Beata nuestra guía, sea nuestra intercesora ante Dios, para que las Hermanas de Nuestra Señora de la Consolación y el mundo religioso en general, las almas de buena voluntad que aún creen en los recursos creadores del corazón humano, los dirigentes de los países, y particularmente de la Patria, España, que le dio el origen —aquí tan dignamente representada por sus Autoridades—, sepan recoger su mensaje de amor efectivo, de esperanza cristiana, de dedicación a la creación de un mundo más humano y más hermanado. Un mundo consciente de que es dando, con nobleza y elevación de miras, como más se recibe.

Italica deinde lingua usus, sic Summus Pontifex locutus est:

La Figlia della nobile Nazione Spagnola, che abbiamo proclamata Beata, ci suggerisce una speciale parola per i fedeli di lingua italiana che partecipano numerosi a questo sacro rito. Ce la suggerisce non soltanto perché anche in Italia, anche qui a Roma, è presente ed attivo l'Istituto delle Suore di Nostra Signora della Consolazione, fondato da Madre Maria Rosa Molas, ma anche e soprattutto perché l'ardore di carità, di cui Ella diede prova luminosamente esemplare nella sua vita, ha oltrepassato di molto i confini geografici della sua terra d'origine.

Proprio questa virtù, che in Lei fu caratteristica, vogliamo celebrare ed esaltare: attinta nella preghiera e nell'unione filiale con Dio, essa si esprimeva nella più viva sollecitudine per i poveri, i malati, i bisognosi, in un'illimitata disponibilità, che fece di questa Donna un autentico ((strumento di misericordia e di consolazione ». È ideale che additiamo non solo alle sue figlie spirituali, ma a quanti vogliono esser fedeli a Cristo ed al suo Vangelo.

EPISTULA

Exc.mo P. D. Eduardo O'Rourke, centum exactis annis a condita dioecesi Peoriensi, in Foederatis Americae Septemtrionalis Civitatibus.

Benévolas has Litteras tibimet ipsi, Venerabilis Frater, laetantes Nos mittimus ac per te vocis Nostrae interpretem omni clero et populo dilecto Peoriensi ut plane vobis significemus quanto cum studio adfectuque velut praesentes cupiamus vobiscum concelebrare insignem anniversariam memoriam totius vestrae dioecesis, nempe proximo mense Maio.

Centesimus enim eo tempore commemorabitur annus expletus, cum primus Episcopus Ioannes Lancaster Spalding gubernare coepit institutam paulo ante communitatem fidelium Peoriensem. Talis res iam ex sese honorem prorsus adfert ac decorem alicui Ecclesiae locali quae tot scilicet annos integra perstiterit et solida in Catholicae fidei testificatione. At extolli nunc inter vos decet non tam saeculare istud spatium quam praeclaros per idem intervallum progressus gregis Peoriensis ad plenum florem, maturitatem, vigorem.

Ex hac igitur perillustri historia dioecesis vestrae proficiscitur gra-

tulatio Nostra sincera de praeteritis simulque cohortatio fervida de futuris. Nam evangelici nuntii semina, quae fortiter iecerant probati missionales in illa regione inter autochthones et colonos quaeque constanter nutriverant spectati sacerdotes plus ducentos annos, luculenter tandem effloruerunt propter eximiam industriam pastoralem sex deinde Episcoporum quibuscum laudabiliter semper conspiravit tum navitas adsidua cleri tum voluntas prompta Catholici populi. Prosperitas ideo hodierna dioecesis Peoriensis — quae liquido sane perspicitur in laetiflca scholarum Catholicarum efficientia, in magnanima operum socialium varietate, in sapienti paroeciarum ordinatione, in provida sacerdotum ac fidelium ipsorum educatione — merito adsignanda est illi sollertiae pastorum, vigilantiae parochorum, diligentiae reliquorum omnium quibus Deus largiter de caelis addidit fructuum spiritalium abundantiam. In anniversaria proinde dioecesis sollemnitate gratulamur tibi, Venerabilis Frater, nec non singulis communitatis membris, quorum partes adeo utiles immo necessariae fuerunt ut centum post annos tantopere floreret vigeretque ibi Catholicum nomen.

Sed vobiscum ita ex longinquo laetantes Nos optamus ex animo ut celebritas anniversaria reapse fiat vobis invitamento valido sive potius incitamento ad continuandum feliciter consummandumque praestabile opus pietatis fidei religionis Catholicae, quod inter vos miserentissimus Redemptor pridem iam incohari statuit. Velimus nimirum recordatio sollemnis assiduae missionalium praedicationis, priscorum Pastorum evangelizationis, continuorum Episcoporum sedulitatis omnino efficiat ut incensi novo amore erga fidem patrum erga Christi Ecclesiam erga ipsam dioecesim Peoriensem dedatis penitus vos ipsos principiis, institutis, inceptis egregiis illis, quae adeo illustraverunt et honoraverunt primum saeculum historiae vestrae.

Haec ergo cogitata et sensa nostra tecum, Venerabilis Frater, communicare cupivimus ut centesimum anniversarium gregis tui diem convenienter decoraremus etiam vocibus paternis Nostris utque vos omnes adiuvaremus ad hauriendas inde vires, lucem, impulsiones in proximos annos; quorum votorum auspicium esto Apostolica Nostra Benedictio, quam tibi et sacerdotibus, religiosis et fidelibus communitatis istius amantissime quidem dilargimur.

Ex Aedibus Vaticanis die vi mensis Aprilis anno MCMLXXVII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PAULUS PP. VI

NUNTIUS SCRIPTO DATUS

In diem « Communicationibus Socialibus » quotannis dicatum, toto orbe terrarum undecies celebrandum.

Venerati Fratelli e carissimi Figli della Chiesa, e voi tutti Uomini di buona volontà!

Le diocesi della Chiesa Cattolica, fedeli all'invito del Concilio Ecumenico Vaticano II,[1] celebrano anche quest'anno la Giornata Mondiale delle Comunicazioni Sociali, per aiutare con la riflessione, con la preghiera e con ogni forma di interessamento e di appoggio morale e materiale, la stampa, la radio, la televisione, il cinema e gli altri moderni strumenti di comunicazione sociale nello svolgimento della loro importante funzione di informazione, di educazione e, per quanto riguarda la specifica responsabilità dei cristiani, di evangelizzazione del mondo.

Questa Giornata, che è giunta ormai alla sua undicesima edizione, in molti Paesi è felicemente diventata un'opportuna occasione di contatto diretto e di migliore reciproca conoscenza tra le Chiese locali ed i responsabili delle categorie professionali impegnate in tale settore. Grazie ad appropriate manifestazioni liturgiche e culturali, essa contribuisce a sensibilizzare la coscienza dell'utente delle comunicazioni sociali — sia egli lettore, ascoltatore, tele o cinespettatore — nella scelta, spesso determinante sul piano promozionale, di quanto egli legge, ascolta e guarda, ma più ancora nella matura valutazione del contenuto stesso delle comunicazioni ricevute. È tale, infatti, oggi la complessità del fenomeno delle comunicazioni da richiedere non solo un richiamo costante ai relativi doveri dei singoli e della società e un continuo miglioramento che scaturisca dal confronto con i veri valori della vita umana, ma anche l'indispensabile collaborazione di tutti coloro che determinano il processo comunicativo.

Per questo motivo la Chiesa, pur dedicando l'annuale Giornata allo studio di tutte le questioni pastorali del settore, non ha mancato di richiamare periodicamente all'attenzione dei cristiani e degli uomini di buona volontà, singoli aspetti dell'ampia problematica della comunicazione, nella speranza di poter in tal modo aiutare ogni uomo a ben

[1] Cfr. Decreto *Inter mirifica*, n. 18.

orientarsi in mezzo alla multiforme realtà dei ((mass-media », e di contribuire, secondo la natura della sua missione, al bene comune. Così è da pensare del tema prescelto quest'anno : « Le comunicazioni sociali e la pubblicità : vantaggi, pericoli, responsabilità », che intende concentrare la riflessione su un potente fattore della presente organizzazione sociale.

Verità e prudenza

C'è da chiedersi perché la pubblicità, nel suo riferimento agli strumenti della comunicazione sociale, desti l'interesse della Chiesa. La risposta è che si tratta di un fatto della convivenza umana assai importante, perché condiziona lo sviluppo integrale dell'uomo e, direttamente o indirettamente, influisce sulla vita culturale. Nessuno ormai può sfuggire alla suggestione della pubblicità, mentre, anche a prescindere dal concreto contenuto dei suoi messaggi, essa presenta o, almeno, si ispira a determinate visioni del mondo, che sollecitano inevitabilmente il cristiano, il suo giudizio, il suo modo di agire; la pubblicità, inoltre, assume un rilievo sempre più crescente, perché in gran parte li finanzia e se ne serve, nello sviluppo dei mezzi di comunicazione, incidendo in maniera diretta ed in forme talora pericolose sul loro orientamento e sulla loro libertà.

La Chiesa vede con favore non solo l'evolversi della capacità produttiva dell'uomo, ma anche l'intreccio sempre più ampio di rapporti e di scambi tra persone e gruppi sociali : sono per essa motivo, segno e anticipazione di una fraternità sempre maggiore, e da questo punto di vista essa incoraggia la pubblicità, che può diventare un sano ed efficace strumento per l'aiuto reciproco fra gli uomini. Un altro aspetto fondamentale che la Chiesa ravvisa nella pubblicità è quello informativo, con tutto il peso e gli obblighi che ne derivano : deve essere veritiera, prudente, rispettosa dell'uomo e dei suoi valori essenziali, attenta nella scelta delle circostanze e dei modi di presentazione.

La pubblicità è, poi, promotrice di determinati interessi che, anche se legittimi, devono tener conto del bene comune, dei non meno legittimi interessi degli altri e, specialmente, delle concrete circostanze di sviluppo integrale del destinatario, del suo proprio ambiente culturale ed economico e del grado del suo sviluppo educativo.

Rispetto per la persona umana

Come è ben noto, il messaggio pubblicitario è naturalmente orientato verso un efficace convincimento, ed è diffuso con l'aiuto di precise conoscenze psicologiche e sociali, nella ricerca costante di modi e di forme persuasivi. È qui soprattutto che s'impone per essa e, quindi, per coloro che se ne avvalgono l'esigenza di rispettare la persona umana, il suo diritto-dovere ad una scelta responsabile, la sua interiore libertà, tutti beni che sarebbero violati se venissero sfruttate le tendenze deteriori dell'uomo, o forse compromessa la sua capacità di riflettere e di decidere.

La vastità del fenomeno pubblicitario, con le sue implicazioni morali e religiose, coinvolge anzitutto gli strumenti della comunicazione sociale, i quali diventano sovente essi stessi agenti pubblicitari, ma più generalmente ancora sono veicolo di messaggi provenienti da altri agenti economici, e si mantengono, parzialmente o interamente, con i proventi della pubblicità. Si può dire, pertanto, che tutta l'attività comunicativa di questi strumenti conserva uno stretto legame con il moderno fenomeno della pubblicità, legame che permette ai fattori della vita economica di aiutarne lo sviluppo socialmente necessario ; ma non ci devono essere condizionamenti circa la libertà dei medesimi strumenti e nello scambio dei valori culturali e religiosi.[2]

Applicare i codici di deontologia

Noi riteniamo che questi orientamenti possano giovare all'affermazione di una pubblicità rispettosa dei diritti e dei doveri fondamentali dell'uomo, e degna dell'appoggio delle coscienze cristiane, qualora le varie categorie interessate uniscano i loro sforzi per una proficua collaborazione. Spetta, infatti, alle agenzie di pubblicità, agli operatori pubblicitari, nonché ai dirigenti ed ai responsabili degli strumenti che si offrono come veicolo, di far conoscere, di seguire, di applicare i codici di deontologia già opportunamente stabiliti, in modo da ottenere il concorso del pubblico per il loro ulteriore perfezionamento e la loro pratica osservanza. Tutto ciò tocca molto spesso delicate questioni morali, come ad esempio, il problema dell'educazione della gioventù, il rispetto della donna, la salvaguardia della famiglia e la tutela dei diritti della

[2] Cfr. Istruzione Pastorale *Communio et progressio,* n. 62.

persona umana,[3] e giustifica perciò l'interessamento della Chiesa e, talora, le sue fondate preoccupazioni. Come potrebbe essa tacere, quando si reca offesa a certi princìpi di ordine etico? E come potremmo noi stessi rinunciare a levare un forte monito, che sappiamo condiviso da tutti gli uomini di buona volontà, per il diffondersi di certa pubblicità cinematografica che non fa onore alla nostra civiltà, ma offende gravemente la dignità dell'uomo, turba la pace delle coscienze e la concordia tra gli uomini? È per questo che chiediamo ai Vescovi, ai Sacerdoti, ai Laici impegnati nelle attività pastorali di avvicinare i protagonisti del processo pubblicitario per un sano ed aperto dialogo, nel rispetto dei reciproci interessi e nel comune riconoscimento del bene della umana società.

Tutela dei princìpi morali

Nello stesso tempo invitiamo i promotori della stampa cattolica, i curatori di trasmissioni cattoliche alla radio ed alla televisione, coloro a cui è affidata, a qualunque titolo, ogni forma di comunicazione sociale, a dare, proprio, nella scelta della pubblicità come nell'insieme delle rispettive loro prestazioni, l'esempio delle loro convinzioni religiose e del loro ideale di vita; mentre ai distributori della pubblicità chiediamo di non trascurare quei canali di comunicazione, i quali danno garanzia di promuovere la tutela dei princìpi morali e favoriscono veramente lo sviluppo della persona e dei suoi valori spirituali e umani.

Auspichiamo, infine, che le Istituzioni Cattoliche, nelle loro varie forme e secondo le specifiche attribuzioni, seguano con costante attenzione lo sviluppo delle tecniche moderne di pubblicità, e sappiano opportunamente avvalersene per diffondere il Messaggio evangelico in modo rispondente alle attese dell'uomo contemporaneo. Con questi voti impartiamo volentieri la nostra Benedizione Apostolica a quanti parteciperanno alla celebrazione della prossima Giornata delle Comunicazioni Sociali, ed offriranno alla riflessione sull'importante argomento il contributo della loro matura esperienza umana e della loro attenta sensibilità cristiana.

Dal Vaticano, 12 Maggio dell'anno 1977, decimoquarto del Nostro Pontificato.

PAULUS PP. VI

[3] Cfr. *Discorso* al Consiglio dell'« Associazione Europea delle Agenzie di Pubblicità», nell'Udienza del 28 Aprile 1976.

ALLOCUTIONES

I

Ad sacros Hispaniae Praesules provinciae ecclesiasticae Tarraconensis, Summum Pontificem visitationis « Ad limina » causa adeuntes.*

Queridos hermanos en el Episcopado:

Sentimos una gran satisfacción al recibir hoy a vosotros, señor cardenal Narciso Jubany, arzobispo de Barcelona, mons. José Pont y Gol, arzobispo metropolitano de Tarragona, así como a todos los señores obispos aquí presentes y que por primera vez venís conjuntamente a Roma para la visita *ad limina,* expresión de un profundo sentido de adhesión y comunión con la Cabeza del Colegio Episcopal.

Sabemos bien, venerables hermanos, con cuánta dedicación y abnegado celo os entregáis a la tarea de iluminación en la fe de vuestros fieles. Queréis con ello capacitarlos cada vez má a buscar una creciente coherencia entre su fe y las manifestaciones concretas de su vida individual y familiar, profesional, cultural y social. En una justa estima de sus valores y características peculiares, orientados a un enriquecimiento propio y general, con un espíritu de hermandad sin límites y de contribución al bien de toda la comunidad eclesial.

Las reconocidas virtudes y ricas cualidades que adornan a vuestros fieles, como su laboriosidad, su capacidad creadora, su visión abierta y su voluntad de integración, constituyen un campo abonado, abierto a vuestra iniciativa orientadora desde el Evangelio, como venís haciendo —lo sabemos— con vuestras enseñanzas y vuestras directrices pastorales.

Os exhortamos a continuar con redoblado ahínco en esta esperanzadora tarea eclesial, en cordial comunión con el resto del Episcopado, para el mayor bien de todos los miembros de vuestras Iglesias particulares. Al Señor encomendamos estas intenciones y necesidades por medio de la Virgen Santísima de Montserrat.

A vosotros y a los fieles encomendados a vuestra solicitud pastoral, así como a todos los católicos de España, impartimos nuestra paternal bendición apostólica.

* Die 10 m. iunii, a. 1976.

II

Ad Archiepiscopos et Episcopos ex Hispanicis provinciis ecclesiasticis Hispalensi et Granatensi, occasione ipsorum visitationis « Ad limina ».

Señor cardenal, señor arzobispo, señores obispos:

Con sumo gusto os recibimos hoy, queridos hermanos en el Episcopado, Pastores de los fieles de las provincias eclesiásticas de Sevilla y Granada, venidos a Roma para la visita *ad limina.*

Y nos alegra especialmente acogeros conjuntamente, por vez primera, en una ocasión tan singular, que testimonia de por sí el íntimo deseo y la vivencia de la comunión de todos con la Sede de Pedro y comunión mutua.

Muy gustosamente queremos expresaros, en esta circunstancia, nuestra complacencia por la labor que estáis llevando a cabo en vuestras respectivas diócesis. Con ello confirmáis vuestra determinación de ser signo de la presencia salvifica de Cristo en medio de la *congregatio fidelium.* Signo que no puede ser opaco, sino transparente, testimonio inconfundible del misterio pascual.

Al mismo tiempo, nuestra complacencia se extiende también a vuestra labor colegial, como Pastores de las provincias eclesiásticas que representáis. El esfuerzo desplegado para conocer mejor y orientar oportunamente a las almas a vosotros confiadas, tratando de encauzar con sentido cristiano la vida concreta y la problemática específica de vuestros fieles, merece nuestro aliento y estimula nuestra plegaria.

16 » » Al sig. Macchi Achille Giuseppe (Albano).
25 » » Al sig. Bochicchio Alberto (Roma).
» » Al sig. Cursi Lorenzo (Roma).
» » Al sig. Severi Mario (Roma).

Con Breve Apostolico il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

14 maggio 1977. Al sig. Giacovazzo Mario (Roma).

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

26 maggio 1977. Al sig. Loprete Donato (Italia).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

9 giugno 1976. Al sig. Guaglianone Alfredo (Cosenza).
1 aprile 1977. Al sig. Spriano Carlo (Roma).
25 » » Al sig. Marchetti Attilio *(Italia).*
1 maggio » Al sig. Baschirotto Gilio (Verona).
» » » Al sig. Durighello Ferdinando (Verona).
5 » » Al sig. Carmine Bernardo (Terracina-Latina).
11 » » Al sig. Brunese Franco *(Italia).*
» » » Al sig. Cosi Carlo *(Italia).*
» » » Al sig. Messina Gaetano *(Italia).*
» » Al sig. Valsecchi Mario (Bergamo).
» » Al sig. Vignati Giorgio *(Italia).*
30 » Al sig. Aliberti Francesco (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

26 gennaio 1977. Al sig. Löcher Paul (Rottenburg).
23 febbraio » Al sig. Lauth Hans (Trier).
» » » Al sig. Wingendorf Paul (Trier).
24 » » Al sig. Lagdameo Ernesto V. (Manila).
» » » Al sig. Lugay José (Manila).
» » » Al sig. Medina Cue Ernesto (Manila).
22" aprile » Al sig. Van der Klundert Johannes S. (Haarlem).
1 maggio » Al sig. Orosa Jr. Sixto L. (Manila).

5	**maggio**	**1977.**	**Al sig. Girotto Silvano (Pesaro).**
11	»	»	**Al sig. Anglani Giustino** *(Italia).*
»	»	»	**Al sig. Grilli Pietro Paolo** *(Italia)*
1	**giugno**	»	**Al sig. Berliri Giuseppe (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Selva Franco (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Zeppilli Riccardo (Roma).**

NECROLOGIO

8	**giugno**	**1977.**	**S. E. Mons. Isaac Ghattas, Arcivescovo-Vescovo di Minya per i Copti** *(Égypte).*
15	»	»	**Mons. Lawrence B. Casey, Vescovo di Paterson** *(U.S.A.).*
»	»	»	**Mons. Pierre Rouge, Vescovo di Nîmes** *(France).*
26	»	»	**Mons. Hermann Schaufele, Arcivescovo di Freiburg im Breisgau** *(Deutschland).*
29	»	»	**Mons. Luis Andrade Valderrama, Vescovo tit. di Sarepta.**

An. et vol. LXIX 31 Augusti 1977 N. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

NEOGRANDICASENSIS

Detractis quibusdam territoriis a dioecesi Civitatis Iuarezensis, in Mexico, nova constituitur Praelatura, nomine « Neograndicasensis ».

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Praecipuum animarum bonum, ad quod provehendum omnimode pro apostolico Nostro munere studemus, id quandoque a Nobis exigit, ut ex dioecesibus nimio patentibus territorio novas Ecclesias deducamus, sacris Praesulibus ut eas regant et gubernent assignandas. Quod cum fieri posse censuerit Venerabilis Frater Emmanuel Talamás Camandari, Episcopus Civitatis Iuarezensis, ad suam ipsius quantum pertineret ecclesiasticam circumscriptionem, Nos, audita hoc super negotio sententia sive Mexicanorum Conferentiae Episcoporum sive Venerabilis Fratris Marii Pii Gaspari, Archiepiscopi titulo Numidensis in eademque Dicione Apostolici Delegati, sive denique Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium qui Sacrae Congregationi pro Episcopis sunt praepositi, sequentia decernimus. A dioecesi Civitatis Iuarezensis territoria municipiorum separamus vulgo appellatorum Nuevo Casas Grandes,

Ascensión, Casas Grandes, Galeana, Ignacio Zaragoza, Ianos et San Buenaventura iisque Praelaturam condimus, cuius appellatio sit *Neograndicasensis,* **fines autem iidem ac territoriorum e quibus deducta est. Novae Ecclesiae sedes in urbe vulgo Nuevo Casas Grandes ponatur, praelaticium autem templum in sacra paroeciali aede, quae ibi exstat Deo sacra in honorem B. M. V. Immaculatae, iustis collatis iuribus. Eandem Praelaturam suffraganeam constituimus metropolitanae Sedi Chihuahuensi, sic ut Praelatum eiusdem Sedis Metropolitae iuri. Praelaticia praeterea mensa Curiae emolumentis constituatur, a fidelibus sponte oblatis bonis iisque, quae ei obvenient ex praescripto canonis C.I.C., ad dioecesim Civitatis Iuarezensis hucusque pertinentibus. Ad seminarii exstructionem quod spectat alumnorumque sacrorum educationem ius commune servetur, prae oculis habitis normis decreti Concilii Vaticani II « Optatam totius » et regulis Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica. Seminarii autem alumni, qui ingenii animique virtute praestent, Romam mittantur, in Pontificium Collegium Mexicanum, philosophicis theologicisque disciplinis amplius imbuendi. Praelaturae regimen, consultorum electionem, administrationem, vicarii capitularis electionem et reliqua, Christifidelium bonum respicientia, item ius commune regat. Neograndicasensi Ecclesia rite constituta, sacerdotes ei Sedi censeantur adscripti, in cuius territorio beneficium vel ecclesiasticum officium habeant ; ceteri vero clerici seminariique tirones ei, in qua legitime degant. Acta denique et documenta congrua a tabulario Curiae Civitatis Iuarezensis ad Neograndicasensis transferantur, religiose custodienda. Haec quae praescripsimus ad effectum adducat Venerabilis Frater Marius Pius Gaspari, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos, perfectique negotii exarata documenta ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittat, ex more signata sigilloque impressa. Hanc Constitutionem Apostolicam nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus.**

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertio decimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

© SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*
Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco ¡$ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 826979.

II

CHIQUINQUIRENSIS

Detractis nonnullis territoriis ab archidioecesi Tunquensi, nova dioecesis conditur, « Chiquinquirensis » appellanda.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui divino consilio Ecclesiae universae praesumus, id profecto omni ope annitimur atque in id vires contendimus, ut eodem, si fieri possit, studio eademque dilectione ac beatus Petrus, Apostolorum praecipuus atque primus christianorum pastor, fidelium multitudinem pascamus atque regamus. Quam ob rem, cum Venerabilis Frater Augustus Trujillo Arango, Archiepiscopus Tunquensis, audita Conferentia episcopali Columbiana, ad satius iis Christifidelibus consulendum, qui regionem vulgo « departamento de Boyacá » incolunt, ab hac Apostolica Sede petierit, ut, divisa sua archidioecesi, nova dioecesis constitueretur, Nos, ante audito Venerabili Fratre Eduardo Martínez Somalo, Archiepiscopo titulo Thagorensi atque in Columbiana Republica Nuntio Apostolico, haec decernimus. Ab archidioecesi Tunquensi has paroecias detrahimus : Sagrado Corazón et del Rosario, in urbe Chiquinquirá sitas ; praeterea : Arcabuco, Borbur, Briceño, Buenavista, Caldas, Coper, Chitaraque, Gachantivá, Leiva, Moniquirá, Muzo, Maripí, Otanche, Pauna, Ráquira, Saboyá, San Miguel de Sema, San José de Pare, Santana, Santa Sofia, Sutamarchán, Sáchica, Toguí et Tin jaca ; atque quasi paroecias : Tunungua, Nariño, La Victoria, Humbo, Quípama, Colonización Betania, Desierto de la Candelaria, Garavito et El Santo Ecce Homo ; quibus novam dioecesim condimus, *Chiquinquirensem* appellandam. Eius Sedem in urbe «Chiquinquirá» collocari censemus, cathedram vero episcopalem in templo Sacratissimo Cordi Iesu dicato poni, cui sane iura cathedralium sacrarum aedium tribuimus. Novam Ecclesiam Sedi metropolitanae Tunquensi suffraganeam facimus ; Episcopum, Metropolitae. Canonicorum Collegium constituatur, iuxta normas per alias Apostolicas Litteras edendas. Interea vero Consultores dioecesani deligantur Episcopum consilio atque ope iuvaturi. Ad mensam quod attinet, efficiatur Curiae emolumentis, fidelium collationibus, bonis, si qua sunt, quae ad normam canonis 1500 C. I. C. Ecclesiae Chiquinquirensi obveniant. De

Seminarii constitutione atque de iuvenum educatione qui ad sacerdotium tendant, serventur leges Canonicae, ratione habita tum decreti Concilii Vaticani II ((Optatam totius », tum regularum a Sacra Congregatione latarum pro Institutione Catholica; cum vero alumni eo aetatis pervenerint, ut studiis theologicis atque philosophicis iam operam dare debeant, qui meliores fuerint Romam mittantur, in Pontificium Collegium Pianum Latinum Americanum. Quod attinet ad novae dioecesis regimen et administrationem; item ad Vicarii Capitularis electionem, Sede vacante, similia, ius canonicum servetur. His praeterea Litteris ad exitum deductis, Sacerdotes ei Ecclesiae addicantur, in qua beneficium seu officium habeant; ceteri clerici atque Seminarii tirones, ei, in qua legitime degant. Ultimum, acta et documenta, quae novam dioecesim respiciant eiusque fideles, ad eius Curiam episcopalem mittantur, in cuius tabulario religiose serventur. Ceterum, quae per has Litteras praescripsimus Venerabilis Frater Eduardus Martínez Somalo efficiendas curabit, vel quem ipse legaverit, factis necessariis facultatibus. Re vero acta, documenta exarentur quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittantur, idque cito. Contrariis nihil obstantibus. Praesentes vero Litterae firmae perpetuo erunt effectusque habebunt.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto et vicesimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

© SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi
In Secret. Status tab., n. 821819.

III

GARAGOENSIS

Detractis quibusdam territoriis ab archidioecesi Tunquensi nova conditur dioecesis, « Garagoënsis » nomine.

PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum Venerabilis Frater Augustus Trujillo Arango, Archiepiscopus Tunquensis, bene evenire, seu cum christianorum fidelium utilitate, censuerit si quibusdam e dicione sua detractis peramplis territoriis alia deduceretur et fundaretur Ecclesia; cumque, post auditos Columbianae Conferentiae Episcopos, id ut fieret ab Apostolica Sede petierit, Nos, ex sententia Venerabilis Fratris Eduardi Martínez Somalo, Archiepiscopi titulo Thagorensis atque in Columbia Apostolici Nuntii, summa Nostra potestate sequentia decernimus. Ab archidioecesi Tunquensi territoria separamus paroeciarum vulgo dictarum Garagoa, Almeida, Berbeo, Chivor, Chinavi ta, Campohermoso, Guateque, Guayatá, Jenesano, La Capilla de Tenza, Los Cedros, Macanal, Miraflores, Pachavita, Páez, Ramiriquí, Rondón, San Eduardo, Santa María, San Luis de Gaceno, Somondoco, Sutatenza, Tibaná, Tenza, Umbita et Zetaquira, iisque adiectis quasi-paroeciis, vulgo Sirací et Monbita nuncupatis, quibus omnibus dioecesim constituimus, *Garagoënsem* **appellandam iisdemque limitandam finibus ac territoria terminantur, quae iamiam descripsimus. Conditae sic dioecesis sedes in urbe « Garagoa » sit, episcopalis vero magisterii cathedra in paroeciali sacra aede, ibidem exstante, Deo dicata in honorem Beatae Mariae Virginis quam populus « Nuestra Señora de la Candelaria)) nominat ; quod quidem templum cathedrale dehinc habebitur, iustis cum iuribus. Eam praeterea suffragaiieam facimus metropolitanae Sedi Tunquensi, cuius Metropolitae iuri item Episcopus Garagoënsis subdatur. Ad Canonicorum collegium quod attinet, statuimus, ut, usque dum illud condi possit, Episcopi adiuvandi causa consultores dioecesani deligantur. Mensa episcopalis Curiae emolumentis constituatur, a fidelibus sponte oblatis pecuniis bonisque illis, quae conditae dioecesi obveniunt ex praescripto canonis 1500 C. I. C. Seminarium insuper struatur, cuius alumni secundum commune ecclesiasticum ius educentur et formentur, prae oculis praecipue habitis etiam normis De-**

creti Concilii Vaticani II « Optatam totius » atque peculiaribus Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica regulis. Selecti vero ob animi pietatem ingeniique aciem iuvenes Eomam mittantur, in Pontificium Collegium Pianum Lat. Amer., philosophicis theologicisque disciplinis imbuendi. De dioecesis regimine, bonorum administratione, Vicarii Capitularis electione, fidelium iuribus et obligationibus, deque id genus ceteris, praescripta canonica ad amussim serventur. Dioecesi Garagoënsi rite constituta, eo ipso sacerdotes Ecclesiae illi censeantur adscripti, in cuius territorio beneficium vel ecclesiasticum officium habeant, ceteri vero clerici seminariique tirones ei, in qua legitime degant. Acta denique et documenta, conditae dioecesis rationes respicientia, a Tunquensi curia ad Oaragoënsem transferantur, in tabulario religiose custodienda. Haec quae praescripsimus ad effectum adducat Venerabilis Frater Eduardus Martínez Somalo, quem diximus, vel ab eo delegatus sacerdos, et congrua documenta ex more exaret ad Sacramque Congregationem pro Episcopis mittat, rite signatas sigilloque impressas. Hanc Constitutionem Apostolicam nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus, contrariis haud obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo sexto mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo septimo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

© SEBASTIANUS Card. BAGGIO
S. Congr. pro Episcopis Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

hoco © **Plumbi**
In Secret. Status tab., n. 327821.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Beata Maria Virgo Dei Genitrix principalis confirmatur apud Deum Patrona dioecesis Orlandensis.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Plane conscii peculiaris et assidui cultus, quo Christifideles dioecesis Orlandensis iam diu Beatam Deiparam Virginem Mariam prosequi haud cessant, excipiendas esse putavimus preces Venerabilis Fratris Thomae Iosephi Grady, illius dioecesis Episcopi, qui, communia cum cleri tum populi vota expromens suis ipsius cumulata, petiit suae dioecesi Beatam Mariam Virginem sub memorato titulo potissimam apud Deum habere Patronam ut liceret. Quocirca, hac de re consilia Episcopi Orlandensis rata habentes cupideque expetentes ut amor istorum filiorum sic vel magis excitetur erga Sanctam Dei Genitricem, de sententia Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino deque Apostolica Nostra potestate Beatam Virginem Mariam Dei Genitricem confirmamus principalem apud Deum Patronam dioecesis Orlandensis, congruentibus traditis iuribus et liturgicis privilegiis; praecipimus tamen ut iis regulis obtemperetur, quae Instructione eiusdem Sacrae Congregationis « de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis » sub n. 30 statutae, retinendae sunt. Contrariis quibuslibet non obstantibus. Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque sive nunc sive in posterum habeant effectus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die xxvm mensis Aprilis, anno MCMLXXVII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© **IOANNES Card. VILLOT,** *Secretarius Status*

Loco £8 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 3257fl.

II

Circumscriptiones ecclesiasticae Daniae, Finlandiae, Islandiae, Norvegiae et Sueciae a iure missionali ad ius commune deducuntur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Pro Nostra, quam vehementer in dies fovemus, catholicarum rerum prospicientia, ad Daniae, Finlandiae, Islandiae, Norvegiae et Sueciae terras mentis oculos convertimus, vota et postulationes Conferentiae Episcoporum Nordicae omnino accipere cupientes. Petierunt enim sacrorum illi Antistites, ut suas quibus praesunt circumscriptiones ecclesiasticas a missionali ad commune transire ius permitteremus. Ex sententia igitur Sacrarum Congregationum pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide et pro Episcopis, Nos, omnibus mature perpensis, auctoritate Nostra apostolica harumque Litterarum vi, a iurisdictione Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide eximimus et ad ius commune deductas decernimus omnes circumscriptiones ecclesiasticas Daniae, Finlandiae, Islandiae, Norvegiae et Sueciae, quae dioeceses Hafniae, Helsinkiensem, Reykjavikiensem, Osloënsem et Holmiae comprehendunt, hucusque Sanctae Sedi immediate subiectas, nec non vicariatus apostolicos Norvegiae Centralis et Septemtrionalis, ad altiorem quidem gradum evehendos, iuxta iuris communis normas. Definimus itaque ut negotia, quae ad praedicta loca spectant, pro varia sua natura, in posterum apud competentia Apostolicae Sedis sacra Dicasteria tractentur. Quae vero per has Litteras statuimus firma sint omnino nunc et futuris temporibus atque vim suam habeant, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die ix mensis Maii, anno MCMLXXVII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 821952.

HOMILIA

Die canonizationis beati Ioannis Nepomuceni Neumann habita, in Petriano foro.*

Greetings to you, Brethren, and sons and daughters of the United States of America ! We welcome you in the name of the Lord !

The en tir e Catholic Church, here, at the tomb of the Apostle Peter, welcomes you with festive joy. And together with you, the entire Catholic Church sings a hymn of heavenly victory to Saint John Nepomucene Neumann, who receives the honor of one who li ves in the glory of Christ.

In a few brief words we shall describe for the other pilgrims some détails of his life, which are already known to you.

Lingua deinde Italica adhibita sic Summus Pontifex locutus est:

Sia gloria al Signore che concede a noi la gioia di potere dichiarare Santo il Vescovo di Filadelfia, negli Stati Uniti d'America, Giovanni Nepomuceno Neumann, già da noi insignito del titolo di Beato il 13 ottobre 1963. Sia onore alla Chiesa Cattolica Statunitense che inserisce nell'albo dei Santi il suo primo campione ! Richiamiamo qualche dato biografico. Giovanni Nepomuceno Neumann era un immigrato europeo oriundo della Boemia, nato a Prachatitz, il 28 marzo 1811, educato nel Seminario di Budéjovice, che apparteneva allora all'Impero Austro-Ungarico, e poi a Praga, dove completò gli studi teologici. Essendogli stata differita l'ordinazione per l'eccessivo numero di alunni avviati al Sacerdozio, il giovane Neumann si recò a Strasburgo associandosi ad un progetto di missioni per l'America, vagò a Parigi, poi a Le Havre, donde partì, povero e solo per New York ove il Vescovo di allora, Mons. Dubois lo ordinò Sacerdote, il 25 giugno del 1836. Qui, nella regione delle cascate del Niagara, a Williamsville, poi a North Bush, rimase quattro anni, tutto dedicato al ministero sacerdotale per i boscaioli. Il desiderio di perfezione e di vita comunitaria lo portò ad entrare tra i Redentoristi d'origine italiana, sempre dedicando di preferenza il suo ministero agli emigranti di lingua tedesca, dapprima a Baltimora, ove emise i voti religiosi, poi a Pittsburgh, ove fu chiamato a reggere la Casa, che i Re-

* Die 19 m. iunii a. 1977.

dentoristi vi avevano aperto. Per tre anni Pittsburgh fu la sua residenza, con impegni molteplici. Tornato a Baltimora, vi esercitò il ministero parrocchiale nella chiesa di Sant'Alfonso, quale primo parroco redentorista di America, sempre primo al lavoro e al sacrificio, sempre ultimo al riposo, sempre modello di regolare osservanza religiosa.

Qui dovette accettare, nel 1852, la nomina alla sede vescovile di Filadelfia. Le nuove responsabilità raddoppiarono il suo zelo pastorale. Superando difficoltà d'ogni genere riuscì a fondare circa cento scuole cattoliche, instancabile nelle visite pastorali, a contatto col popolo povero e laborioso. Fondò a Filadelfia la prima Parrocchia Italiana, dedicata alla Santa Fiorentina Maria Maddalena de' Pazzi, ed avviò la costruzione della monumentale Chiesa Cattedrale. Fu in Italia, nel 1854, per la proclamazione del dogma dell'Immacolata, e fece visita al suo Paese d'origine. Scrisse varie opere, tra cui un celebre Catechismo, molte volte ripubblicato. Morì, stroncato da un improvviso malore che lo colse per strada il 5 gennaio 1860; non aveva ancora 49 anni. È sepolto nella Chiesa di S. Pietro a Filadelfia. Ed ora egli vive nella comunione dei Santi, nella gloria di Cristo.

Proinde iterum Anglice:

We ask ourselves today : what is the meaning of this extraordinary event, the meaning of this canonization? It is the célébration of holiness. And what is holiness? It is human perfection, human love raised up to its highest level in Christ, in God.

At the time of John Neumann, America represented new values and new hopes. Bishop Neumann saw these in their relationship to the ultimate, supreme possession to which humanity is destined. With Saint Paul he could testify that "ali are yours, and you are Christ's, and Christ is God's".[1] And with Augustine he knew that our hearts are restless, until they rest in the Lord.[2]

His love for people was authentic brotherly love. It was real charity : missionary and pastoral charity. It meant that he gave himself to others. Like Jesus the Good Shepherd, he lay down his life for the sheep, for Christ's flock : to provide for their needs, to lead them to salvation. And today, with the Evangelist, we solemnly proclaim : "There is no greater love than this : to lay down one's life for one's friends".[3]

[1] *1 Cor* 3:22.
[2] Cfr. *Confessions,* 1, 1.
[3] *Jn* 15:13.

John Neumann's pastoral zeal was manifested in many ways. Through faithful and persevering service, he brought to completion the generosity of his initial act of missionary dedicatum. He helped children to satisfy their need for truth, their need for Christian doctrine, for the teaching of Jesus in their lives. He did this both by catechetical instruction and by promoting, with relentless energy, the Catholic school system in the United States. And we still remember the words of our late Apostolic Delegate in Washington, the beloved Cardinal Amleto Cicognani : "You Americans", he said, "possess two great treasures : the Catholic school and the Confraternity of Christian Doctrine. Guard them like the appiè of your eye".[4]

And who can f ail to admire all the loving concern that John Leumann showed for God's people, through his priestly ministry and his pastoral visitations as a Bishop? He deeply loved the Sacrament of Reconciliation : and like a worthy son of Saint Alphonsus he transmitted the pardon and the healing power of the Redeemer into the lives of innumerable sons and daughters of the Church. He was close to the sick ; he was at home with the poor ; he was a friend to sinners. And today he is the honor of ali immigrants, and from the viewpoint of the Beatitudes the symbol of Christian success.

John Neumann bore the image of Christ. He experienced, in his innermost being, the need to proclaim by word and example the wisdom and power of God, and to preach the crucified Christ. And in the Passion of the Lord he found strength and the inspiration of his ministry : *Passio Christi conforta me!*

The Eucharistie Sacrifice was the center of his life, and constituted for him what the Second Vatican Council would later call "the source and summit of all evangelizatione[5] With great effectiveness, through the Forty Hours Devotion he helped his parishes become communities of faith and service.

But to aecomplish his task, love was necessary. And love meant giving; love meant effort; love meant sacrifice. And in his sacrifice, Bishop Neumann's service was complete. He led his people along the paths of holiness. He was indeed an effective witness, in his generation, to God's love for his Church and the world.

There are many who have lived and are still living the divine com-

*** Cfr.** ***Letter of June 2,*** **1963.**

[5] ***Presbyterorum Ordinis,*** **5.**

mand of gênerons love. For love still means giving oneself for others, because Love has come down to humanity ; and from humanity love goes back to its divine source ! How many men and women make this plan of God the program of their lives ! Our praise goes to the clergy, religious and Catholic laity of America who, in following the Gospel, live according to this plan of sacrifice and service. Saint John Neumann is a true example for all of us in this regard. It is not enough to acquire the good things of the earth, for thèse can even be dangerous, if they stop or impede our love from rising to its source and reaching its goal. Let us always remember that the greatest and the first commandment is this : "You shall love the Lord your God".[6]

True humanism is Christianity. True Christianity — we repeat — is the sacrifice of self for others, because of Christ, because of God. It is shown by signs ; it is manifested in deeds. Christianity is sensitive to the suffering and oppression and sorrow of others, to poverty, to ali human needs, the first of which is truth.

Our ceremony today is indeed the célébration of holiness. At the same time, it is a prophétie anticipation — for the Church, for the United States, for the world — of a renewal in love : love for God, love for neighbor.

And in this vital charity, beloved sons and daughters, let us go forward together, to build up a real civilization of love.

Saint John Neumann, by the living power of your example and by the intercession of your prayers, help us today and for ever.

Denique, lingua Germanica:

Einen besonders herzlichen Willkommensgruß richten Wir bei dieser denkwürdigen Feier auch an die anwesenden Gläubigen aus dem Geburtsland des neuen Heiligen Johannes Nepomuk Neumann.

Sein Wahlspruch »Passio Christi conforta me« — »Leiden Christi stärke mich« — offenbart uns das Geheimnis seines Lebens und die unversiegbare Kraftquelle seines so fruchtbaren und heiligmäßigen Wirkens.

Möge der heilige Missionar und Bischof Johannes Nepomuk Neumann gerade auch Ihnen, seinen Landsleuten, in Prüfung und Not fortan mächtiger Fürsprecher und sicherer Führer zur ewigen Heimat sein ! ;

« *Mt* **2256.**

EPISTULAE

I

Exc.mo P. D. Antonio de Castro Xavier Monteiro, Archiepiscopo-Episcopo Lamacensis dioecesis, XIV exactis saeculis ab eiusdem Ecclesiae fundatione, VIII a restitutione, II ab eius templi cathedralis dedicatione.

Em atitude de homenagem à Sé Apostólica e com o confessado intento de reafirmar a adesäo e fidelidade dessa Comnnidade eclesial à Cátedra e ao Sucessor de Pedro, quisestes informar-Nos que se celebram nessa plurissecular Diocèse de Lamego tres datas significativas, marcos miliarios da actividade evangelizadora da Igreja em terras portuguesas de Aquém-Douro : o XIV centenario da fundaçâo da mesma Diocèse ; o VIII centenario da sua sucessiva restauraçâo, por obra do Bispo Dom Mendo, na época em que Portugal começava a estruturar-se como Naçâo ; e o bicentenàrio da sagraçâo da Catedral diocesana actual.

Simultaneamente sociedade visivel e comunidade espiritual, a Igreja transcende os tempos e as fronteiras dos povos e tem de conservar a sua perene juventude — « . . . sem ruga, nem coisa alguma semelhante » (cfr. *Ef.* 5, 26), conforme Cristo a quis — mas insere-se na historia dos homens ; e, situada num determinado espaço socio-cultural, dá-se um maravilhoso intercambio : ao evangelizar a Boa-Nova e ao distribuir ai os bens da Salvaçâo, no dizer do II Concilio do Vaticano, eia nâo deixa de assimilar dessa cultura tudo aquilo que pode contribuir para a glòria do Criador, ilustrar a graça do Salvador e ordenar, como convém, a vida crista ; depois, com o decorrer dos anos, normalmente sucede que o agrupamento humano evangelizado passa a considerar a Igreja como algo de consubstancial à sua vida, ao seu patrimònio e aos seus valores característicos mais lídimos.

Na sua abertura para o futuro, nunca dis junta da preocupaçâo de perpetuar e transmitir sempre tudo aquilo que eia é e quanto de imutável acredita, a Igreja, quando evoca o passado e comemora datas e factos que se entrelaçant na historia dos homens, fá-lo com aquela sapiencia do « versado ñas coisas do reino dos céus, semelhante a um pai de familia que tira da sua despensa coisas novas e velhas » (cfr. *Mt.* 13, 52) : as liçoes da historia vivida, o estímulo para e caminhada que prossegue e, mesmo, linhas válidas para urna constante e confortadora

renovaçâo na indeclinável e continua tarefa de evangelizar-se e de evangelizar.

Foi isto, por certo, o que se procurou em Lamego, nesta evocaçâo do passado da Diocèse, com apropriadas realizaçôes pastorais e culturáis. Oxala que elas ditem novas e proficuas iniciativas, para o bem integral das gentes lamecenses; e, sobretudo, que elas deixem um rasto de luz a seguir, no viver e testemunhar o Reino de Deus, com as suas componentes de graça, verdade e justiça, a serem traduzidas em santidade, amor e paz! Congratulando-Nos em Cristo, invocamos para toda a dilecta Diocèse de Lamego, com o seu Pastor, e para todos os fiéis que se lhes associarem no agradecimento e louvor ao Senhor da historia, abundantes dons celestes, ao confirmar os Nossos votos com urna propiciadora Bênçâo Apostólica.

Vaticano, 30 de Outubro de 1976.

PAULUS PP. VI

n

Em.mo P. D. Hermanno S. R. E. Card. Volk, Episcopo Mogimtino, quinto exacto saeculo a condita ipsa in urbe Studiorum Universitate.

« Moguntiacus, nobilis civitas »,* antiquitate, rerum gestarum memoria, monumentorum pulchritudine affatim quidem commendatur ; placet Nobis vero duas laudes, quibus praecipue ornatur, in lumine ponere : religionem et studia liberalia, quae si felici nexu inter se coniunguntur, egregia enitet forma vivendi.

Christiana sacra eo mature sunt inducta et maxime Praesulum cura et diligentia incrementis adaucta; in quibus memorandus est Sidonius, de quo Venantius Fortunatus ait : « Domini cultum templa novando fovet »,[2] atque Sanctus Bonifatius, qui, « Germaniae apostolus », episcopalem sedem ibi apte disposuit.

Doctrinarum vero domicilium inditum urbs ista evasit, postquam auctoritate Xysti IV, Decessoris Nostri, studiorum Universitas seu, ut tum dicebatur, Studium generale anno MCCCCLXXVII ibidem coepit patere. Quod, ut notum est, aetate illa evenit, qua, renatis veterum litteris artibusque, alacritate discendi animi incendebantur. Mogun-

[1] Cfr. S. Hieron., *Ep.* 123.

[2] II, 2, 15.

tiaco ergo, quasi e quodam centro, humanismus, qui appellatur, in multas Germaniae partes est propagatus. Post difficultates non leves, procellosis temporibus subortas, novus huic altiorum disciplinarum sedi est inditus vigor per sodales Societatis Iesu, quos Daniel Brendel de Homburg, Archiepiscopus et Princeps Elector Moguntinus, asciverat. Aetate autem Gallicae perturbationis rerumque conversionis haec studiorum Universitas est interempta.

Nec praeterire volumus, urbem istam mente intuentes, eius civem, qui perennem famam est adeptus : Ioannem Gutenberg, inventorem artis typographicae, quae, ut nemo non videt, ad humanum cultum provehendum diffundendum plurimum contulit.

E cuius praeclari viri nomine appelata est nova studiorum Universitas Moguntina, quae post immanem cladem alterius belli, quod per orbem terrarum saevierat, a. MCMLXVII, omnibus praedita Facultatibus, est provide instaurata.

Cum ergo in eo sit, ut quintum saeculum révolu tum ab hoc eximio litterarum disciplinarumque domicilio primum constituto sollemniter celebretur, gratulationem Nostram declarare gaudemus, vehementer optantes, ut diuturnum in aevum vera ibi sapientia colatur, quae plurimum valet ad vitam recte dirigendam et ad terrenam aedificandam civitatem.

Rogantes, ut huiusmodi animi Nostri sensum sis interpres et nuntius apud coetum, qui huius anniversariae memoriae causa congregabitur, Moderatori et universis, qui in ista studiorum Universitate docent ac discunt, nominatim vero magistris et alumnis Facultatis theologiae catholicae, superna auxilia enixe precamur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxiv mensis Aprilis, anno MCMLXXVII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

PAULUS PP. VI

in

Em.mo Radulfo Francisco S. R. E. Card. Primatesta, Episcoporum Argentinae Conferentiae Praesidi, occasione XVI Conventus Actionis Catholicae eiusdem Nationis.

Con ánimo complaciente hemos sabido que está para celebrarse en Buenos Aires la XVI[a] Asamblea Federal de la Acción Católica Argentina. A Vuestra Eminencia, a los Hermanos en el Episcopado, a los

amadísimos sacerdotes y seglares que participan en ella vaya la expresión de nuestro paterno y afectuoso saludo en el Señor.

Queremos ante todo congratularnos por esta iniciativa eclesial tan cuidadosamente preparada, en la que confluyen ahora múltiples experiencias e inquietudes, propósitos y esperanzas ; problemas y aspiraciones, sin duda de palpitante actualidad, que os reclaman, como a miembros vivos de la Iglesia, al compromiso de la fe, respondiendo con decisión y seriedad a la llamada divina a transformar los corazones y el mundo mediante una existencia renovada constantemente a través de la comunión con los hermanos.

Sí, esta conexión que podemos definir íntima entre fe y vida se hace imprescindible para quien, enrolado en las filas del apostolado, ha aceptado como quehacer propio ser testigo del Evangelio, gozoso de llevar la verdad de Cristo, en estrecha comunión con la Jerarquía, a todos los ámbitos de la sociedad. No nos cansaríamos nunca de insistiros en la necesidad de mantener el contacto con el Maestro a través de la oración, de la participación en la liturgia, del estudio asiduo de la Sagrada Escritura para llenaros de su presencia y, por medio de la constante revisión de vida, miraros en el espejo de las actitudes del mismo Cristo.

Sabemos ciertamente que estais adentrados en este espíritu de generosa fidelidad al Señor; por eso vemos con suma confianza que os aprestáis ahora a emprender una tarea específica en el campo de la evangelización, esto es, a « plantar la Iglesia », a llevar a cabo la obra iniciada por el Salvador. En las páginas del reciente Concilio y también en nuestra Exhortación *Evangelii nuntiandi* encontrareis perfilados muchos matices que deseamos orienten y contribuyan a formular vuestros programas de actividades inmediatas.

Tenéis ante vosotros un campo inmenso donde arraigar vuestra capacidad de ser ((para los demás », atentos siempre a escrutar lugares, situaciones y tiempos en que la presencia del cristiano comprometido con el Evangelio puede no sólo purificar estructuras y afanes temporales, sino también servir de guía, hacer fructificar y dar consistencia a realizaciones que favorecen el desarrollo integral de la sociedad.

Lejos pues de ajustarse enteramente a actividades de índole exclusivamente temporal, enmarcadas en el contexto social, el apóstol en cuanto tal, consciente de su vocación espiritual y responsable de la propia identidad como seglar, mira sobre todo a establecer un clima religioso y de consenso fraterno, de verdadero diálogo, poniendo de su parte un talante abierto a las esperanzas de justicia y de paz que el mundo reclama.

Conociendo los abundantes frutos que la Acción Católica Argentina ha sabido dar en el pasado, renovamos hoy nuestra confianza de que los dé todavía mayores en el futuro. Para ello exhortamos a todos sus dirigentes, consiliarios y miembros a trabajar unidos por perfeccionar la formación y los métodos, con el fin de hacer más fecundas las propias tareas y poder dar razón de la esperanza por la cual vivimos. Deseamos igualmente que-nuestros Hermanos en el Episcopado y también los sacerdotes vean en la Acción Católica una colaboradora indispensable del ministerio, como signo y prenda de la presencia viva del laicado en la comunicación de la gracia redentora del Señor.

Encomendamos estos votos a la protección de Nuestra Señora de Lujan e impartimos de corazón a todos los queridísimos hijos de la Iglesia en Argentina una especial Bendición Apostólica.

Vaticano, 12 de Junio de 1977.

PAULUS PP. VI

IV

S. S. Demetrio I, Patriarchae oecumenico.

C'est avec une joie et une émotion profondes que Nous avons reçu votre Envoyé, Son Eminence Mgr Méliton, le très cher Métropolite de Chalcédoine, accompagné de l'Evêque d'Aristi, Mgr Basile, et de l'Archonte grand Protonotaire, Monsieur le professeur Emmanuel Photiadis.

En ces jours de fête remplis de l'allégresse que l'Esprit met en nos cœurs en suscitant notre action de grâces, leur présence parmi nous est riche de signification. Elle montre clairement que les liens de fraternité qui se tissent à nouveau, de plus en plus étroits, entre l'ancienne et la nouvelle Rome, sont désormais tels que tout ce qui touche à la vie de l'une des deux Eglises soeurs est aussi vécu par l'autre dans la communion au même Esprit.

En remerciant Votre Sainteté de ce nouveau geste de fraternelle charité, Nous redisons notre inébranlable décision d'aller de l'avant, en pleine harmonie avec Elle, sur la route qui doit nous mener à célébrer ensemble l'Eucharistie du Seigneur. Passe Dieu que cette heure bénie soit proche!

Nous pensons que, dans cette marche vers la pleine communion retrouvée, nous devons rester en étroit contact afin que nos efforts soient

harmonieusement coordonnés. Aussi Nous nous réjouissons des informations que votre eminent Envoyé Nous a communiquées au sujet de la récente réunion de la Commission interorthodoxe préparatoire au dialogue théologique avec l'Eglise catholique. Notre Secrétariat pour l'Unité fera tout pour répondre aux possibilités ouvertes par ces premiers résultats si encourageants.

Nous voudrions également dire à Votre Sainteté toute notre gratitude pour le très beau présent qu'Elle nous a fait parvenir à l'occasion du dixième anniversaire de notre visite au Patriarcat oecuménique. Ce jour de juillet 1967 laisse en notre cœur un ineffaçable souvenir riche d'espérance. Nous confions à notre tour au Doyen de votre Saint Synode le don que Nous destinons à Votre Sainteté, symbole de la profonde charité qui Nous anime envers Elle. Et Nous sommes heureux de vous assurer de notre union dans la prière et le service de notre unique Seigneur.

Du Vatican, le 29 Juin 1977.

PAULUS PP. VI

NUNTIUS SCRIPTO DATUS

Missionali rei provehendae missus, ob diem per totum catholicum orbem celebrandum, id est 23 mensis octobris, huius ipsius anni.

Carissimi Fratelli e Figli della Chiesa Cattolica!

Il consueto indirizzo che vi rivolgiamo in vista della prossima Giornata Missionaria, consapevoli del dovere di promuovere l'evangelizzazione, si apre quest'anno nel ricordo di un'eletta figura di Donna, da cui la Chiesa ha ricevuto e riceve tuttora un forte impulso missionario : Santa Teresa di Lisieux, che proprio cinquantanni fa fu proclamata, con San Francesco Saverio, speciale patrona delle Missioni Cattoliche.[1] Durante questo periodo, innumerevoli sono state le vocazioni missionarie ed intensa è stata pure la collaborazione, accompagnata ed impreziosita dai sacrifici di tanti fedeli, per l'opera primaria della diffusione del Vangelo. In tutte le epoche missionarie si può, infatti, con-

[1] Cfr. *Decreto della S. Congregazione di a Propaganda Fide»,* del 14 dicembre 1927.

statare come la presenza di un Santo diventi punto di partenza per un nuovo slancio apostolico, ed è questa la ragione ideale ed insieme augurale del riferimento da noi fatto all'insigne e santa Religiosa Carmelitana.

Siamo forse di fronte ad una nuova epoca? Si profila una tappa ulteriore nell'opera di evangelizzazione? Nell'Esortazione Apostolica *Evangelii Nuntiandi,* pubblicata poco prima della fine dell'Anno Santo, dicemmo di aver in esso « percepito come non mai le necessità e le invocazioni di una moltitudine di fratelli... in attesa della Parola della salvezza da parte della Chiesa », ed invitammo, perciò, ad elaborare « un programma di azione pastorale ... per questi anni che segnano la vigilia di un nuovo secolo », non senza rilevare che di un tale programma « l'evangelizzazione è l'aspetto fondamentale ».[2] Sì, alla vigilia del terzo millennio del Cristianesimo, una nuova fase è lecito attendersi nell'annuncio evangelico, fase contrassegnata da esigenze di autenticità, di unità, di verità, di fedeltà e di carità apostolica : « Il mondo che, nonostante innumerevoli segni di rifiuto di Dio, paradossalmente lo cerca attraverso vie inaspettate e ne sente dolorosamente il bisogno, reclama evangelizzatori i quali gli parlino di un Dio, che essi conoscano e che sia a loro familiare, come se vedessero l'Invisibile ».[3] Pertanto, « occorre evangelizzare — non in maniera decorativa, a modo di una superficiale vernice, ma in forma vitale, in profondità e fino alle radici — la cultura e le culture dell'uomo», nel senso... che questi termini hanno nella Costituzione.[4] « Non si tratta solo — dicevamo — di predicare il Vangelo in fasce geografiche sempre più vaste ... ma anche di raggiungere e quasi di rovesciare con la potenza del Vangelo i criteri di giudizio, i valori determinanti, i punti di interesse, le linee di pensiero, le fonti ispiratrici e i modelli di vita dell'umanità, che sono in contrasto con la Parola di Dio e col disegno della salvezza ».[5]

Urgenza della formazione missionaria

Se tale dev'essere oggi il livello dell'evangelizzazione, se tale è il suo innesto nel contesto culturale moderno, nostro desiderio per la Giornata di quest'anno è quello di raccomandare la necessità della *forma-*

[2] Cfr. n. 81.
[3] *Ibid.,* n. 76.
[4] *Ibid.,* n. 20.
[5] *Ibid.,* n. 19

zione missionaria. <(Per tutti gli operai dell'evangelizzazione — dicevamo ancora — è necessaria un'accurata preparazione »,[6] e questa riguarda ciascun membro del Popolo di Dio, perché « tutta la Chiesa è missionaria, e l'opera evangelizzatrice è dovere fondamentale del Popolo di Dio».[7] Solo da questa formazione seguirà un'efficace cooperazione, pur se diversa nei modi : preghiera, sacrificio, aiuto economico, prestazione personale, tipi di partecipazione secondo tempi e gradi differenti, consacrazione totale e permanente.

Si verifica talora un uso incongruo della parola « missione » fino al punto ch'essa viene genericamente applicata a qualsiasi azione buona e positiva, soprattutto se di contenuto sociale. Ora, se tutta l'azione apostolica della Chiesa scaturisce dalla missione di Cristo, non bisogna tuttavia dimenticare né sottovalutare l'aspetto essenziale di questa missione : l'invio ((ad gentes ».[8] Al riguardo, è sempre valido quel che ha ripetuto il Concilio Vaticano II, in coerenza con la tradizione : « Fine specifico dell'attività missionaria è l'evangelizzazione e la fondazione della Chiesa in quei popoli o gruppi, in cui ancora non è radicata ».[9] L'attività missionaria non è, dunque, assimilabile o equivalente ad una qualunque attività che sia svolta nel cosiddetto ((terzo mondo » : se così fosse, essa perderebbe il suo peculiare carattere e sarebbe anche storicamente precaria, poiché molti Paesi, dove la Chiesa non è ancora impiantata, non appartengono, o non apparterranno più fra breve, al ((terzo mondo ».

C'è bisogno, pertanto, di apostoli formati propriamente per la missione ((ad gentes » secondo i criteri sviluppati nell'omonimo Decreto del Concilio. Se a questo speciale compito saranno educati, con uno spiccato senso universalistico, frutto di penetrante sensibilità umana ed ecclesiale, allora avremo nuovi apostoli, i quali dalle stesse difficoltà sapranno ricavare altrettante possibilità di evangelizzazione. Solo una formazione approfondita che disponga alla dedizione generosa, potrà creare le condizioni di un nuovo e fiorente periodo per le Missioni. E questa è una mèta che non può essere improvvisata, ma deve essere perseguita coraggiosamente in un processo di preghiera, di studio, di ri-

[6] *Ibid.,* n. 73.
[7] Cfr. Decr. *Ad Gentes,* n. 35.
» *Mt.* 28, 19; *Me.* 16, 15; *Lc.* 24, 47.
[9] Decr. *Ad Gentes,* n. 6.

flessione, di dialogo, di impegno. Ed è una mèta, altresì, che a tutti vogliamo additare : non solo ai futuri Missionari e Missionarie, ma anche ai Sacerdoti, ai Religiosi, ai Seminaristi, ai Laici.

Orientamenti per la formazione missionaria oggi

Volendo proporre qualche suggerimento in un settore tanto importante, invitiamo anzitutto a rileggere i più recenti documenti sulle Missioni e sull'evangelizzazione, specialmente il citato Decreto conciliare *Ad Gentes* **e la nostra Esortazione** *Evangelii Nuntiandi.* **Qui, infatti, si trova ampia materia per capir meglio — fissata come base la natura missionaria della Chiesa, centrato l'esatto concetto di evangelizzazione — quali debbano essere oggi il metodo e lo stile, le qualità e le finalità della formazione missionaria. Presupponendo questi testi del Magistero, aggiungiamo poi che la stessa formazione cristiana, dalla prima catechesi sacramentaria fino allo studio della teologia, deve essere inquadrata in una prospettiva missionaria universale, essendo questa non già un semplice ornamento, non un elemento marginale o un dato accessorio, ma dimensione costitutiva della fede cattolica. Né intendiamo soltanto la formazione teorica : è necessario, piuttosto, ordinare** *l'iter* **preparatorio in maniera tale da conseguire, in concreto, la dedizione delle persone e delle comunità cristiane alla causa dell'evangelizzazione. La formazione, oltre che essere impartita per mezzo di conferenze, scuole, libri, corsi, sarà curata anche per mezzo di ritiri, Esercizi Spirituali, incontri di preghiera e, specialmente, nel vivo contatto con chi già esercita la missione e ne conosce, per diretta esperienza, le esigenze e i problemi.**

Da tale formazione deriverà un maggior numero di vocazioni missionarie, nonché una loro migliore selezione ed una più consolante perseveranza. Essa non dovrà, perciò, mancare nei Centri di formazione, nei Seminari, nelle Case Religiose, nei Noviziati, nelle Parrocchie, ed avrà come poli di orientamento la generosità del servizio evangelico e l'apertura all'universalismo cristiano.

Uno scopo particolare, ma parimenti importante da raggiungere, è l'ispirazione e — diremmo — l'impronta missionaria nelle vocazioni sacerdotali e nelle varie forme di vita consacrata. A questo tende precisamente la Pontificia Unione Missionaria, la quale — come dicemmo nella Lettera Apostolica *Graves et Increscentes,* **del 5 settembre 1966 — è « l'anima delle Pontificie Opere Missionarie ». Se mancasse questa componente nella preparazione delle persone più responsabili, quali sono i**

Sacerdoti e coloro che professano per voto la vita di perfezione, difficilmente si giungerebbe alla formazione missionaria del Popolo di Dio.

Auspichiamo, altresì, che si lavori per acquisire questa formazione anche mediante la ricerca storica e la specializzazione missiologica. Queste scienze, infatti, possono essere di grande utilità per far conoscere tante Figure missionarie e per approfondire i princìpi basilari, che sono la sorgente dello zelo apostolico. Speriamo, infine, che non mancheranno valide iniziative per istituire o consolidare i Centri di studio e di animazione missionaria, per diffondere le pubblicazioni ed utilizzare i moderni strumenti di comunicazione sociale.

Oggi, più che in passato, si avverte il bisogno di apostoli animosi che non si perdano in discussioni inutili o in questioni sterili, ma che consacrino tutta la loro vita alla missione universale, seminando « non dubbi e incertezze ... ma alcune certezze solide, perché ancorate nella Parola di Dio ».[10]

È questa la formazione, che Noi con fiducia attendiamo da coloro che si preparano all'apostolato o già vi collaborano : ad essi aspiranti-Missionari, come ai Missionari nel campo del lavoro ed a tutti i figli della Chiesa, che li assisteranno con la preghiera e col sacrificio in occasione dell'annuale « Giornata », impartiamo di cuore il conforto della Benedizione Apostolica.

Dal Vaticano, nella Solennità di Pentecoste, 29 Maggio dell'anno 1977, decimoquarto del Nostro Pontificato.

PAULUS PP. VI

ALLOCUTIONES

I

Ad sacros Belgii Praesules, occasione visitationis « Ad limina » coram admissos.*

Frères très chers,

Votre démarche Nous apporte une vive satisfaction et les paroles que Monsieur le Cardinal Suenens vient de Nous adresser en votre nom Nous touchent profondément. Merci de cette communion de cœur

[10] *Evangelii Nuntiandi,* **n. 79.**
*** Die 12 m. martii a. 1977.**

et d'esprit que vous tenez à maintenir et à professer à notre endroit, eu égard au rôle que le Seigneur Nous a confié.

Ne craignez point d'aggraver nos soucis de Pasteur universel en abordant avec Nous ou dans votre rapport les aspects importants de votre ministère, qu'il s'agisse de faits positifs ou de sérieuses préoccupations, de vos efforts ou de vos espoirs.

Comme vous l'avez souligné, Monsieur le Cardinal, il faut à la fois regarder les choses avec réalisme, lex exposer avec loyauté, y faire face avec espérance. Ne sommes-Nous pas là, en accueillant le témoignage des Eglises locales, pour aider nos Frères à discerner le chemin à suivre à la lumière de l'Evangile? Et aussi, grâce à une expérience qui fait corps avec la tradition vivante de l'Eglise et en raison de notre responsabilité universelle, pour affermir nos Frères dans la foi et la vigueur apostolique?

Vous voulez apporter votre part, comme c'est normal, à la solution positive des graves problèmes humains, sociaux, politiques et économiques que rencontrent aujourd'hui vos compatriotes. Vous voulez surtout apporter à leur fidélité et à leur engagement chrétiens le soutien et l'élan dont ils ont besoin. Nous savons les difficultés que vous rencontrez; plus encore, Nous pensons aux ressources dont vous disposez.

Beatissima Virgo Maria declaratur caelestis patrona nuper constitutae Eparchiae Kanjirapallensis in finibus Indiae.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Ne institutae paulo antea novae Eparchiae Kanjirapallensi in finibus Indiae ullum umquam deesset caeleste auxilium praesidium subsidium ad fidem ibi pietatemque catholicam efficaciter prosperandam, Pastor eiusdem gregis proprius, Venerabilis Frater Iosephus Powathil, mature quidem agere coepit de peculiari apud Deum destinando Eparchiae patrono. Ut autem agnosceretur publice ac valide simul proveheretur iam diu vigens inter populum illum cultus Sanctissimae Dei Matris, placuit ei Praesuli ut a principio statim ipsa Beata Virgo Maria designaretur et praedicaretur et honoraretur talis superna deprecatrix pro Kanjirapallensibus ad divinum Filium suum. Quocirca hanc gratiam ac nominationis confirmationem a Sede Apostolica rite flagitavit. Nos itaque, cum istud consilium et propositum salutare omnino iudicemus ac maxime posthac conducturum existimemus communitatis illius decori et religionis christianae in ea fiori, libenti animo obsecundamus votis precibusque admotis et de sententia Sacrae Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus tum de potestatis Nostrae Apostolicae plenitudine, harum Litterarum virtute perpetuoque, Beatam Mariam Virginem Dei Genetricem confirmamus, seu iterum constituimus ac renuntiamus, praecipuam coram Deo Patronam totius Eparchiae Kanjirapallensis ritus Malabarensis, dum cuncta privilegia liturgica concedimus et honores adicimus quae eiusmodi Patronis iure conveniunt. Contrariis quibusvis minime obstantibus. Ceterum praecipimus ut hae Litterae Nostrae religiose observentur suosque effectus tam in praesens quam in posterum habeant tempus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIII mensis Maii, anno MCMLXXVII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

L. © S.

In Secret. Status tao., n. 325937

II

Beata Virgo Maria Immaculata sub titulo « de la Almudena » confirmatur patrona principalis Archidioecesis Matritensis-Complutensis.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Progredientibus aetatibus inde ab antiquiore quidem tempore Christianae fidei in Hispania non tantum contingebat ut religiosissimus apud populum illum cultus Sanctae Iesu Christi Matris usque latius inter fideles percrebresceret altiusque in animis insideret, verum etiam ut ipsa eventa consilia opera tum ecclesiasticae auctoritatis tum civilis potestatis saepius destinarentur sollemni ritu ad corroborandam inflammandam exornandam eandem pietatem erga ipsam Dei Genetricem diversis nimirum titulis invocatam. Hoc autem luculenter accidit Matriti in celebratione Beatae Virginis Mariae sub appellatione « de la Almudena », cuius videlicet varia fortuna complectitur totam fere illius urbis historiam cuiusque imago vetusta cingitur paene innumerabilibus honoris publici ac sacri ornamentis, cui immo monumenta et templa sunt dicata a principibus civitatis cuique iura patronatus et insignia donata sunt etiam a Decessoribus Nostris. Non igitur sine gravissima et iustissima causa Venerabilis Frater Noster S. B. E. Cardinalis Vincentius Enrique et Tarancón, nempe Archiepiscopus Matritensis - Complutensis, maxime omnino convenire censuit ut eadem Deipara Virgo crebrius diutiusque agnita et praedicata istius loci custos ac sospita tandem aliquando secundum renovatae liturgiae praecepta legitime confirmaretur principalis apud Deum patrona. Huic proin Nos voluntati pastoris declaratae que consensioni gregis universi laetissime obsecundantes et rem plane honorificam consentaneam frugiferam esse arbitrantes exaudimus ipsius preces ac de sententia Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino, apostolica Nostra potestate harumque Litterarum virtute, perpetuum in modum Beatam Mariam Virginem Immaculatam sub titulo « de La Almudena » praecipuam coram omnipotenti Deo Patronam Archidioecesis Matritensis - Complutensis instituimus, sancimus, edicimus, singulis simul additis iuribus ac privilegiis quae huius modi principalibus patronis rite congruunt. Quibusvis contrariis haudquaquam obstantibus. Decernimus denique ut

hae Litterae Nostrae firmae validae et efficaces sint ac permaneant in praesenti futnroqne tempore.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die i mensis Iunii anno MCMLXXVII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© IOANNES Card. VILLOT, ***Secretarius Status***

L. © S.

In Secret. Status tab., n. 327877.

III

Beatus Iosephus Moscati, laicus medicus, confirmatur Patronus caelestis Scholae Medicinae apud Catholicam Universitatem Portoricensem.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Nemo sane non novit idcirco Ecclesiam Matrem sua auctoritate et commendatione proponere cultui fidelium publico Beatos Beatasque caelites ut veluti cotidiano exemplo sint nec non proximo incitamento ad praecelsam vitae christianae formam expeditius implendam in cuiusque aetatis et condicionis adiunctis. Nuperius autem Nos iuvit honores illos Beatorum decernere Venerabili Dei famulo Iosepho Moscati, laico medico, quippe qui pro singulari sua eruditione insignique religione propriam nobilem professionem scientissime convertisset in apostolatus evangelici regionem, in caritatis exercendae munus, in efficacem rationem sui ipsius ad Deum attollendi aliosque homines Christo Domino lucrandi. Laudabile igitur prorsus consilium captum interea est ab auctoritatibus et discipulis Scholae Medicinae apud Universitatem Catholicam Portoricensem ut idem hic Beatus medicus rite destinaretur patronus coram Deo eiusdem instituti ; quam exinde sententiam Venerabilis Prater Ioannes Fremiot Torres Oliver, Episcopus nempe Poncensis ac Magnus Cancellarius ipsius Universitatis, comprobavit petivitque ut haec Apostolica Sedes legitime confirmaret ad normam Instructionis de Kalendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis n. 30. Nostra ergo auctoritate adstipulamur omnino postulationi sic admotae, firmiter sperantes futurum ut non tantum Beati illius viri opera exempla praecepta separentur ibi studiosi rerum medicinarum alumni sed etiam ut congruis adiumentis ille tamquam praesens semper de caelis opituletur eisdem ali-

quando medicis artem suam simul factitantibus simul fidem tali modo testantibus. Quam ob rem, eis singillatim corroboratis quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino iam egit ex potestatibus a Nobis concessis, sancimus et confirmamus Beatum Iosephum Moscati, laicum medicum, haberi posse et esse Patronum Scholae Medicinae apud Universitatem Catholicam Portoricensem coram Deo, tributis iuribus et privilegiis liturgicis secundum rubricas consequentibus. Contrariis minime obstantibus. Has autem Litteras firmas sive nunc sive in posterum esse volumus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die xiv mensis Iunii, anno MCMLXXVII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© **IOANNES Card. VILLOT,** *Secretarius Status*

Loco £8 **Sigilli**

In Secret. Status tab., n. 880808.

IV

Beata Maria Virgo Immaculata confirmatur caelestis Patrona dioecesis Francopolitanae, in Brasilia.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Constat christifideles dioecesis Francopolitanae iam diu Beatam Mariam Virginem Immaculatam peculiari cultu prosequi. Hanc ob causam, Venerabilis Frater Diogenes da Silva Matthes, Episcopus Francopolitanus, communibus annuens votis, Beatam Mariam Virginem sub memorato titulo caelestem suae dioecesis Patronam rite declaravit. Cum is exinde rogaverit ut, quod hac de re ad normam « Instructionis de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis » sub n. 30 statutam ipse peregit, id confirmaretur, Nos idcirco, valde expetentes ut amor istorum filiorum sic vel magis excitetur in Sanctam Dei Genetricem, sententiam Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino ratam habemus deque Apostolica Nostra potestate Beatam Mariam Virginem Immaculatam apud Deum Patronam dioecesis Francopolitanae confirmamus, congruentibus traditis iuribus et liturgicis privilegiis, secundum normas videlicet Instructionis, quam diximus, eiusdem Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino. Contrariis quibuslibet haud

obstantibus. Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque effectus sive in praesens sive in posterum habeant.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xiv mensis Iunii, anno MCMLXXVII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

© **IOANNES Card. VILLOT,** *Secretarius Status*

Loco £B Sigilli

In Secret. Status tab., n. 327965.

V

Cathedrale templum Deo in honorem Sanctae Annae in civitate Corensi dicatum titulo Basilicae Minoris exornatur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Praeclarum Sanctae Annae templum, quod in civitate Corensi Reipublicae Venetiolanae anno MDXXXI ad dignitatem cathedralis templi primum est evectum ex eoque tempore monumentum fidei exstat illius gentis, dignum Nobis visum est quod titulo Basilicae Minoris augeretur. Quapropter, mentem Nostram ad maiorem praesertim utilitatem Christifidelium intendentes, assentiendum existimavimus precibus Venerabilis Fratris Iosephi Iturriza Guillen, Episcopi Corensis, qui, communia cleri et populi vota expromens suis ipsius cumulata, poposcit a Nobis ut eo, quem diximus, honore memoratum templum insigniremus. Nos igitur, sententiam Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino confirmantes, de Apostolica Nostra potestate, harum quidem Litterarum vi perpetuumque in modum, idem illud templum, Sanctae Annae in praedicta dioecesi sacrum, ad dignitatem Basilicae minoris evehimus, cunctis adiectis iuribus et liturgicis concessionibus quae templorum cathedralium sunt propria ; iis tamen servatis quae secundum statuta ipsius decreti « de titulo Basilicae Minoris » die VI mensis Iunii anno MCMLXVIII evulgati servanda sunt. Contrariis quibuslibet haud obstantibus. Ceterum volumus ut hae Litterae Nostrae religiose observentur suosque sive nunc sive in posterum habeant effectus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi mensis Iulii, anno MCMLXXVII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

© **IOANNES Card. VILLOT,** *Secretarius Status*

L. © S.

In Secret. Status tab. n. 332171.

EPISTULA

Exc.mo P. D. Francisco Ios. Iturriza Guillen, Episcopo dioecesis Corensis, in Venetiola, CCCCL expleto anno ab urbe Coro condita.

Mentem Nostram ad urbem episcopalem tuam convertimus, ubi mox sollemnia agentur ob CCCCL annum expletum, ex quo eadem est condita. Cuius eventus memoria civium communitatem, ut talium respicit, et — ac quidem potius — religionem, qua illa in Venetiolae finibus est nominis famam adepta. Etenim meminisse iuvat Coram fuisse primam sedem episcopalem illa in regione, quippe quae anno MDXXXI esset erecta. Quae, saeculo fere elapso, alio fuit translata, sed providentia Pii XI, Decessoris Nostri, restituta. Nec praetereundum est ecclesiam cathedralem, Sanctae Annae sacram, omnium antiquissimum esse templum christianum Reipublicae Venetiolanae. Itaque huic urbi tribui potest nomen quasi cunabulorum, ubi religio catholica in Venetiola est prospere alita et unde fuit feliciter propagata.

Valde ergo optamus, ut indicta sollemnia non solum ad recolendas res gestas, memoratu quidem omnino dignas, spectent, sed etiam in ipsam vitam fidelium, qui nunc eo loco sunt, salubriter influant. Sentiant universi Ecclesiam tamquam matrem sollertem et sollicitam se comitari, omnique tempore sibi benigne adesse : hanc ergo diligant, huic haereant, huius testes exsistant. Versetur ante oculos haec imago, quam, Patres Concilii olim allocuti, breviter descripsimus : « Ecclesia in primis societas est religiosa, est communitas orans, est populus conscientiae nitore et religionis studio florens, quae fide ac superna gratia aluntur» (Alloc, habita d. 4 Dec. a. 1963).

Nominatim sacerdotes, cooperatores tui, hac oblata occasione impellentur, ut spiritualem hereditatem, religionem dicimus catholicam, per longum hunc annorum cursum ista in urbe servatam, etiam augeant, ita ut quam uberrimi fructus inde percipi possint.

Deum enixe deprecantes, ut cuncta haec auspicato contingant, tibi, Venerabilis Frater, magistratibus, clero ac fidelibus, diligentiae pastorali tuae commissis, Benedictionem Apostolicam, caelestis gratiae et roboris pignus, amantissime impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxiv mensis Iunii, anno MCMLXXVII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PAULUS PP. VI

NUNTII GRATULATORII

I

Em.mo P. D, Humberto S. R. E. Card. Mozzoni, quinquagesimum compienti annum a presbyterali ordinatione.

Benigne salutamus te, Venerabilis Frater Noster, atque egregia cum existimatione mentem Nostram ad te convertimus in felicissimo vitae tuae eventu : die enim decimo quarto adventantis mensis Augusti quinquagesimum annum implebis ex quo, divinae gratiae impulsioni prompto alacrique animo obtemperans, sacerdotium iniisti. Pro huius rei praestantia et tua ipsius dignitate addere volumus fervidam gratulationem Nostram, honorificis benevolentiae sensibus et signis ditatam.

In sacro Ordine constitutus, ad multiplicia opera studiose incubuisti, plura obiisti munera, praesertim ut huius Apostolicae Sedis Legatus. Hoc in munere, primum Boliviana Respublica tua sollertia tuoque zelo fruita est, ubi summopere, te annitente, crevit observantia in Christi Vicarium. Postquam vero operatus es felici cum perspicientia, placuit ut Nuntius nominareris in Argentina Natione ibique maioris momenti munera obires. Amplior enim patuit regio diligentiae tuae: humanam socialem catholicam provectionem aluisti, fidem provexisti atque Summi Pontificis nomine adfuisti Episcopis, sacerdotibus, religiosis et Christifidelibus. Tunc ergo navitas visa est reddi vehementior latiusque excurrere : « caritate veritatis » impulsus, multa patravisti quae omnium existimationem tibi conciliaverunt, ideoque in communi laude et honore es versatus, nec tantum apud « domesticos fidei » (cfr. *Gal.* 6, 10).

Peractos recensenti labores, quos in vinea Domini sustinueras, visum est Apostolicae Sedi, ut Nuntii Apostolici munus in Brasilia tibi concrederetur. In ista Natione animi tui dotes magis magisque enituerunt ; quam ob rem merito factum est, ut in Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium numerum cooptareris, quod evenit ante quattuor annos.

Haec ceteraque multa causa sunt aequissima cur tecum, Venerabilis Frater Noster, grates plurimas exsolvamus summo Deo, bonorum cunctorum Datori. Scito interea Nos tibi proxime adsistere praesertim hac anniversaria redeunte memoria, tibi peculiari benevolentia et amore

bene precari, tibi a Pastore divino exposcere dies pacis et laetitiae plenos, atqne vires ad opus tuum prosperrime persequendum.

Testis denique effusae caritatis Nostrae speique optimae auspicium sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Venerabilis Frater Noster, iisque omnibus, qui sollemnibus ob eiusmodi iubilaeum tuum agendis intererunt, libentissime impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xx mensis Iulii, anno MCMLXXVII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PAULUS PP. VI

II

Em.mo P. D. Ioanni S. R. E. Cardinali Landázuri Ricketts, Archiepiscopo Limano, XXV compienti annum ex quo Episcopus factus est.

Ad praeclara iam monumenta singularis industriae pastoralis tuae, Venerabilis Frater Noster, novum mox decus accedet et ad priora testimonia aestimationis apostolicorum operum tuorum alia brevi tempore honorifica signa addentur, cum ipse videlicet anniversarius Episcopatus tui dies istic commemorabitur inter carissimum Limanum populum cui, sacer pastor pro Christo Domino adhuc serviisti. Viginti quinque enim annos sedulo versaris in multiplici aedificatione Populi Dei; viginti quinque annos item studiose operaris constanti profectui et fiori et renovationi archidioecesis Limanae, primum nempe ut Coadiutor sedi datus, exinde ut loci Ordinarius ; viginti quinque annos indefessas animi corporisque vires et ingenii virtutes impendis in illud ipsum genus navitatis episcopalis quod ob suam varietatem et opportunitatem, providentiam et perseverantiam non leves habet difficultates.

Nos autem, quos aeque nihil iuvat quam participes quoquo modo esse laetitiae et consolationis Nostrorum in Episcopatu fratrum de talibus vitae illorum memorandis eventibus, benevolentissimi sane scribimus hasce Litteras ad te, Venerabilis Frater Noster, ut quam proxime tecum coniungamur felicissimo illo die vicesimo quarto Augusti mensis ac tecum simul communicemus ex animo gratulantes Nostros sensus de tam actuoso Episcopatus tui curriculo.

Iam saepius antehac Nos velut praesentes experiri potuimus egregiam peritiam tuam ac rerum sacrarum diligentiam tum in quattuor

Concilii Vaticani Secundi temporibus, tum in gravibus deliberationibus plurium Apostolicae Sedis ministeriorum quorum validus es sodalis et consultor, tum denique in statione illustri Praesidis Conferentiae Episcopalis Peruviae atque Alterius a Praeside Consilii Episcopalis Americae Latinae : quae singula opera ex sese statim comprobant in te conscientiam officiorum episcopalium tuorum nec non voluntatem eorundem ad effectum deducendorum.

Verum hac gratulatoria Nostra epistula cupimus potius illa incepta — omnibus ceteroqui notissima — extollere nominatim quibus ecclesialem Limanam communitatem superioribus viginti quinque annis studuisti transformare. Loquimur de institutionibus structuris rationibus permultis quas prudenter aut condidisti aut ref ecisti quo efficacior ageretur cura pastoralis omnium regionum archidioecesis omniumque coetuum societatis vestrae. Cogitamus indefatigabilem quandam industriam tuam consulto locatam in adiumento sociali civium istic praesertim egèntiorum : ubi ante oculos Nostros obversantur tua « Missio » et a Caritas)) Limana. Praeterea laeti commemoramus fervidum istud studium — « Missione Conciliari » testatum — per utrumque a te aedificatum seminarium, per officium educationis catholicae, per sedes pastorales communitates christianas cursus renovationis conciliaris, per visitationes paroeciales ac monitorias litteras, per novas paroecias scholas valetudinaria maxime in suburbiis locisque miserioribus excitata.

Cum tuis igitur sacerdotibus et fidelibus Nos consociati ex longinquo volumus illustrare merita Episcopatus tui; cum illis simul precantes exoptamus ut vicesimus quintus anniversarius eius dies, tibi adferat abundantiam sanctae iucunditatis et consolationis. Cupimus autem quoque ut eadem celebritas sit quasi quoddam firmamentum animi tui in praeclaris propositis tuis atque initium propterea novae cuiusdam pariter florentis aetatis sacri ministerii tui.

Hoc itaque omen faustum et votum securi ante Deum facientes, Apostolicam Nostram Benedictionem tibi gratulabundo prorsus adfectu impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xx Iulii mensis anno MCMLXXVII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PAULUS PP. VI

ALLOCUTIONES

I

Ad sacros Praesules e Germaniae provinciis ecclesiasticis Coloniensi et Paderbornensi, occasione visitationis « Ad limina » coram admissos.*

Venerabiles Fratres,

Magno afficimur gaudio quod Nobis datur vos, sacri Pastores e provinciis ecclesiasticis Coloniensi et Paderbornensi, una cum nonnullis Episcopis Auxiliaribus vestris, excipere et consalutare; vos, qui quasi prima estis pars Sacrorum Antistitum Germaniae ad limina Apostolorum visenda accedentium.

Peculiari vero ratione salvere iubemus Venerabilem Fratrem Nostrum Iosephum Cardinalem Höffner, hoc tempore Praesidem Conferentiae Episcoporum Germaniae, cui de verbis, obsequii plenis, quae ad Nos fecit, gratias plurimas agimus.

Visitatio vestra sepulcrorum Apostolorum in Urbe et precatio ante eorum limina naturali quodam modo continuantur et complentur in hoc vestro adventu ad Nos, qui etsi indigni in locum beati Petri successimus et episcopalem cathedram Romanam tenemus. Si ergo incunabula fidei et Ecclesiae nostrae hic consideramus, simul ad tempora praesentia revocamur, quibus salutiferum opus Iesu Christi, in ipsa historia fundatum, vivo quodam modo in Ecclesia hodierna ad effectum adducatur oportet.

Deus igitur hac ipsa aetate Nos vocavit, ut qua Pastores et rectores populi Dei mandatum Apostolorum exsequeremur ad aedificandum Mysticum Corpus Christi. Renovatio Ecclesiae, a Concilio Vaticano Secundo manans, multas nobis praebet easque novas facultates hanc missionem salutiferam efficaciter et late peragendi. Simul vero multiplicia et ex parte difficilia munera imponit, quae potissimum vobis ut Ordinariis locorum expedienda et gerenda sunt, atque omnes vires vestras deposcunt.

Ecclesiae patriae vestrae haec profecto laus debetur, quod non solum magni momenti operam contulit ad causam renovationis et ad documenta Concilii Vaticani, sed etiam quod per communem Synodum, nuper absolutam, dioecesium Reipublicae Foederatae Germaniae, viam iniit, qua

* Die 31 m. martii a. 1977.

magnanimiter et efficaciter normae Concilii ad usum adducerentur. Hoc imprimis munus vobis ut Pastoribus proximis annis erit agendum, scilicet ut deliberationes synodales in cuiusque dioecesi vestra fideliter et constanter exsequamini. Hoc ea mente fiet, ut vita religiosa in communitatis ecclesialibus et familiis necnon testimonium fidei cuiusque christiani secundum spiritum Concilii vivificentur et altius percipiantur.

Novimus sane et participamus ex animo sollicitudines vestras de deminutione fidei, quae in Ecclesia deprehenditur, ac de difficultatibus, quae e penuria sacerdotum et religiosorum oriuntur. Ut huiusmodi rerum inclinationi occurramus, oportet, praeter ea quae ad aptas pertinent dispositiones, veluti ad novam ordinationem ministeriorum pastoralium et territoriorum, imprimis vita spiritualis sacerdotum ac fidelium impensior efficiatur; oportet in iis studium orandi et voluntas sese devovendi et officium conscie suscipiendum circa vocationes ecclesiasticas et circa missionem salvificam Ecclesiae in mundo novo quodam impetu excitentur ac foveantur. Solum enim si sal interiorem vim suam retinet et auget, redditur « sal terrae » et efficacius, amplius, latiusque potest operari.

Quo magis saecularizatio illa, ut aiunt, in humana societate et in publica re progreditur, eo apertius et vehementius Ecclesia vocem suam attollere debet, ut mandato suo, ex quo oportet sit fermentum, in ipso mundo huius aetatis respondeat. Id ipsum vos, Venerabiles Fratres, cum auctoritate facere annis praeteritis ac quidem magis in dies studuistis, qua sodales Conferentiae Episcoporum Germaniae, eo quod declarationes edidistis circa primarias quaestiones spectantes ad ius commune et principia moralia. Temporibus quidem nostris, quibus recta existimatio rerum moralium et obligationum, quibus omnes devinciuntur, formidandum in modum evanescit, in hodierna societate pluralismo quodam insignita, necessarium est, ut discretio spirituum fiat et opportune vel importune id appelletur et error et peccatum et arceatur quod voluntati Dei et dignitati humanae adversatur. Simul vero Ecclesia suum esse arbitratur ad iustiorem melioremque ordinationem humanae consortionis reddendam vires impendere. Hoc profecto modo plurimum confertur ad bonum commune et humanae personae motionem.

Ecclesiae patriae vestrae magnae laudi est altus ille sensus quo Conferentia Episcoporum Germaniae se teneri sentit circa graves et urgentes necessitates Ecclesiae in mundo et circa defensionem humanorum iurium. Huc pertinet etiam alacritas fidelium vestrorum adiuvandi ceteros, quae praesertim ac significanter beneficiis patefit magnorum operum episco-

palium, quae ((Misereor » et « Adveniat » appellantur necnon adiumentis, quae opus « Missio » nuncupatum praebet. Optamus sane ut bonum quod generosa haec voluntas opitulandi aliis Ecclesiis particularibus indigentibus et singulis etiam hominibus tribuitur, donatoribus ipsis eorumque Ecclesiae caelestium benedictionum abundantiam afferat. Nominatim de laicis catholicis Germaniae mentionem facere volumus, qui de animatione religiosa et humano cultu sunt bene meriti, atque etiam formis propriis et peculiaribus secundum sensum Ecclesiae ad terrenam civitatem aedificandam operam student conferre.

Fulgeat ergo coram mundo fides vestra, Venerabiles Fratres, administrorum vestrorum et fidelium, quorum curam geritis, fulgeat animus fortis hac hora, quae multum postulat a vobis !

Hisce votis et hac mente vos prosequimur et prosequemur etiam in posterum. Imploramus denique divina auxilia et praesidia vobismet ipsis, clero vestro, religiosis et cunctis fidelibus communitatum ecclesialium vestrarum. Quorum pignus sit Apostolica Benedictio, quam in caritate Christi vobis impertimus.

II

Ad Hungariae sacros Praesules, visitationis « Ad limina » occasione eoram admissos.*

Venerabiles Fratres,

Gaudiis paschalibus inseritur hodie laetitia oriens ex eo quod Nobis datur vos, ac quidem imprimis Venerabilem Fratrem Nostrum Ladislaum Cardinalem Lékai, Archiepiscopum Strigoniensem, consalutare necnon colloqui vobiscum, scilicet ea, quae vobis fiduciam aut dolorem ingerunt, fraternae cum caritatis affectu participare. Laetamur etiam quod vos totam Ecclesiam in Hungaria quodammodo repraesentatis, siquidem singulis sedibus in patria vestra iam suus sacer Pastor est attributus.

Attento animo audivimus ea, quae praedictus Venerabilis Frater Noster, nomine etiam ceterorum Praesulum, egregie et significanter est elocutus : qui « veram venerationem erga Romanum Pontificem et erga Petri Cathedram » appellavit patrimonium acceptum a Sancto Stephano, Rege Hungariae, atque etiam de Sancto Ladislao commemoravit,

*** Die 14 m. aprilis a. 1977.**

qui, in eodem regali throno constitutus, huiusce observantiae et fidelitatis praeclara exempla reliquit.

Vos ergo, qui estis, quoad fidem et huiusmodi obsequium, heredes horum Sanctorum, ipsa visitatione liminum Apostolorum et hoc ipso adventu ad Nos, qui ex arcano Dei consilio beati Petri locum tenemus, coniuctionem vestram cum Ecclesiae centro eiusque visibili capite praestanter testamini.

In patria vestra, quam habemus carissimam, his temporibus non desunt signa, e quibus spes affulget fore ut status religionis ibidem melior in dies reddatur; de quo Deo gratias agimus, « in cuius manibus sunt sortes nostrae » (cfr. Ps. 30, 15). Nonnullarum tamen quaestionum solutio fidenter adhuc exspectatur, in quibus illarum mentionem facere volumus, quae pertinent ad Christifideles, sive viros sive mulieres, qui se ipsos a Deo vocari sentiunt ad vitam ei consecrandam, praesertim in servitium fratrum suorum pauperrimorum et maxime indigentium.

Vigiles curae, ut vosmet ipsi persuasum habetis, potissimum convertendae sunt ad religiosam iuventutis institutionem; haec profecto est res maximi momenti, quae Pastorum summam poscit diligentiam atque sollertiam. « Educatores enim iuvenum animos ita effingunt ac movent, ut eorum vitae cursum vel in posterum quodammodo dirigant, divina testante Sapientia: "Adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea".[1] Quo fit, ut ex hoc institutionis religiosae opere futura sors Ecclesiae magnam partem pendeat. De hoc autem argumento, quod Ecclesiam in omnibus fere regionibus sollicitam habet, in proxima Synodo Episcoporum, ut notum est, fusius agetur.

Ecclesia in historia sua, quae duo milia fere annorum complectitur, semper in multiplices et interdum gravissimas adducta est difficultates. Non ignoramus eas, quibus Ecclesia etiam hac aetate urgetur, ac quibus Nos quoque, utpote Episcopis, quorum res interest, coniunctissimi, premimur. Non raro vero ad difficultates, quae extrinsecus obveniunt, aliae adiunguntur, ac quidem internae, in ipsa vita Ecclesiae exsistentes, quae peculiare secum ferunt periculum: veluti motus quidam eo contendentes, ut aequa agnitio auctoritatis episcopalis denegetur.

Si ergo est materia afflictionis, non deest tamen causa spei christianae. Etenim is, qui discipulis suis ait: « Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi », dignatur « non solum

[1] *Prov.* 22, 6. Pii XI Litt. Encycl. « *Divini illius Magistri* »; *A.A.S.* XXII, (1930), p. 52.

custos ovium, sed ipsorum etiam pastor esse pastorum ; qui corporeo quidem intuitu non videtur, sed spiritali corde sentitur; absens carne, qua potuit esse conspicuus; praesens deitate, qua ubique semper est totus)).[2]

His verbis Sancti Leonis Magni, Decessoris Nostri, erecti, vos, ut probe confidimus, redibitis ad sedes vestras, opus pastorale animosi et alacres resumpturi. Nos vero, hac oblata occasione, asseveramus « cor » Nostrum patere ad vos,[3] Nosque pro vobis et pro gregibus vestris impensas ad Deum fundere preces.

Haec, Venerabiles Fratres, animum Nostrum pulsant in hac fraterna congressione. Vobismet ipsis denique et cunctis, quos commendatos vobis habetis, Benedictionem Apostolicam, caelestis roboris et solacii pignus, peramanter impertimus.

III

Ad Langobardiae, in Italia, sacros Praesules, occasione visitationis « Ad limina » coram admissos.*

Signor Cardinale e Confratelli carissimi della Conferenza Episcopale Lombarda!

Particolarmente cordiale è il benvenuto che, accogliendovi quest'oggi, rivolgiamo a ciascuno di voi, tanto evidenti ne sono le ragioni per i vincoli personali specialissimi che ci uniscono all'amata vostra e nostra Terra. Siamo di Brescia, e già questo fatto non può non determinare un rapporto preferenziale con l'intera Regione ; a Milano, poi, in qualità di Arcivescovo abbiamo esercitato il sacro ministero per oltre otto anni, trovandovi e sviluppandovi — per quanto ci fu dato — un patrimonio ecclesiale prezioso, e maturandovi un'esperienza che, certo per un provvidenziale disegno del Signore, si è collocata tra il servizio del nostro primo periodo romano e quello, posteriore e formidabile, della successione di Pietro.

Bastano questi due dati a spiegare l'interesse vivissimo che riserviamo ad ogni vicenda della Lombardia, interesse che, per quanto attiene alla

[2] S. Leo Magn., *Sermo* 5, 2; *PL* 54, 154.
[3] Cfr. *2 Cor* 6, 11.

* Die 21 m. aprilis a. 1977.

vita religioso-morale, si fa vigile sollecitudine e compartecipazione alle vostre ansie, alle vostre responsabilità, e alle speranze di voi, Pastori assai esperti ed impegnati nell'attività ministeriale. Del vostro zelo abbiamo avuto consolante conferma, leggendo il testo dell'esauriente, se pur sintetica, relazione che, sotto il titolo di « sguardo complessivo alla Regione Lombarda », ci ha rimesso, prima della visita odierna, il caro e venerato vostro Presidente e nostro Successore nella sede dei Ss. Ambrogio e Carlo.

Il quadro, che risulta da siffatta sintesi, è a voi familiare e costituisce un motivo di rinnovata applicazione nel lavoro pastorale : di ciascuna Chiesa voi conoscete troppo bene i problemi, le difficoltà, le promesse e le attese, sicché non riteniamo necessario insistere sui vari punti, e ci basta e ci resta quel fondamentale dovere, contenuto nella grave parola da Cristo rivolta al suo primo Vicario : *don-firma fratres tuos.*[1] È questa, infatti, una parola pregnante e dal significato esteso (come riconoscono gli esegeti), sulla quale ci sembra di non riflettere mai abbastanza per enuclearne tutta la carica potenziale in ordine alle attribuzioni specifiche del nostro ufficio apostolico. Rinunciando ad una sottile analisi filologica ed al pur necessario richiamo del concreto contesto (era per Gesù quello dell'imminente Passione), l'imperativo del *confirmare,* dinanzi a voi che ci siete fratelli ad un titolo ecclesiale ed insieme affettivo, si traduce da parte nostra in una parola di lode e di conforto, la quale, tralasciando le « cose », va diretta alle vostre persone e si rivolge ai vostri « animi ».

Sì, Fratelli, noi dobbiamo elogiare lo zelo che vi distingue nel vostro apostolato e si rivela in tante iniziative esemplari e valide, non di raro, anche per altre regioni e contrade. Ed a questo meritato riconoscimento uniamo la solidarietà corroborante e sentita che, prima che alle difficoltà oggettive quali emergono dalle varie situazioni, si volge ai riflessi soggettivi, cioè alle tribolazioni e alle pene che quelle stesse difficoltà possono procurarvi.

Tale esplicito e penetrante riferimento all'interiore vostra sensibilità ci porta ad aggiungere, per facile associazione d'idee, una seconda parola sulla « psicologia pastorale », intendendo con essa la fisionomia tipica ed autentica che profila dal vivo e fa riconoscere il Pastore d'anime. Non presumiamo di dire alcunché di nuovo ; e tuttavia non vi dispiaccia

[1] *Le 22, 32.*

sentirvi ripetere anche da noi qualche cosa che riguarda la vita pastorale vostra e del vostro carissimo ed ottimo Clero.

Quali sono le linee e gli aspetti salienti nella figura del Vescovo? quali ne debbono essere le virtù e le disposizioni spirituali? Dicendo Vescovo, si pensa subito ad un Maestro autorevole e qualificato, ma prima e soprattutto — lezione ripetuta ed illustrata del Concilio Vaticano II — è da pensare al Pastore. Proviamo a verificare questa nota primigenia come « test » nella accennata psicologia. Ecco : chi è Pastore, più d'ogni altro è dedicato e consacrato agli altri, senza risparmio di energie, senza limiti di tempo. Pastore è un uomo che è orientato e, per così dire, proiettato verso i fratelli e, nella misura che a questo dovere ideale si sforza di corrispondere, *iam non siM vivit:* davvero non vive più per se stesso, perché sa dimenticare le sue cose, il suo bene particolare, la sua salute e, se necessario, anche la sua vita. Il Pastore è posto, pertanto, in uno stato di perfezione per là carità, alla quale tutto è donato, sospinto dall'insuperato modello del buon Pastore, che « dà la sua vita per le pecorelle » ;[2] egli anzi, è in uno stato di maggiore perfezione come « perfector » rispetto ai « perfecti ».[3] Questi tratti — voi comprendete — si addicono al vero Pastore, ed occorre sempre studiarli e riprodurli, anche a rettifica di quanto poteva risultare nella psicologia episcopale d'altri tempi : è chiaro, infatti, che sarebbe oggi déviante ed anacronistico un quadro di tipo feudale ed autoritario, mentre bisogna, invece, accentuare l'essenziale e, diciamo pure, l'evangelica dimensione del servizio, ch'è implicita nel concetto stesso di autorità.

Ma il Vescovo — l'abbiamo accennato — è anche Maestro della Fede : è *fidei praeco et... doctor authenticus,*[4] operando egli in un settore delicato e geloso nel quale non sono ammesse incertezze e defezioni, ed al quale si può giustamente anche applicare la preghiera da Gesù fatta per Pietro : *ut non deficiat fides tua.*[5] Quale importanza, Fratelli, ha oggi questo servizio alla dottrina della fede, e quale virtù interiore esige un tal magistero ! È servizio che richiede studio costante, fedeltà personale, sapienza e prudenza; è magistero da indirizzare, con accorta e differenziata pedagogia, ai piccoli ed agli adulti, agli umili ed ai dotti, ai praticanti ed ai lontani. Nasce da qui la prevalente impor-

[2] *Gv* 10, 11.
[3] Cfr. *San Tommaso,* Sum. Th., Il-IIae, q. 185, a. 1, ad Ilum; a. 3, c.
[4] Cfr. Cost. *Lumen Gentium,* n. 25.
[5] *Le* 22, 32.

tanza che assumono oggi i doveri della catechesi e della predicazione, due attività distinte, ma cospiranti allo stesso fine, nelle quali è lecito e necessario introdurre nuovi metodi e forme, in uno stile che le renda incisive ed adeguate al moderno contesto socio-culturale.

Da ultimo, il Vescovo è il Sacerdote della Liturgia, ed anche qui il settore operativo appare tanto vasto quanto rilevante, perché urge, tra l'altro, utilizzare sempre meglio la grande riforma conciliare. Se nella liturgia è stata riscoperta la prospettiva comunitaria e si è insistito sul concetto di partecipazione attiva e cosciente, dovere del Vescovo sarà quello di valorizzare e di far valorizzare ogni singola celebrazione che avviene nella sua Chiesa, affinché essa risponda a dette finalità e s'inquadri nella globalità della sua azione pastorale. Le possibilità al riguardo sono veramente molte : ci si deve, ad esempio, rivolgere ai diversi gruppi sociali e professionali; si deve curare, oltre che la retta dizione ed il rispetto dei sacri testi, il canto liturgico, secondo una tradizione che la Chiesa, lungi dal mortificare, dovrà piuttosto accrescere ed arricchire di nuovi e geniali apporti creativi : tradizione — ci piace aggiungere — che nella Chiesa Ambrosiana ci offre esempi paradigmatici di incomparabile bellezza e capacità formativa.

Abbiamo, dunque, parlato di voi come Pastori, Maestri e Sacerdoti in termini che vi sono noti, ma con intenti di mutua apertura nel calore della fraterna comunione, che vige tra noi. Vi diremo, come per chiudere le tre funzioni in una parola riassuntiva e comprensiva, di aspirare alla santità nella coerenza di un quotidiano sforzo ascetico. Il *sancti estote* dell'Antico Testamento[6] si spoglia per noi di ogni significazione legalistica o rituale, perché nel Nuovo esso è divenuto chiamata ad interiore e genuina e integrale perfezione di vita, alla luce del precetto luminoso del Discorso della Montagna : *Estote ergo vos perfecti, sicut et Pater vester caelestis perfectus est.*[7] E se ciò vale per ogni membro del Popolo di Dio, non vale forse, a più forte ragione, per coloro che debbono pascerlo e condurlo a salvezza?

La Benedizione Apostolica, che con viva predilezione vi impartiamo, sostenga il vostro ministero e vi concili la celeste protezione del Signore.

[6] Cfr. *Lev* 11, 44-45.
[7] *Mt* 5, 48.

IV

Ad Trium Regionum Venetarum sacros Praesules, occasione visitationis « Ad limina » coram admissos.*

Signor Cardinale Patriarca, e voi tutti, "Venerabili Fratelli della Conferenza Episcopale T riveneta!

Accogliete il nostro più cordiale benvenuto in occasione di questa visita « Ad limina Apostolorum », che avete preparato con molta cura e avete intrapreso con non minore spirito di fede.

Vi accogliamo perciò con grandissima benevolenza, vedendo in voi rappresentate e come presenti le vostre amatissime popolazioni : da quella del patriarcato di Venezia, la cui gemma e il cui protettore è quel Marco *interpres Petri* che non può non suscitare nel cuore del Successore del primo Papa un'eco profonda di devozione e di amore; a tutte quelle delle vostre regioni ridenti e operose, tenaci e forti, ricche di storia e di fede cristiana, che vorremmo chiamare per nome ad una ad una ; ma vogliamo privilegiare fra tutte la generosa tèrra del Friuli, le cui sofferenze e la cui volontà di risorgere ci sono ben note, e alla quale ci sentiamo particolarmente vicini, riaffermando tutto il nostro affetto e il nostro appoggio.

Abbiamo visto con grandissimo interesse la relazione da voi stesa circa la situazione delle Diocesi delle Tre Venezie, e l'abbiamo apprezzata non solo perché conferma la costante vitalità di un'antica e radicata tradizione cristiana fra le vostre popolazioni, ma anche perché essa è il frutto di un vostro concorde e fraterno lavoro di studio sulla Chiesa delle vostre Regioni.

Nel ripetervi l'attenzione affettuosa e partecipe, con la quale seguiamo la vostra illuminata attività pastorale, vorremmo che comprendeste a fondo, in questo momento di reciproca effusione dei cuori, quanto noi apprezziamo la vostra saggezza e dedizione, la vostra fermezza e lungimiranza, il vostro impegno instancabile nell'essere maestri della fede, nell'alimentare nelle vostre diocesi una autentica e intensa testimonianza cristiana, nel formare attorno a voi, specie nel clero compatto e apostolicamente paterno, e nel laicato cattolico ben preparato, una riserva di forze di prim'ordine, che innervano e qualificano le forme quotidiane dell'apostolato e della vita ecclesiale.

* Die 28 m. aprilis a. 1977.

Volendo ora esprimere il nostro pensiero, la parola riassuntiva, che tutto contiene, è : perseverate ! Questo appello ha fondamentalmente per oggetto la vostra carità pastorale, della quale dev'essere norma e misura il frequente invito evangelico alla ((vigilanza » : non tanto nel senso negativo del termine, quanto piuttosto in quello positivo e dinamico di chi è sempre in tensione sia nell'ascolto dei segni dei tempi sia nell'applicazione paziente e tenace dei programmi stabiliti. È paradigmatica per noi e per voi la parabola del seme che cresce da sé : sia che il seminatore ((dorma o vegli, di notte o di giorno, il seme germoglia e cresce ; come, egli stesso non lo sa : poiché la terra produce spontaneamente prima lo stelo, poi la spiga, poi il chicco pieno nella spiga ».[1] L'importante è seminare con fiducia, e per fare ciò occorre anche trarre stimolo dai fenomeni negativi, quali possono essere certi settori della stampa, della gioventù, dei costumi, non esclusi certi ambienti di lavoro ; anzi, proprio queste costatazioni devono indurre ciascun Pastore all'impegno della semina : la terra poi « produrrà spontaneamente », anche se a mietere saranno altri. A tal fine, non vanno sottovalutate eventuali sperimentazioni di novità pastorali e apostoliche, che di volta in volta possono presentarsi alla vostra prudente saggezza operativa.

Quanto alle priorità, cui dedicare le vostre cure di primi responsabili del popolo di Dio, possiamo elencare le seguenti. In primo luogo si collocano i membri del Clero, come coadiutori più immediati del nostro ministero : essi sono la porzione di Chiesa che più va ascoltata, curata, amata ; e qui potrebbe innestarsi un lungo discorso sul tema delle Vocazioni, sia maschili che femminili, la cui promozione istantemente raccomandiamo alle vostre premure apostoliche. In secondo luogo, poniamo il mondo della scuola con i suoi problemi e le sue speranze, con quell'irruenza e quella generosità che sono proprie dei giovani studenti ; l'offerta di una tempestiva e integrale educazione cristiana caratterizzerà i vostri sforzi in favore di una società meno senescente, cioè meno pagana. In terzo luogo incontriamo il vasto mondo del lavoro : le sue tensioni e le sue lotte vanno seguite non solo con simpatizzante attenzione, ma pure con l'apporto della superiore visione cristiana, che « attende e affretta ... nuovi cieli e una nuova terra, nei quali avrà stabile dimora la giustizia ».[2] Ultimo nell'elenco ma non certo nella sollecitudine, ci viene incontro il mondo della sofferenza, che attende da noi

[1] *Me* 4, 26-28.
[2] *2 net.* 3, 12-13.

quelle cure umane e cristiane, che nessun medico può dare : qui particolarmente il Vescovo eserciterà la sua paternità evangelica, sulle orme di Chi ((ha preso le nostre sofferenze e si è addossato le nostre malattie ».[3]

Infine, a livello più generale ma non meno determinante, riconosciamo con voi che occorre abituare di più i Laici battezzati alla collaborazione e alla corresponsabilità pastorale. Le forme potranno essere quelle da voi preferite, secondo una precisa pedagogia dell'apostolato, che comprenda fiducia e specifica iniziazione. Deve comunque apparire che la Chiesa in tutti i suoi membri è davvero il Corpo in crescita di Cristo risorto, Profeta, Sacerdote e Re.

Terminiamo, ammettendo assieme a ciascuno di voi che gli impegni episcopali non si possono affrontare a cuor leggero : non per nulla siamo stati « posti a pascere la Chiesa di Dio » da Colui che « se l'è acquistata a prezzo del proprio sangue».[4] Ma la nostra ultima parola è di sicura fiducia nella promessa del supremo Pastore : « con la vostra perseveranza salverete le vostre anime ».[5]

La nostra fraterna Benedizione Apostolica vi confermi tutti in questi propositi.

V

Ad Scandiae sacros Praesules, « Ad limina » visitationis occasione coram admissos.*

Venerabili e carissimi Fratelli della Conferenza Episcopale di Scandinavia,

Non possiamo nascondervi la nostra particolare letizia, nel ricevervi oggi in questa Sede Apostolica nella quale voi, ne siamo certi, riconoscete anche la vostra Casa, perché aperta e accogliente soprattutto per coloro che provengono dalla perseveranza in una testimonianza cattolica esigente. Salutando voi, noi abbracciamo altresì, con un solo movimento di affetto, quei cattolici che voi rappresentate, e che sono degni di tutte le vostre cure, con un pensiero tutto speciale per i Sacerdoti e per le Religiose, che tanto generosamente collaborano alle vostre responsabilità di Pastori.

[3] *Mt* 8, 17; *Is* 53, 4.
[4] *Atti* 20, 28.
[5] *Lc* 21, 19.

* Die 2 m. maii a. 1977.

Quanto ameremmo discorrere familiarmente con voi dei vostri impegni pastorali, delle vostre gioie, delle vostre amarezze e delle vostre speranze, per dirvi che le condividiamo appieno e intendiamo avvalorarle facendole completamente nostre. Del resto, voi siete venuti in visita « Ad limina Apostolorum » così come S. Paolo salì a Gerusalemme « per incontrarsi con Pietro »,* e ricevere da lui garanzia e sostegno per il proprio ministero apostolico, E, come in quell'abbraccio, i nostri cuori si fondono nell'unica fede e nell'unico amore a Cristo e alla Chiesa.

Voi provenite da Paesi, dove la quasi totalità della popolazione è di confessione luterana, e perciò rappresentate una Chiesa Cattolica in forte diaspora : minoritaria, cioè, e dispersa, come può esserlo una goccia d'olio emulsionata in un bacile d'acqua.

Riconosciamo peraltro con voi che la situazione dei Cattolici in Finlandia, Svezia, Norvegia, Danimarca e Islanda è davvero quel « piccolo gregge » evangelico, il quale però ha con sé la radiosa assicurazione di Gesù a « non temere, perché al Padre vostro è piaciuto di darvi il Regno ».[2]

Oltre che per la diversa confessione cristiana, le vostre Regioni si caratterizzano per una determinata condizione storico-sociale : la loro singolare tradizione culturale e politica ha raggiunto punte elevatissime di progresso umano, civile, sociale, economico, che fanno meritamente onore alle vostre industri popolazioni, e attirano su di esse, a pieno titolo, l'ammirazione e l'emulazione degli altri popoli. È pur vero che non vanno disgiunte, da quel pur nobile livello di vita, forme pericolose di un secolarismo e di un pratico materialismo che sono insite in ogni espressione di avanzato progresso. Ma si notano, d'altra parte, segni confortanti di risveglio spirituale e morale, di un appello ai valori più alti, di una ricerca anche inquieta dei « perché » che stanno al fondo dell'umana esistenza e non trovano spiegazione nella mera sicurezza del progresso e della civiltà fine a se stessa. A ciò si aggiunga il fatto innegabile, dovuto a vari fattori, dell'espansione della comunità cattolica; un impegno esemplare di testimonianza cristiana, specie da parte degli Ordini religiosi. Anche il recente progetto, tuttora allo studio, circa il passaggio delle vostre comunità allo *ius commune* della Chiesa, che inserisce strutturalmente le Diocesi Scandinave nella vita religiosa e cattolica d'Europa, vi impegna maggiormente al confronto con un tipo

[1] *Gal.* 1, 18.
[2] *Le.* 12, 32.

di società che oggi tende a diventare ordinario, corrente, in tutti i Paesi del Vecchio Continente. E tutti questi fenomeni impegnano a fondo la Chiesa, quindi la vostra azione pastorale.

Cari Fratelli, nell'ambito di queste riflessioni, ci permettiamo allora di ricordare, assieme con voi, quali siano i doveri elementari e fondamentali non solo del vostro ministero episcopale, ma anche di tutti quei battezzati che sono in comunione con questa Sede Apostolica.

In primo luogo, desideriamo sottolineare l'impegno di una persistente fedeltà a tutto ciò che vi è proprio in quanto Cattolici. Va sempre tenuto presente che in tutti i Paesi Scandinavi la Chiesa è nata cattolica ed è rimasta tale fino al secolo XVI, dando origine ad una fiorente e indivisa vita religiosa dai molteplici frutti. Aderite perciò tenacemente alla vostra tradizione, nel senso più nobile, vitale e dinamico del termine : i vostri Santi — come non ricordare almeno S. Brigida? —, i vostri riti, le vostre consuetudini religiose e popolari, i vostri tesori d'arte cristiana devono esser motivo di grande fierezza, e dare ali al vostro zelo, perché rappresentano la matrice del Cristianesimo in Scandinavia.

In secondo luogo, vi esortiamo a continuare in una sempre cordiale forma di convivenza col vostro ambiente. Ciò dev'essere vero già a livello di semplici relazioni civili e sociali, come ci ricorda S. Paolo : il non aver parte con questo mondo non significa « uscire dal mondo », ma soltanto non far parte di esso.[3] Soprattutto però voi con le vostre comunità avete in sorte il delicato problema delle relazioni religiose con fratelli cristiani da noi separati. Il trovarvi a gomito a gomito con essi non può impedirvi, anzi vi sollecita a stringere legami di sincera amicizia nel nome del nostro unico Salvatore e Signore Gesù Cristo; ciò è possibile, senza peraltro sconfinare in un ecumenismo equivoco, rinunciatario delle proprie originalità e passivamente disposto a lasciarsi assorbire. I Cattolici, nei vostri Paesi, hanno dei valori propri da custodire : la ricchezza del deposito dottrinale, la fedeltà ad esso nel doveroso aggiornamento voluto dal Concilio, il dovere dell'evangelizzazione nella convinzione e nella gioia, la comunione con la Chiesa universale, l'obbedienza al successore di Pietro e l'unione al suo ministero che garantisce l'unità ecclesiale, il rispetto per i sani valori della cultura e del progresso, la fratellanza sincera e costruttiva. Sono tutte tessere di un mosaico splendente, il quale dà del cattolicesimo nelle vostre terre, un'immagine straordinariamente bella e persuasiva, che può portare

[3] Cfr. 2 *Cor.* 5, 9-11.

Qui ne souscrirait de grand cœur au souci de construire dans votre pays, comme vous le dites, une société juste, libre et prospère, dans un climat de paix et de respect? C'est là une tâche exaltante, qui requiert la participation et la confiance de toutes les catégories du peuple, au bien duquel elle est ordonnée, non seulement à l'avenir, mais dans le présent. C'est une tâche immense, car elle doit tenir compte en priorité de tous ceux dont les conditions de vie sont les plus précaires, pour qui le pain quotidien, l'emploi, la dignité, la responsabilité sont les éléments indispensables du développement que Nous appelions de nos vœux voici juste dix ans, dans notre encyclique « Populorum progressio ». C'est une tâche, en un sens, redoutable, car elle doit éviter que la recherche de l'efficacité ou la préoccupation d'assurer l'ordre public nécessaire, ne dévient dans des situations d'arbitraire ou de violation des droits imprescriptibles de la personne humaine. Pour une telle œuvre, Nous prions le Seigneur d'assister et de guider la conscience de tous ceux qui assument de lourdes charges au service de leurs compatriotes.

L'Eglise, pour sa part, encourage tous ses fils à contribuer solidai-

* Die 4 iulii a. 1977.

rement à ce progrès matériel, social, moral et spirituel, persuadée que les valeurs évangéliques dont elle se fait le témoin actif constituent les conditions les plus profondes d'un développement harmonieux et intégral." A l'instar du Christ, elle ne peut s'empêcher d'avoir un souci privilégié du pauvre et du faible ; elle sait aussi la valeur du pardon, de la réconciliation, de la paix. Elle croit possible une civilisation de l'amour, et elle voit l'enjeu que représente, pour l'Amérique latine et pour le monde, la réalisation de cette civilisation originale que permettent les traditions chrétiennes de votre pays et qui sera à l'honneur du Brésil. Dans cette œuvre de promotion humaine et d'évangélisation, l'Eglise ne peut manquer d'attribuer une importance particulière à la sauvegarde de l'institution familiale, en conformité avec les principes chrétiens. Le Saint-Siège est aux côtés des Evêques brésiliens dans leur souci et leur devoir de servir, de façon généreuse et efficace, l'Eglise et leur pays.

C'est dans ces sentiments chaleureux que Nous implorons les Bénédictions de Dieu sur vos chers compatriotes, en vous souhaitant à vous-même, Monsieur l'Ambassadeur, une heureuse et féconde mission auprès du Saint-Siège.

XII

Ad S. A. E. Fr. Angelum de Mojana di Cologna, Magnum Magistrum Ordinis Militaris Melitensis, coram admissum.*

Siamo lieti di salutare ed accogliere stamani, nella tradizionale Udienza, la delegazione del Sovrano Militare Ordine di Malta. Ringrazio anzitutto Lei, Fra Angelo de Mojana di Cologna, Gran Maestro dell'Ordine, per le nobili parole che ci ha rivolte; espressione dell'avita fede e dello spirito che ha animato nei secoli la gloriosa Istituzione; e ringraziamo i membri del Sovrano Consiglio e quanti L'hanno accompagnata a questa Udienza, nei quali amiamo vedere rappresentati tutti i benemeriti appartenenti all'Ordine stesso.

Più di ogni parola, la vostra presenza ci parla dello spirito che vi anima e che, attingendo dalle prestigiose tradizioni dell'Ordine durante tutta la sua lunga storia gloriosa, sostiene con encomiabile generosità numerose opere caritative e assistenziali, che sono oggi l'espressione adeguata della sua mai tramontata vitalità. A chi sfogli le pagine, tanto ricche di eventi, in cui è come scolpita a caratteri d'oro la vita se-

* Die 8 m. iulii a. 1977.

colare dell'Istituzione, non possono sfuggire due cose: la ricchezza e tenacia di una fede sincera e virile, generosa e forte, ardente e coraggiosa, che ha saputo esprimersi in forme sempre elette di vita cristiana, non di rado fino all'impegno solenne dei voti ; e l'impegno di una carità luminosa, che non ha trascurato mai di venire incontro alle necessità del prossimo : dei pellegrini gerosolimitani agli inizi, dei bisognosi, degli infermi, curando altresì esemplarmente la promozione della civiltà, il benessere sociale, il progresso culturale di pari passo con le opere proprie della sua missione ospitaliera e benefica. La diffusione e l'efficacia di queste opere, tuttora sparse in Europa e nel Medio Oriente, grazie all'impegno solidale della compagine internazionale dell'Ordine in tutti i suoi membri delle varie « lingue » e dei loro « priorati », dimostra come codesta realtà sia rimasta tuttora valida, pur nelle mutate condizioni sociologiche dei tempi nostri.

Mentre ci è gradito darvi atto di tale fecondità vi esortiamo a mantenere alta, oggi e sempre, la vostra duplice fiamma : quella della fede e della carità ; cioè della religione vissuta con convinzione profonda, e trasfusa concretamente nella vita quotidiana ; cioè di quell'adesione cristallina a Cristo Gesù che sa vedere nei piccoli, negli infermi, nei prigionieri, nei poveri[1] la sua presenza misteriosa e inquietante, che stimola all'esercizio dell'amore in tutte le forme richieste dalle necessità cangianti e crescenti dei fratelli che soffrono, in un mondo che ha tanto bisogno d'amore.

Siate fiaccole ardenti di fede e di carità. E il Signore sarà con voi.

È la preghiera che a Lui eleviamo per voi, qui presenti, e per tutte le nobili schiere del Sovrano Militare Ordine di Malta : e, nel Nome di Cristo, tutti vi incoraggiamo e vi benediciamo.

XIII

Ad Exc.um Virum Conradum Waldheim, Unitarum Nationum consociationis a Secretis, coram admissum.*

Monsieur le Secrétaire Général,

Vous êtes le bienvenu dans cette Maison, avec tous ceux qui vous accompagnent. Nous sommes toujours heureux de vous y recevoir : Nous désirons écouter la voix du Représentant autorisé de l'Organisation des

[1] Cf. *Mt* 25, 31-40.

* Die 9 m. iulii a. 1977.

Nations Unies ; Nous aimons être le témoin des efforts de cette Organisation et recueillir le fruit de votre expérience quotidienne, c'est-à-dire Fecho des préoccupations des Gouvernements et des peuples, de leurs espoirs et aussi des obstacles relatifs à la paix. Il Nous semble également important de vous faire part de notre pensée au sujet des problèmes dont les catholiques, et le Saint-Siège en particulier, sont plus vivement conscients, et de vous assurer de nos efforts, pour appuyer l'œuvre humaine de justice, de paix et de développement qui demeure l'idéal de l'O.N.U.

Nous n'avons cessé de manifester notre estime et notre confiance pour la voie ouverte par cette Organisation, dans un esprit de libre négociation et collaboration entre tous les peuples. Oh, certes, Nous n'ignorons pas les limites, d'ordre institutionnel ou pratique, qui réduisent ses possibilités d'intervention efficace, dans des situations difficiles. Nous voudrions aussi que les résolutions prises par les délégués des Etats au siège de l'Organisation soient toujours déterminées par le bien objectif de tous, et surtout des populations les plus affectées par la misère, la faim, l'injustice ou les mauvais traitements, et non pas par des perspectives égoïstes ou nationalistes, ou par les seuls intérêts économiques. C'est supposer une volonté politique des Etats, impartiale et clairvoyante, fermement résolue à prévenir les conflits ou à leur trouver des solutions raisonnables, et à mettre en œuvre, efficacement, ce qui est exigé par les droits de l'homme et la solidarité. N'est-ce pas cette volonté qui devrait-être partagée par tous?

Mais tout ceci ne fait que souligner davantage le rôle bienfaisant et irremplaçable qui revient à l'Organisation des Nations Unies et à ses institutions spécialisées. Il Nous plaît de rendre hommage à la façon dont vous-même vous acquittez de votre tâche, lourde et délicate, de Secrétaire général, pour laquelle la confiance vous a été récemment renouvelée.

Nous savons la patience dont vous faites preuve, la multiplicité et la ténacité de vos efforts de médiation, selon le mandat reçu et dans toute la mesure qui vous est consentie, pour dénouer l'écheveau serré de la violence ou de la méfiance, ou pour faire prévaloir le sens humanitaire, en de nombreux points chauds de notre globe. Nous suivons aussi avec intérêt la préparation de la session extraordinaire de l'Assemblée générale de l'O.N.U. sur le désarmement, pour rendre celui-ci plus effectif, dans le cadre global des efforts déjà entrepris dans le même but. Nous formons des vœux pour que les possibilités d'action de l'Orga-

nisàtion soient encore améliorées, grâce à des mécanismes juridiques plus aptes à réaliser efficacement, dans le respect légitime de la souveraineté des peuples, ce que requiert le bien commun universel. Nous désirons surtout que l'O.N.U. soit par excellence l'expression et le rempart de ces droits humains qu'elle a si solennellement proclamés voici bientôt trente ans.

Il y faudrait un surcroît de conscience pour faire de ces droits le critère d'une civilisation vraiment humaine et pour réaliser vraiment, sans exclusive d'aucune race et d'aucun peuple, la solidarité qui s'impose entre frères, tous créés à l'image de Dieu. Là-dessus vous savez les efforts et les intentions des chrétiens cohérents avec leur foi : l'Eglise veut s'employer sans trêve à affiner les consciences et à ouvrir les cœurs. Et cette œuvre est inséparable de la prière que Nous faisons monter vers Dieu pour obtenir son Esprit, sans lequel les hommes ne sauraient parvenir à se réconcilier et à vivre ensemble, dans le respect et l'amour.

Nous aimons vous redire ainsi, Monsieur le Secrétaire général, notre estime et nos encouragements, nos vœux et nos espoirs. Et Nous prions le Seigneur de vous bénir, vous et ceux qui coopèrent avec vous.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis S. Congregationis pro Episcopis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere. Nimirum praefecit :

Die 2 Iulii 1977. — **Titulari episcopali Ecclesiae Tusuritanae R. P. Thomam Kelly, Ordinis Praedicatorum sodalem, Conferentiae Episcopalis Civitatum Foederatarum Americae Septentrionalis a Secretis, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Villelmi S. R. E. Cardinalis Baum, Archiepiscopi Vashingtonensis.**

Die 8 Iulii. — **Titulari Episcopali Ecclesiae Obbensi R. D. Protacium Gungon, curionem paroeciae Sancti Iosephi Artiñcis, in urbe Manila, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P. D. Iacobi S. R. E. Cardinalis Sin, Archiepiscopi Manilensis.**

Die 9 Iulii. — **Cathedrali Ecclesiae Chachapoyasensi Exc.mum P. D. Antonium de Hornedo Correa, hactenus Episcopum titularem Castellominoritanum et Vicarium Apostolicum Sancti Francisci Xaverii.**

Die 11 Iulii. — **Cathedrali Ecclesiae Lorenensi R. D. Ioannem Hippolytum de Moraes, hactenus Vicarium Generalem eiusdem dioecesis.**

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIIS ORIENTALIBUS

DETROITENSIS - BRUKLYNIENSI

DECRETUM

De Sedis Episcopalis ritus Antiocheni Maronitarum translatione

Exc.mus P. D. Franciscus M. Zayek, Episcopus Ecclesiae S. Maronis Detroitensis pro fidelibus ritus Antiocheni Maronitarum in Foederatis Americae Septentrionalis Civitatibus, quo tutius atque aptius animarum bono consuleret, postulavit ut episcopalis sedes ab urbe Detroitensi ad urbem Bruklyniensem transferatur et paroeciale templum Deo in honorem Nostrae Dominae a Libano in tali Urbe dicatum titulo ac dignitate Ecclesiae Cathedralis decoretur.

Postulavit etiam ut nova sedes titulo Sancti Maronis Bruklyniensis pro fidelibus ritus Antiocheni Maronitarum in iisdem Americae Septentrionalis Foederatis Civitatibus denominetur.

Cum tali provisioni f avèrent sive Archiepiscopus Detroitensis, sive Episcopus Bruklyniensis, necnon Exc.mus Praeses Conferentiae Episcopalis illius Nationis et ipse Apostolicus ibidem Delegatus, Sacra Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus rem Summo Pontifici deferendam curavit.

Summus Pontifex Paulus Pp. VI, Chyrographo diei 27 mensis Iunii, hoc vertente anno, preces benigne excepit mandans hoc decretum fieri. Contrariis quibuslibet non obfuturis.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus, die 27 mensis Iunii anno 1977.

PAULUS Card. PHILIPPE, *Praefectus*

L. & S.

¡¡¡B Marius Brini, Archiep. tit. Algizensis, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

NOVAE ZELANDIAE

DECRETUM

De erectione Vicariatus Castrensis

Militantis Iesu Christi Ecclesiae cura semper studiumque fuit peculiares fidelium cœtus opportunis spiritualibus instruere auxiliis. Cum autem « spirituali militum curae, ob peculiares eorundem vitae condiciones, eximia debeatur sollicitudo, in unaquaque Natione erigatur, pro viribus, Vicariatus Castrensis. Tum Vicarius tum capellani in concordi cum Episcopis dioecesanis cooperatione huic difficili operi impense se devoveant » *(Christus Dominus,* **43).**

Hisce de causis, opportunum visum est ut pro Christifidelibus exercitus Novae Zelandiae Vicariatus Castrensis constitueretur, ubi iam, inde ab anno Domini 1950 Directoratus Castrensis exsistit. Quapropter, Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando, re mature perpensa, audita Conferentia Episcopali Neozelandica et accepto favorabili voto Excellentissimi in Nova Zelandia Pro-Nuntii Apostolici, Summo Pontifici rem ipsam proponendam curavit et Ipse S.mus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI eam in Audientia die 28 mensis Octobris anno Domini 1976 benigne excipiens ratamque habens, Vicariatum Castrensem in Nova Zelandia per Decretum huius Sacri Dicasterii erigere et constituere dignatus est.

Idem Vicariatus Castrensis constabit Vicario Castrensi, Pro-Vicario seu Vicario Delegato, atque capellanis pro copiis terrestribus, aëreis et maritimis. Sedes Vicariatus Castrensis in urbe Vellingtonia statuetur, ubi Curia Castrensis, curiae diocesanae instar, pro necessitate concreta, efformabitur ; a causis, non Apostolicae Sedi reservatis et in prima instantia pertractatis coram iudicio Vicarii Castrensis, fit appellatio ad Metropolitam, seu Episcopum alium residentialem semel pro semper electum, praevia huius Sacrae Congregationis approbatione.

Vicarius Castrensis est Episcopus non residentialis a Sancta Sede peculiari Decreto huius Sacri Dicasterii electus et nominatus. Ei competit iurisdictio ordinaria, personalis, tum fori interni tum fori externi, specialis et cumulativa cum iurisdictione Ordinariorum locorum, ad normam Instructionum peculiarium a Sancta Sede datarum. Vicarius Castrensis nominabit Vicarium Delegatum seu Pro-Vicarium Castrensem, cui congrua congruis referendo, munia conferuntur quibus ius canonicum Vicarium Generalem instruit. Vacante officio Vicarii Castrensis, nisi aliter ab Apostolica Sede provisum fuerit, regimen Vicariatus Castrensis devolvetur ad Pro-Vicarium, si adfuerit, secus ad Capellanum militum qui ad normam Canonis 106, 3 C.I.C. praecedit, cum facultatibus et oneribus quae ius commune Vicario Capitulari tribuit; ipsi erit de assumpto officio Sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione certiorem facere et ab ea instructiones impetrare.

Vicarii Castrensis iurisdictioni subduntur :

1) Sacerdotes diocesani et regulares qui munus capellanorum militum legitime exercent;

2) Universi Christifideles qui in copiis terrestribus, aëreis et maritimis Novae Zelandiae actu stipendia faciunt;

3) Omnes pariter fideles qui memoratis copiis addicuntur, dummodo legibus pro ipsis copiis latis adstringantur ;

4) Familiae eorum qui sub numeris 2 et 3 recensentur, id est, uxores, liberi, famuli, propinqui et qui cum illis in stationibus copiarum seu prope cohabitant vel extra patriam sunt;

5) Omnes utriusque sexus fideles qui in nosocomiis, eorumque accessionibus aut scholis militaribus addicti sunt ;

6) **Omnes tandem Christifideles qui intra copiarum stationes seu « intra septa» habitant vel laborant.**

Capellanos omnes constituit, servatis servandis, Vicarius Castrensis, et omnes, quoad ecclesiasticam disciplinam, Vicario Castrensi omnino subduntur sed potestati quoque Ordinarii loci in quo versari contingant, subiiciuntur. Huic ergo in casibus urgentioribus et quoties Vicarius Castrensis adiri non potuerit, facultates tribuuntur in eos etiam animadvertendi canonicis sanctionibus, si casus ferat, monito confestim Vicario Castrensi.

Nisi in casibus specialibus aliter provideatur, adamussim serventur Normae peculiares pro capellanis militum religiosis editae. Ad matrimonia celebranda subditorum et in audiendis sacramentalibus confessionibus, serventur Normae legitimae aliorum Vicariatuum Castrensium.

Vicarius Castrensis conficiet Relationem de statu Vicariatus Castrensis singulis quinquenniis occasione Visitationis « Ad limina ».

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 28 m. Octobris a. D. 1976.

AGNELLUS **Card. Rossi,** *Praefectus*

L. © S.

© D . S. Lourdusamy, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

DECRETA

I

VICEN.

Beatificationis et Canonizationis ven. Servi Dei Francisci Coli, sacerdotis professi Ordinis Fratrum Praedicatorum, Fundatoris congregationis Sororum III Ordinis S. Dominici ab Annunciatione B. M. V.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilem Dei Famulum Franciscum Coli, quem ministerio Verbi instantem sacerdotale munus propheticum adornavit, vixdum ad superos evectum multiplex honestavit gratia sanitatum. Disposuit ergo Dominus sui praeconis sermonem sequentibus signis confirmare (cfr. *Me.* **16, 20), in testimonium evangelicarum virtutum quas eius Servus imitari coepit et docuit, quasque heroum in modum exercuit, quemadmodum Summus Pontifex Paulus VI die 4 Maii a. 1970 declaravit.**

Inter plura autem illius sanctitatis signa, fidelium supplicatione a Deo Venerabili Francisco Coli intercessore impetrata, praecipuum hoc pro eiusdem beatificatione propositum est, nempe rapida perfectaque dominae Iustae Barrientos sanatio ab acuta peritonitide purulenta-plastica postoperatoria, cum fístula ieiunio-colica et subsequente laceratione intraoperatoria intestini tenuis et coli descendentis. Erat prae-

dicta sanata octo supra viginti annorum, cum, postrema mensis Decembris anni 1958 hebdomada, post caesareum partum, gravissimis abdominis algoribus est capta. Die 30 eiusdem mensis Decembris chirurgicae sectioni subiecta est, at, quia tota intestinorum massa morbo erat affecta et aegrota cito in extremo vitae versabatur discrimine, nequiverunt medici lege artis, quae dicitur, lacerata intestina resarcire; maxime colum inferiorem seu descendentem, quem duobus ligaminibus obstrinxerunt, a ceteris ideo ex toto seclusum.

Mulier igitur iamiam obitura in suo linquitur decumbere grabato, quae tamen nec nocte illa nec postridie mortem oppetiit; immo tranquille rapideque, extra medicinae leges, invalescit, adeo ut die 9 Ianuarii a. 1959 e lecto surrexerit perque nosocomii aulas deambulaverit. Mulier autem sola Dei potentia id evenisse praedicavit, cum Dei Famulum Franciscum Coli, suum ab incepto morbo intercessorem, assidue adprecata esset. Quod et testes et a curatione medici statim professi sunt. Quod autem in recuperanda valetudine mirius accidit, fuit perfectus usus intestini coli descendentis antea seclusi, ita ut omnino in cassum cederet praeternaturalis anus iam insertus. De quo minime cogitando prodigio, si extemplo obstupuit chirurgus, magis ac magis admiratus est medicus qui, tres post menses, intestinum colon iterum inspiciens, illud tam usui secundum naturam perfecte idoneum, quam — quod quidem amplius est — nulla obsignatum cicatrice repperit, ita ut ipsi medico infirma visa sit numquam chirurgicam sectionem fuisse passa.

Qua super mirabili sanatione processus Apostolicae Sedis auctoritate adornatus est anno 1964 apud Curiam archiepiscopalem Ovetensem, quem esse ad iuris normam validum haec Sacra Congregatio die 12 Iulii anno 1973 edixit. Coetus vero medicorum ipsius Sacrae Congregationis, die 24 mensis Ianuarii a. 1976 coadunatus, praeter naturae leges accidisse rapidam a peritonitide curationem et absolute inexplicabilem esse restitutionem in integrum, sive functionalem sive anatomicam, intestini coloni descendentis, asseruit.

Quam eadem sententiam affirmaverunt et Officiales Praelati Patreque Consultores, die 18 Ianuarii anno hoc 1977, in peculiari Congressu adunati, et Patres Cardinales, ponente seu referente Rev.mo Cardinali Petro Palazzini, die 22 mensis Februarii, in plenario Coetu ad Vaticanum coadunati.

De quibus omnibus peractis certior est factus, die 14 Aprilis vertentis huius anni, per subscriptum Praefectum Sacrae Congregationis,

Summmus Pontifex Paulus VI. Qui vota Patrum Cardinalium rata habens, ut Decretum super mira eadem sanatione rite appararetur mandavit.

Quod cum factum esset, hodierno die Beatissimus idem Pater ad se accivit Cardinales infrascriptum atque Petrum Palazzini, Causae ponentem seu relatorem, meque Antistitem a Secretis S. Congregationis ceterosque de more convocandos, iisque astantibus edixit : *Constare de uno miraculo a Deo patrato, Venerabili Servo- Dei Francisco Coli deprecatore, nimirum de rapidissima, perfecta atque constanti sanatione dominae Iustae Barrientos a peritonitide acuta purulenta-plastica postoperatoria, cum -fístula ieiuno-colica et subsequenti laceratione intraoperatoria intestini tenuis et coli descendentis.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri iussit.

Datum Romae, die 7 Iulii a. D. 1977.

CONRADUS **Card.** BAFILE, *Praefectus*

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

II

PORTUS LUDOVICI **SEU** EBROICEN.

Beatificationis et Canonizationis ven. Servi Dei Iacobi Desiderati Laval, sacerdotis missionalis Congregationis S. Spiritus et Immaculati Cordis Mariae.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Iacobus Desideratus Lavai, in Gallia natus atque in Mauriciana Insula anno 1864 mortuus, illi virorum agmini est accensendus qui, relictis omnibus, euntes in universum mundum, *Evangelium gratiae Dei* **(cfr.** *Acta Ap.* **20, 24) testificati sunt atque ethnicis gentibus trophaeum Crucis et Christi vexillum impavida manu intulerunt. Servi Dei sepulcrum apud** *Sainte Croix,* **in eadem Insula positum, prodigiorum fama inclaruit gloriosum, ad quod Mauriciani fideles peregrinorum ritu innumeri adhuc confluunt divinos favores petituri. Verum tamen excelsitatem eius nominis et magnitudinem animi vitae-**

que praestantiam non tantopere illustrat et amplificai inanima sepulcri memoria, quam vigor, flos et viriditas catholicae Fidei indigenarum, quorum maiores ipsemet Dei Famulus suis manibus litavit sacro fonte, quique hodie exstant atque eminent in Ecclesia veluti splendidum quoddam monumentum aere perennius ab eo exactum et exstructum.

Eundem autem Servum Dei Iacobum Desideratum Laval heroicis emicuisse virtutibus Paulus Papa VI, servatis de iure servandis, die 22 mensis Iunii anno 1972 declaravit.

Mauriciani fideles peculiari religione Apostolum suum prosecuti sunt, eiusque apud Deum intercessione beneficia acceperunt multa, immo plurima, quorum aliqua veri speciem miraculi prae se ferre videbantur. Hinc Causae actores ex variis sanationibus quae, invocato Venerabilis Iacobi Desiderati Laval nomine, mirum in modum patratae dicebantur, unam selegerunt eamque Apostolicae Sedi ad cognoscendum exhibuerunt, ut eidem Venerabili Beatorum Caelitum honores decerni possent.

Quod miraculum obtigit domino Iosepho Edgardo Beaubois, autochtoni Mauriciano, religionis Anglicanae asseclae, perscriptori seu ratiocinatori cuiusdam stationis saccharosi arundineti, annum circiter sexagesimum quintum agenti. Ipse namque, die 17 mensis Iulii anno 1923, implorato auxilio Venerabilis nostri apud ipsius sepulcrum, in instanti a morbo con valuit qui Graece nuncupatur *eczema.* **Huiusmodi acuto cutis vitio vultus, caput et cervices eiusdem domini Beaubois correpta erant. Qui quidem sanatus gratitudinis causa, uti ante recuperatala valetudinem promiserat, catholicam fidem amplexatus est.**

Qua super mira sanatione conditus fuit apud Curiam episcopalem Portus Ludovici processus apostolicus anno 1926, de cuius iuridica forma et validitate decretum huius Sacrae Congregationis exiit die 6 Decembris anno 1973.

Iuris ordine deinde servato, eiusmodi sanatio ad Medicum Collegium relata est, quod, post accuratam atque medicae artis principiis suffultam disceptationem die 4 mensis Decembris 1975 habitam, asseruit eandem sanationem praeter naturae vires et ordinem evenisse. Secuta est postmodum theologorum discussio, et quidem primum in Congressu Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum, die 18 Ianuarii anni huius 1977 celebrato; deinde, die 22 insequentis mensis Februarii, in Congregatione Plenaria Patrum Cardinalium, ponente seu relatore Rev.mo Cardinali Ioanne Villot, a Secretis Status.

De hisce omnibus absolutis certior est factus die 14 mensis Aprilis a. 1977, per subscriptum Praefectum, Summus Pontifex Paulus VI Qui, affirmativum responsum Patrum Cardinalium ratum habens, mandavit ut Decretum super eadem mira sanatione rite appararetur.

Quod cum factum esset, accitis hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Ioanne Villot, Causae ponente seu relatore, meque a Secretis Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Summus Pontifex, supremam proferens sententiam, edixit : *Constare de uno miraculo, "Venerabili Iacobo Desiderato Laval intercedente, a Deo patrato, scilicet de instantánea perfectaque sanatione domini Iosephi Edgardi Beaubois ab eczemate acuto.* \

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri iussit.

Datum Romae, die 7 Iulii a. D. 1977.

CONRADUS **Card.** BAFILE, *Praefectus*

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Lunedì, **4** Luglio **1977,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Udienza ufficiale, per la presentazione delle Lettere Credenziali S. E. il Sig. ESPEDITO DE FREITAS RESENDE, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario del Brasile presso la Santa Sede.

Venerdì, 8 Luglio **1977,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Udienza S. A. E. Fra ANGELO DE MOJANA DI COLOGNA, Gran Maestro del Sovrano Militare Ordine di Malta.

Sabato, **9** Luglio **1977,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Udienza S. E. il Signor KURT WALDHEIM, Segretario Generale delle Nazioni Unite.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Lettera Pontificia il Santo Padre Paolo VI ha nominato:

4 agosto 1977. Sua Eminenza Rev.ma il Signor Cardinale Giovanni Colombo Arcivescovo di Milano, *Suo Inviato Speciale* al XIX Congresso Eucaristico Nazionale di Pescara *(Italia).*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

21 luglio 1977. *Memoro della Pontificia Commissione «Iustitia et Pax»,* per il periodo di cinque anni, la Signora Hisako Ukita *(Giappone).*

» » » *Consultori della Pontificia Commissione «Iustitia et Pax»,* per il periodo di cinque anni: P. Roger du Noyer, M.E.P., Sottosegretario del Pontificio Consiglio Cor Unum; D. Michel Schoojans *(Belgio);* Sig. René-Jean Dupuy *(Francia);*

Sig. John Finnis *(Inghilterra);* **Sig. Karl Osner** *(Germania) ;* **Sig. Joseph Oooray** *(Sri Lanka) ;* **Sig. Jean Pliya** *(Benin) ;* **P. Bonifatius Honings, O.C.D.** *(Olanda);* **P. Carlos Soria, O.P.** *(Spagna) ;* **P. James Shall, S.J.** *(U.S.A.);* **Sig.ra Eleonora Masini** *(Italia);* **Sig. Thaddeusz Stark** *(Svizzera).*

Prelati d'Onore di Sua Santità:

14	**marzo**	**1977.**	**Mons. Butler James M. (Allentown).**
»	»	»	**Mons. Dooley Joseph P. (Allentown).**
»	»	»	**Mons. Hoban Thomas A. (Allentown).**
»	»	»	**Mons. Leweiiis Vincent E. (Allentown).**
»	»	»	**Mons. Losito Felix A. (Allentown).**
»	»	»	**Mons. Märzen Joseph P. (Allentown).**
»	»	»	**Mons. Messaros Michael F. (Allentown).**
»	»	»	**Mons. Molnar Anthony J. (Allentown).**
»	»	»	**Mons. Mulligan James J. (Allentown).**
»	»	»	**Mons. Muntone Anthony D. (Allentown).**
»	»	»	**Mons. Neverauskas Joseph A. (Allentown).**
»	»	»	**Mons. Schmid Aloysius J. (Allentown).**
»	»	»	**Mons. Seitzinger John P. (Allentown).**
»	»	»	**Mons. Sienkiewicz Bronislaus J. (Allentown).**
29	»	»	**Mons. Bodnar Joseph (Parma dei Ruteni).**
»	»	»	**Mons. Smochko Basil (Parma dei Ruteni).**
6	**aprile**	»	**Mons. Fahey Gerard (Santa Rosa, Cai.).**
»	»	»	**Mons. Hynes William (Santa Rosa, Cai.).**
12	**maggio**	»	**Mons. Corcoran James J. (Sacramento).**
»	»	»	**Mons. Kenny James (Sacramento).**
»	»	»	**Mons. Me Tague Hugh (Sacramento).**
13	»	»	**Mons. Gaire Patrick (Baker).**
14	**giugno**	»	**Mons. Frank Fernand (Luxembourg).**
»	»	»	**Mons. González Ayala José (Pamplona).**
30	»	»	**Mons. Frosini Giordano (Pistoia).**

Cappellani di Sua Santità:

9	**dicembre**	**1976.**	**Il sac. Schumacher Carlo (Innsbruck).**
1	**febbraio**	**1977.**	**Il sac. Zimmerl Giuseppe (St. Pölten).**
21	»	»	**Il sac. Gaupmann Giuseppe (St. Pölten).**
14	**marzo**	»	**Il sac. Rigney Dennis A. (Allentown).**
29	»	»	**Il sac. Artim Michael (Parma dei Ruteni).**
»	»	»	**Il sac. Repko Nicholas (Parma dei Ruteni).**
»	»	»	**Il sac. Váida Andrew (Parma dei Ruteni).**
6	**aprile**	»	**Il sac. Kenny Michael (Santa Rosa, Cai.).**
»	»	»	**Il sac. Reven Zdravko (Ljubljana).**
22	»	»	**Il sac. Cammarata Paolo (Piazza Armerina).**
»	»	»	**Il sac. Cassarà Emanuele (Piazza Armerina).**

22	aprile	1977.	Il sac. Faraci Giovanni (Piazza Armerina).
»		»	Il sac. Federico Cosimo (Piazza Armerina).
	»	»	Il sac. Riccobene Raimondo (Piazza Armerina).
»	»	»	Il sac. Velardita Giuseppe (Piazza Armerina).
		»	Il sac. Koller Heinrich (Linz).
	»	»	Il sac. Oberpeilsteiner Maximilian (Linz).
»	»		Il sac. Suk Josef Walther (Linz).
	»	»	Il sac. Tischberger Josef (Linz).
		»	Il sac. Voesenhuber Josef (Linz).
»	»	»	Il sac. Wiener Josef (Linz).
11	maggio	»	Il sac. Kramer Joseph (Freiburg im Br.).
12	»	»	Il sac. Fernández Berroa Arnaldo (Cienfuegos-Clara).
»	»		Il sac. O'Connor Albert G. (Sacramento).
»	»	»	Il sac. Schons Gerard (Sacramento).
17	»	»	Il sac. Bonicelli Savino (Reggio Emilia).
»	»	»	Il sac. Ettenreich Franz Xaver (Regensburg).
»		»	Il sac. Mensa Lorenzo (San Francisco).
»	»	»	Il sac. Rosner Friedrich (Regensburg).
»	»	»	Il sac. Stauf er Johannes B. (Regensburg).
25	»	»	Il sac. Kasirye Henry (Masaka).
»	»	»	Il sac. Wamala Emmanuel (Masaka).
»	»		Il sac. Sessa Luigi (Firenze).
30	»	»	Il sac. Galli Marsilio (Urbino).
»	»	»	Il sac. Oliveira John Joseph (Fall River).
4	giugno		Il sac. Campana Cristoforo (Urbanía).
»	»	»	Il sac. Manfulli Ferdinando (Fiesole).
7		»	Il sac. Koiodziej Ladislaw (Poznan).
		»	Il sac. Kotlarski Alfredo (Poznan).
	»	»	Il sac. Lodzig Floriano (Poznan).
		»	Il sac. Miedzinski Victor (Poznan).
			Il sac. Napierala Stanislaw (Poznan).
»		»	Il sac. Piatrowski Mariano (Poznan).
10			Il sac. Aguiar Benny M. (Bombay).
»	»	»	Il sac. Cordeiro Paulo José Teofilo (Bombay).
»			Il sac. Fonseca Ferdinand Joseph (Bombay).
			Il sac. Gonsalves Vincent Louis (Bombay).
»	»		Il sac. Gracias Monteiro Francis (Bombay).
»	»		Il sac. Lobo Henry Basil (Bombay).
			Il sac. Monis Benedict (Bombay).
			Il sac. Rodrigues Hilary (Bombay).
»	»	»	Il sac. Sollis William Anthony John (Bombay).
»			Il sac. Tavares Philip (Bombay).
11	»	»	Il sac. Mifsud Giorgio (Akka).
16	»	»	Il sac. Jarry Pierre (Angers).
23	»		Il sac. Grini Pasquale (Urbania).
30	»	»	Il sac. Benedetti Angelo (Arezzo).
7	luglio		Il sac. Polito Pasquale (Ischia).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile.

3	**aprile**	**1977.**	**Al sig. Kerkmann Heinz (München).**
»			**Al sig. Knippen Teodoro (Utrecht).**
27			**Al sig. Meak da Silva Filippo (Ende).**
16	**maggio**		**Al sig. Ferlizzi Giuseppe (Roma).**
18	**»**		**Al sig. Hyun Seok-Ho Giovanni (Seoul).**
27	**»**		**Al sig. Greco Giuseppe (Trapani).**
»	**»**		**Al sig. Inglese Mario (Trapani).**
»	**»**		**Al sig. Sabatini Carlo (Roma).**
28			**Al sig. Laillet Marcello (Annecy).**
20	**giugno**		**Al sig. Chichi Rosario (Firenze).**
30			**Al sig. Acerna Emilio (Roma).**
			Al sig. Ottaviani Renato (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe .civile :

12	**dicembre**	**1976.**	**Al sig. Igoe William (Brentwood).**
14	**marzo**	**1977.**	**Al sig. Cramsey J. Raymond (Allentown).**
»	»	»	**Al sig. Sinnot William (Allentown).**
»		»	**Al sig. Stader Donald. E. (Allentown).**
1	**aprile**	»	**Al sig. Cummins Michael (Oakland).**
»	»	»	**Al sig. Dianda Robert Joseph (Oakland).**
»	»	»	**Al sig. Gilfeher Cyril Robert (Oakland).**
»	»	»	**Al sig. Lanaux Oliver (Oakland).**
»			**Al sig. Malley Charles Glen (Oakland).**
»	»	»	**Al sig. Miraglia James (Oakland).**
»		»	**Al sig. Moran Edward Francis (Oakland).**
»	»	»	**Al sig. Scarr Anthony Frank (Oakland).**
»	»		**Al sig. Stice Robert (Oakland).**
	»	»	**Al sig. Walsh William (Washington).**
19	»	»	**Al sig. Favret Lionel J. (New Orleans).**
»		»	**Al sig. Sigur Frederick J. (New Orleans).**
18	**maggio**		**Al sig. Charleston Joseph (Dublin).**
	»	»	**Al sig. Crowley Conor (Dublin).**
»		»	**Al sig. Lubé Peart John Noel (Dublin).**
25		»	**Al sig. Michaud Joseph (Washington).**
27	»	»	**Al sig. Gladwin Joseph (Salford).**
18	**giugno**	»	**Al sig. Gressly Max (Basel).**
5	**luglio**		**Al sig. Saturne Paul (Toulouse).**

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

16 luglio 1977. Al sig. Dengler Johann Josef *(Austria).*

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

30 maggio 1977. Al sig. Scaglione Giulio (Gerace-Locri).
30 giugno » Al sig. Salvadore Aldo (Casale Monferrato).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

21 dicembre 1976. Al sig. Bresich Ludwig (Eisenstadt).
» » » Al sig. Ernst August (Eisenstadt).
» » » Al sig. Höttinger Julius (Eisenstadt).
» » » Al sig. Kren Otto (Eisenstadt).
» » » Al sig. Sühs Josef (Eisenstadt).
» » » Al sig. Vogl Franz (Eisenstadt).
15 gennaio 1977. Al sig. Zebisch Walter (Innsbruck).
2 marzo Al sig. Le jeune Jean (Liège).
11 » Al sig. Flandorfer Richard (Linz).
29 » Al sig. Henzl Otto (St. Pölten).
25 aprile Al sig. Lendl Uberto (Graz-Seckau).
» » Al sig. Maltoni Goffredo (Cesena).
» » Al sig. Rivas Echeverría Gennaro (Tampico).
1 maggio Al sig. Baschirotto Gilio (Verona).
» » Al sig. Duringhetto Ferdinando (Verona).
5 » Al sig. Tomasicchio Angelo (Bari).
20 » Al sig. Shigeru Fujino Alfonso (Osaka).
» » Al sig. Tomi-ichi Nomoto Ignazio (Osaka).
27 » Al sig. Vecchio Giuseppe *(Italia).*

NECROLOGIO

18 giugno 1977. Mons. Bernard P. Wall, Vescovo tit. di Othona.
30 » » Mons. Ioseph F. Donnelly, Vescovo tit. di Nabala.
4 luglio » Mons. Mihaly Endrey, Vescovo di Vae *(Ungheria).*
12 » » Mons. Pierre Kimbondo, Arcivescovo-Vescovo già di Kisantu *(Zaire).*
16 » » Card. Francesco Roberti.
26 » » Mons. Coleman F. Carrol, Arcivescovo di Miami-*(U.S.A.).*
» » » Mons. Arturo Duque Villegas, Arcivescovo già di Manizales *(Colombia).*
1 agosto » Card. Manuel Gonçalves Cerejeira, Patriarca già di Lisboa *(Portugal).*
» » » Mons. Giacomo Cannonerò, Vescovo di Asti *(Italia).*
» » » Mons. Robert Emmet Lucey, Arcivescovo già di San Antonio *(U.S.A.).*
7 » » Card. Dino Staffa, Prefetto del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.

An« et vol. LXIX 31 Octobris 1977 N. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

CONSTITUTIO APOSTOLICA

BARUIPURENSIS

Quodam ex archidioecesi Calcuttensi detracto territorio dioecesis Baruipur ensis in India constituitur.

PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad populi Dei supernam utilitatem intendentes, quod praecipuum apostolici officii Nostri munus esse putamus, censuimus sententiam accipiendam esse ad exitumque adducendam Venerabilium Fratrum Nostrorum S. E. E. Cardinalium, qui Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione praesunt, de nova videlicet in Indiae finibus dioecesi constituenda, quadam parte detracta ab archidioecesi Calcuttensi. Suprema igitur usi potestate Nostra, ab huius ipsius Ecclesiae territorio partem meridianam et mediam abstrahimus districtus civilis vulgo « 24 Paraganas » cognominati, excepti novem areis vulgo « thanas » dictis eiusdem territorii, qui ad dioecesim Krishnagarensem pertinere pergent, atque tribus areis vulgo <(thanas » eiusdem territorii, qui pars archidioecesis Calcuttensis remanent, iisque novam dioecesim condimus, ex urbe « Baruipur » *Baruipurensem* appellandam. Sic constitutam dioecesim suffraganeam facimus metropolitanae Sedi Calcuttensi, sedem in urbe Baruipur eam habere decernimus, in eiusdemque prin-

cipe sacra aede Episcopi cathedram poni. Consultores dioecesani praeterea ad normam iuris canonici deligantur, Episcopum consilio et ope iuvaturi, nempe Canonicorum loco. Cetera item secundum canonicas leges temperentur. Hanc vero Constitutionem Apostolicam nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tricesimo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo septuagesimo septimo, Pontificatus Nostri quartodecimo.

© IOANNES Card. VILLOT
Secretarius Status

AGNELLUS Card. Rossi
S. Congr. pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide Praefectus

Iosephus Del Ton, *Proton. Apost.*

Godefridus Mariani, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi
In Secret. Status tab. n. 882504.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Beata Maria Virgo sub titulo « Nossa Senhora do Rosario do Roció » principalis Patrona regionis Paranensis confirmatur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Peculiari pietatis affectu clerus et Christifideles dioecesium regionis Paranensis in Brasilia praeteritis temporibus excoluerunt et etiamnum excolunt Beatam Mariam Virginem, quae vulgo ut « Nossa Senhora do Rosario do Roció » invocatur, cuiusque sanctuarium est in urbe Paranagua. Propter hanc religiosam alacritatem Venerabilis Prater Bernardus Nolker, Episcopus Paranaguensis, nomine etiam sacrorum Praesulum et Auctoritatum civilium eiusdem plagae, communia vota excipiens, Beatae Mariae Virginis, nomine « Nossa Senhora do Rosario do Roció» appellatae, electionem, qua caelestis apud Deum Patrona praedictorum finium efficeretur, rite probavit. Qui quidem Nos enixe rogavit, ut quod ita actum esset,

ratum haberemus. Nos vero, cupientes, ut marialis cultus illa in terra etiam maioribus augeretur incrementis et in vitam privatam et publicam salubriter influeret, precibus huiusmodi libenter obsecundare statuimus. Itaque, e consulto Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino deque Apostolica Nostra potestate, Beatam Mariam Virginem sub titulo « Nossa Senhora do Rosario do Roció » apud Deum Patronam regionis Paranensis confirmamus, cunctis adiectis iuribus et privilegiis liturgicis ad normas videlicet Instructionis eiusdem Sacrae Congregationis « de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis, n. 30 ». Contrariis quibusvis non obstantibus. Volumus ceterum ut hae Litterae Nostrae religiose serventur suosque effectus tam in praesenti quam in posterum habeant.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xx mensis Iulii, anno MCMLXXVII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

© **IOANNES Card. VILLOT,** *Secretarius Status*

Loco £8 **Sigilli**

In Secret. Status tab. n. 832468.

II

S. Olivarius Plunkett Patronus secundarius Pontificiae Universitatis Urbanianae, in Urbe, confirmatur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quantopere Ecclesiae sanctae prosit cultus Sanctorum sincerus, omnis videt, si modo consideraverit, non solum Christifideles, in tantis periculis constitutos, posse firmum in iis habere praesidium, sed etiam posse Sanctorum vitam, Christi gratia et sapientia refertam, tamquam exemplar omnibus propóni virtutis, in quod inspiciant. Ceterum, quanto Ecclesia e tantorum Virorum vita afficiatur, ac quasi aspergatur, honore, cunctis facile patet. Quoniam ideo S. Olivarius Plunkett Martyr, Patronus secundarius electus fuit Pontificiae Universitatis Urbanianae, in Urbe, atque Venerabilis Frater Noster Agnellus S. R. E. Cardinalis Rossi, Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione Praefectus, idemque eiusdem Universitatis Magnus Cancellarius, electione rite probata, a Nobis petierit, ut, ad normam Instructionis de Calendariis particularibus atque

Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis, n. 30, facta electio et probatio conflrmarentur, Nos, iis assentientes quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino bac de re statuerit, probe concedimus S. Olivarium Plunkett Märtyrern Patronum secundarium Urbanianae Studiorum Universitatis esse et haberi, unaque cum ceteris die tertio mensis Decembris quotannis celebrari, eo aequiore animo, quod perillustris hic Vir in eodem Collegio et Universitate et sancte vixerit per annos duodecim, et recte theologiae disciplinam docuerit; nempe iura ac privilegia iusta facientes, iuxta rubricas. Ceterum has Litteras perpetuo observari censemus, contrariis non obstantibus, id simul Deum orantes, ut, qui omnia regit, intercedente novo Patrono, quam aequissimis Urbanianam Universitatem aspiciat oculis.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis Augusti, anno MDCCCCLXXVII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

ffi IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco ¡33 Sigilli

In Secret. Status tab., n. 382848.

III

Templum R. M. V. a Purificatione in Italica urbe Forolivio, ad gradum Basilicae Minoris evehitur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quamquam Deus ((non in manufactis templis inhabitat, nec manibus humanis colitur indigens aliquo)) *(Act.* 17, 24-25), voluit tamen tum in tabernaculo coli Hebraeorum, tum in templo summa magnificentia exstructo. In quo sane Deus manifestabatur populo praesens, agmina vero sancta fidelium nomen eius celebrabant, pietatem exercebant, dona Domino offerebant. Ibi praeterea in periculis auxilia petebant. Quae profecto causa est, cur Ecclesia catholica iam tum a primaeva aetate Deo vero templa strui curaverit, et quasi proprias filiorum domos consideraverit.

Cum ergo Venerabilis Frater Ioannes Proni, Episcopus Foroliviensis, suo ipsius, cleri populique nomine, id petierit, ut templum B. M. V. a Purificatione quod Forolivii exstat magnificum, dignitate Basilicae Minoris honestaretur, Nos, sive antiquitate, historia, pulchritudine ipsius

templi considerata, sive populi illius fide atque religione erga Deum eiusque sanctissimam Matrem, sive denique veneratione in S. Peregrinum, cuius corpus sancte tegit aedes illa sacra, benigne admotae expostulationi concedimus, spem bonam concipientes, fore ut tributus honor pietatem in pectoribus excitet.

Quapropter, iis probatis, quae Sacra Congregatio pro Sacramentis et Cultu Divino de re statuit, placet templum B. M. V. quod supra memoravimus, in numero Basilicarum Minorum esse et haberi, cum iuribus debitis, servatis tamen quae iuxta Decretum « De titulo Basilicae Minoris » servanda sunt, die vi mensis Iunii factum, anno MDCCCCLXVIII. Quae statuimus volumus in perpetuum servari, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub Anulo Piscatoris, die xxvi mensis Augusti, anno MDCCCCLXXVII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

B IOANNES Card. VILLOT, *Secretarius Status*

Loco £& Sigilli

In Secret. Status tab., n. 884871.

EPISTULA

Em.mo P. D. Ioanni S. R. E. Cardinali Colombo, Archiepiscopo Mediolanensi, electo ac renuntiato « Misso Extraordinario » ad praesidendum celebritatibus XIX Conventus Eucharistici Nationalis in Italica urbe Piscaría.

Piscariensium civitas mentes catholicorum Italiae mox ad se convertet, quoniam ibi xix Conventus Eucharisticus celebrabitur e dilecta ista Natione. E multis inceptis, quae diligentia Venerabilis Fratris Antonii Jannucci, Episcopi Pinnensis-Piscariensis, et eorum, qui cum eo operam sociant, iam inita sunt, ad apparanda sollemnia in honorem augusti Sacramenti altaris, sperare licet fore, ut illa in bonum religionis salubriter cedant novisque impulsionibus animos excitent.

Ad ornandum vero hunc religiosum eventum te, qui Ecclesiam regis Mediolanensem, Nobis carissimam, cuius scilicet memoria semper apud Nos viget, Missum Extraordinarium Nostrum eligimus, constituimus, r enuntiamus, eas partes tibi mandantes, ut vices Nostras sustineas in

celebritatibus, quae in isto Conventu Piscariensi fient. Quia laude flores pietatis et rerum agendarum prudentia es insignis, nihil dubitamus, quin creditum tibi munus egregie et spectate sis persoluturus. In quo fungendo fac sedulo annitaris, ut Eucharistica festa istic agenda in omnibus eo convenientibus novum fidei ardorem accendant. Fides enim in hanc admirabilem veritatem, ex qua Christus, Deus et homo, sub speciebus panis et vini est vere, realiter et substantialiter praesens, imprimis postulatur, dum minus rectae opinationes circa hoc mysterium hic illic serpere cognoscuntur.

Argumentum autem peculiare, eidem Conventui propositum, ad promovendum cultum divinum et ad alendam pietatem eucharisticam perquam aptum esse videtur, quippe quod etiam in renovationem liturgicam inseratur, a Concilio Vaticano II feliciter inductam. Haec est autem sententia, quae paucis verbis multum praebet ad considerandum : « Dies dominica est Pascha hebdomadale Populi Dei ». Haec omnino consonat hisce eiusdem universalis Synodi dictis : « Mysterium paschale Ecclesia, ex traditione apostolica, quae originem ducit ab ipsa die Resurrectionis Christi, octava quaque die celebrat... Hac enim die christifideles in unum convenire debent ut, verbum Dei audientes et Eucharistiam participantes, memores sint Passionis, Resurrectionis et gloriae Domini Iesu, et gratias agant Deo qui eos "regeneravit in spem vivam per Resurrectionem Christi ex mortuis" (1 Pt 1, 3) w.[1] Agitur vero hic de universo Christi paschali mysterio, quod mortem et gloriosam de ea victoriam, necnon ascensionem in caelum comprehendit. Itaque hoc die communitas ecclesialis, in unum congregata circa Dominum, qui eam de tenebris ad mirabile lumen suum vocavit, hosce salutiferos eventus non solum pie oportet commemoret, sed etiam sibi, divina gratia opitulante, applicet. Quod quidem fit praecipue participatione sacrificii eucharistici, quae communione Corporis Domini praeclarissime manifestatur.

Itaque dies dominica in vita christiana permagnum obtinet momentum, his etiam temporibus, quibus homines multiplicibus causis ab iis, quae sursum sunt, distrahuntur. Profecto verba perveteris operis, quod ((Didascalia Apostolorum » inscribitur, etiam aetate nostra, quamvis tot ac tantae intercesserint mutationes, vim suam retinere videntur : « Nolite ergo vosmet ipsos, cum sitis membra Christi, spargere ab ecclesia, cum non coadunamini ; Christum enim caput habentes

[1] Const. de S. Liturgia *Sacrosanctum Concilium,* n. 106.

secundum promissionem ipsius praesentem et communicantem vobis, nolite ipsi vos neglegere nec alienare salvatorem a membris suis nec scindere nec spargere corpus eius nec praeponere Dei verbo necessitates temporariae vitae vestrae; sed die dominica omnia seponentes concurrite ad ecclesiam ».[2]

Sanctificatio ergo diei dominicae seu Paschae hebdomadalis celebratio sine dubio efficit, ut caeleste munus tunc perceptum in vitam privatam et publicam arcano quodam influat vigore. Eucharistica enim dape enutriti, fideles viribus pollent, quibus testes Christi in domestico convictu et in hominum societate exsistere valeant. Praeterea veri nominis pax et concordia manant exinde, siquidem ii, qui eucharistico pane vescuntur, unum veluti corpus efficiunt.[3] Non violentiis, non praedationibus, non caedibus controversiae sociales dirimuntur, sed imprimis voluntate pacis studiosa et ad se devovendum parata, quae hoc mirabili Sacramento roboratur et solidatur.

Copiosam igitur spiritualium fructuum messem ex isto Conventu exspectamus; Deumque impensis precibus rogamus, ut catholici ex Italia per frequentationem huius mysterii reapse ((genus electum, regale sacerdotium, gens sancta et acquisitionis populus » dici possint.[4].

Tibi denique, Venerabilis Frater Noster, Benedictionem Apostolicam amanti animo largimur, necnon ceteris Praesulibus, nominatim Episcopo Pinnensi-Piscariensi, quem diximus, Magistratibus, clero et fidelibus universis, qui eucharisticis hisce celebritatibus intererunt.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die iv mensis Augusti, anno MCMLXXVII, Pontificatus Nostri quinto decimo.

PAULUS PP. VI

[2] II, 59, 2: *Didascalia et Constitutiones Apostolorum,* ed. F. X. Funk, I, p. 170.
[3] Cfr. 1 *Cor* 10, 17.
[4] Cfr. *Missale Rom.,* Praefatio I in Dominicis «per Annum».

HOMILIA

Habita occasione Congressus Eucharistici Nationalis in Italica urbe Piscaría.*

Encore faut-il que, conscients de leurs responsabilités, les théologiens le soient aussi de la nature du service auquel ils sont appelés. La théologie mérite le nom de science au titre de la nature et de la rigueur de ses méthodes et de la qualité de ses instruments de travail sans cesse tenus à jour. Mais elle se distingue de toute autre science, en ce qu'elle reçoit son objet de la Foi et que ses démarches épousent le rythme de la vie de l'Eglise, objet de la vigilance de ceux qui en sont les Pasteurs. Il appartient donc aux théologiens d'approfondir et d'illustrer le Donné de la Foi et l'interprétation qu'en dégage, en dogme comme en morale, le Magistère. C'est l'observance de ces normes qui confère aux théologiens le droit d'être écoutés et leur vaut le beau nom de « maître en la discipline de Dieu », « professor sacri numinis » (antienne de la fête de saint Thomas d'Aquin, dans l'ancien bréviaire dominicain). Leur travail comporte comme exigences propres que la démarche rationelle s'inscrive dans une soumission à la vérité de la foi, dans un climat de prière et un grand amour de l'Eglise.

Il ne faut pas oublier non plus que c'est l'ensemble des actes du

Magistère qui sont normatifs de la doctrine : si leur enseignement peut être complété ou présenté avec des accents nouveaux, il ne saurait être négligé, encore moins contredit. Il serait gravement dommageable que, dans la recherche, dans renseignement ou dans les publications, on omette de se référer à ces documents de la Tradition, dans lesquels a été proposée la foi commune du Peuple de Dieu, ou que l'on ignore tout le développement dogmatique qui a explicité la Révélation à travers toute une histoire guidée par l'Esprit Saint, pour ne retenir que certaines phases, principalement celle des origines. Si l'on compare ce développement à un grande arbre, on peut certes l'élaguer, mais sans le réduire continuellement au tronc ou aux racines.

Le Concile Vatican II, pour sa part, a procédé à un ((aggiornamento » lumineux de l'enseignement traditionnel. Réunis en Concile dans la communion avec le Pape, les Pères, après avoir largement bénéficié de l'aide des experts théologiens, avaient aux-mêmes grâce d'état pour se prononcer au niveau où ils l'ont fait et pour exprimer, dans des termes renouvelés, le Message chrétien à l'adresse des hommes de ce temps. C'est gravement méconnaître le sens de l'événement conciliaire que de s'en autoriser pour instaurer une soi-disant méthode théologique qui permettrait, au nom de la créativité et de la liberté de recherche, d'interpréter au gré de chacun le texte scripturaire, le contenu de la Tradition, et de s'ériger en juge de l'enseignement et des directives de l'Autorité Suprême de l'Eglise. Sans aucun doute, doit-on appliquer aux documents conciliaires et à l'ensemble des énoncés du Magistère, les notes élaborées par le traité des lieux théologiques. Mais si de telles règles définissent le degré d'assentiment dû à chaque assertion, il n'en est aucune qui dispense de la docilité qui convient, et moins encore qui ouvre la porte à une critique sans retenue. Le respect du Magistère est un élément constitutif de la méthode théologique. Et également le respect du Peuple de Dieu : celui-ci a droit à ne pas être troublé inconsidérément par des hypothèses ou des prises de position aventureuses, qu'il n'a pas la compétence de juger ou qui risquent d'être simplifiées ou manipulées par les mouvements d'opinion. Le théologien est un homme libre et responsable mais de la liberté du chrétien, celle qui s'exerce dans une ouverture aux lumières qu'assure la Foi et que garantit la fidélité à l'Eglise.

C'est dans cet esprit que Nous vous encourageons à maintenir ou à rétablir des rapports confiants et convergents entre Magistère et théologiens. Ils sont délicats, certes, car la tâche des uns et. des autres est

difficile. Mais si des tensions existent, elles doivent se situer à l'intérieur de cette conscience ecclésiale commune qui permet à chacun de tenir sa juste place. L'« imprimatur », par exemple, demeure un signe de ce sens ecclésial : pourquoi des théologiens seraient-ils si réticents à le demander, à leur Evêque ou à leur Supérieur religieux, pour leurs publications des sciences religieuses, lorsque cet « imprimatur » est prescrit ou recommandé? D'ailleurs, même l'exercice spéculatif de la théologie ne peut ignorer les finalités pastorales et missionnaires. Tous, Pasteurs et Docteurs, ont le devoir de manifester la certitude de la foi et de faire vivre les hommes de la vérité du Christ. Il y a diversité de ministères, mais c'est le même Esprit qui doit inspirer les uns et les autres. Nous souhaitons, entre les théologiens et vous-mêmes, entre les théologiens et le Saint-Siège, cette collaboration confiante et fructueuse dont l'Eglise a tant besoin.

De tout cœur, Nous vous bénissons, vous et tous ceux qui coopèrent avec vous pour l'annonce de l'Evangile.

V

Ad sacros Praesules conferentiae episcopalis Regionis Aemilianae-Flaminiae, in Italia, visitationis « Ad limina » occasione coram admissos.*

Il nostro affettuoso e cordiale saluto a Lei, Signor Cardinale, e a voi tutti, Arcivescovi e Vescovi dell'Emilia-Romagna. Desideriamo esprimervi, in tutta sincerità, i sentimenti della nostra comprensione, soddisfazione, partecipazione, cioè di intensa comunione per le vostre sollecitudini ed ansie pastorali; come pure la gioia per questa vostra visita « Ad limina », con la quale avete voluto incontrarvi con il Successore di Pietro, per essere confermati[1] in quella' fede, che opera mediante la carità.[2]

Abbiamo letto con attenzione ed interesse la relazione, che ci avete fatto pervenire in preparazione a questo nostro fraterno colloquio : vogliamo dirvi che la visione d'insieme, nonostante le oggettive difficoltà in cui agisce la Chiesa nelle vostre Regioni, è molto consolante ; l'analisi, che voi avete fatto delle condizioni religiose, storiche, socio-cul-

*** Die 2 m. iulii a. 1977.**

[1] Cfr. *Lc* 22, 32.

[2] Cfr. *Gal* 5, 6.

turali, sembra veramente completa ed esauriente. Desideriamo che siate confortati e lodati per questa vostra illuminata e sensibile capacità di leggere nei complessi segni dei tempi, al fine di adattare alle particolari situazioni i vari metodi di evangelizzazione e di testimonianza cristiana.

Vorremmo ora presentare alla vostra considerazione alcune osservazioni, più psicologiche che pratiche, e sono quelle che noi, in questo breve scambio di idee, vi possiamo offrire.

La Regione pastorale « Emiliana-Flaminia » ha visto in questi anni, con gioiosa edificazione, i suoi Pastori fraternamente uniti : perciò, su questa linea, avvalorate, sottolineate, accrescete questa unione fra voi Vescovi : unione nella carità,[3] nella preghiera,[4] nei frequenti incontri, nelle iniziative, che possono essere non solo di una sola comunità diocesana, ma altresì di tutte le altre diocesi sorelle. « I Vescovi, sia come legittimi successori degli Apostoli, sia come membri del Collegio episcopale — dice il Concilio Vaticano II —, sappiano essere sempre tra loro uniti, e dimostrarsi solleciti di tutte le Chiese; pensando che, per divina disposizione e comando dell'ufficio apostolico, ognuno di essi, insieme con gli altri Vescovi, è in certo qual modo garante della Chiesa ».[5]

Quale lo spirito che vi deve animare? Quello che richiedono le situazioni difficili, intossicate, dove l'avversario è numeroso, potente, laborioso. Ma, ((nolite timere » *f* si tratta di un campo conteso spesso palmo a palmo; è una milizia, con le sue vicende alterne, le sue difficoltà continue. Occorre tener presente l'avvertimento pressante e ripetuto di Gesù : « Vigilate !)).[7] Ognuno di voi accolga come rivolte a sé le paterne raccomandazioni di S. Paolo al suo diletto Timoteo : « Tu però vigila attentamente, sappi sopportare le sofferenze, compi la tua opera di annunziatore del Vangelo, adempì il tuo ministero »,[8] con illimitata fortezza d'animo e con intensa fiducia nell'opera nascosta e potente dello Spirito Santo, cioè con la psicologia tipica dell'evangelizzatore, il quale sa che spesso occorre cominciare tutto da capo, con

[3] Cfr. *At* 4, 32.
[4] Cfr. *At* 1, 14.
[5] Decr. *Christus Dominus,* 6.
[6] Cfr. *Lc* 12, 32.
[7] Cfr. *Mt* 24, 42; 25, 13; 26, 38; *Me* 14, 34; 14, 38; *Lc 21,* 36.
[8] *2 Tim* 4, 5.

rapporti leali, amichevoli, specialmente con i piccoli, con le famiglie, con i sofferenti.

Vogliamo anche accennare, oltre che allo spirito che deve animare la vostra operosità di Pastori, al metodo o ai metodi. Quali? Ci si potrebbe chiedere. Noi abbiamo trattato esplicitamente e a lungo di tale delicata e complessa questione nella nostra Esortazione Apostolica *Evangelii Nuntiandi* dell'8 dicembre 1975.[9] Ci sono metodi tradizionali, sperimentati talvolta anche da secoli e che tuttora mantengono la loro attualità e il loro valore ; ci sono, e ci possono essere, metodi nuovi, adatti alle mutate condizioni culturali. I metodi più validi ed efficaci, oltre quelli prescritti, potranno essere quelli della fantasia, del rischio, talvolta ; quelli, specialmente, della carità inventiva ; quello della Liturgia, perfettamente realizzata nello spirito e nella lettera delle sagge leggi della Chiesa, Liturgia che tanti frutti consolanti ha dato in questi anni anche nelle vostre diocesi, in seguito alla riforma voluta e predisposta dal Concilio Vaticano Secondo ; quelli della cura e del contatto personale con le anime, nel dialogo, nella direzione spirituale, nel sacramento della Riconciliazione.

Non vorremmo chiudere il nostro incontro con voi senza presentare ancora alla vostra attenta riflessione alcune considerazioni concernenti i problemi più vitali, oggi, della vita ecclesiale nelle vostre Regioni.

Anzitutto, il Clero. Non ci siamo stancati di dire ai Vescovi, che in questo periodo sono venuti presso di noi per la visita « Ad limina » : Amate i vostri sacerdoti ! Siate i loro padri, i loro fratelli, i loro amici ! I Vescovi — raccomanda ancora il Concilio — « trattino sempre con particolare carità i sacerdoti come coloro che, nella sfera dei loro poteri, si assumono i loro ministeri e le loro preoccupazioni, e li attuano nella vita quotidiana con tanta premura. Li considerino come figli e amici, e perciò siano disposti ad ascoltarli ed a trattarli con fiducia e benevolenza allo scopo di incrementare l'attività pastorale in tutta la diocesi ».[10]

Coltivate, inoltre, con costante impegno, le vocazioni, ponete la vostra cura più gelosa per i Seminari; sappiate inserire e coinvolgere nella pastorale globale, pur nel pieno rispetto delle loro specifiche finalità, i Religiosi, ricchi di secolari esperienze, e le Religiose, sempre così delicatamente e generosamente disponibili là dove urgono le neces-

[9] Cfr. nn. 40-48.

[10] Decr. *Christus Dominus,* 16.

sita delia Chiesa locale ; aiutatele, perché anche loro « combattono per il Vangelo » .[11]

E cosa non farete, nella vostra sollecitudine pastorale, per la famiglia, perché in essa si mantenga il senso religioso, l'amore autentico, lo spirito di solidarietà per gli altri, specie per quelli che soffrono, e perché divenga un centro di irradiazione evangelizzatrice e di formazione cristiana?

Ai giovani, lavoratori e studenti, oggi in ricerca ansiosa non solo di una sistemazione economica, ma di certezze che diano un sicuro orientamento alla vita, presentate il messaggio cristiano nella sua esaltante ed esigente realtà. L'innata generosità dei giovani, che non sopportano i mezzi termini, non può non sentire il valore trascendente della persona di Gesù, il quale deve essere annunziato sempre e con tutti i mezzi.

A ciò sarà di fondamentale importanza il retto uso della stampa e degli strumenti della comunicazione sociale, capaci di indirizzare e talvolta anche di condizionare le masse.

Ma, al disopra di tutto, deve trionfare e regnare la carità.[12] Abbiamo appreso, con vivo compiacimento, come la ((Caritas » nelle vostre diocesi sia diventata un vero centro di promozione di nuove iniziative a favore dei poveri, e come si moltiplichino le ((Case della Carità ». Le vostre Chiese particolari inviano missionari, sacerdoti e laici, in Africa, in America Latina. Non possiamo non incoraggiare questo gesto di amore generoso verso la Chiesa universale.

A voi tutti singolarmente vogliamo infine esprimere la nostra stima e il nostro incoraggiamento perché possiate sostenere serenamente, giorno dopo giorno, il peso del ministero episcopale, ricolmi di gioia — come dice San Pietro — « anche se ora dovete essere per un po' di tempo afflitti da varie prove, perché il valore della vostra fede, molto più prezioso dell'oro torni a vostra lode, gloria e onore nella manifestazione di Gesù Cristo » .[13]

Con la nostra Benedizione Apostolica.

[11] Cfr. *FU* 4, 3.
[12] Cfr. *Col* 3, 14.
[13] J Pi 6s.

VI

Ad Excmum Virum Adulphum Suárez, Consilii Ministrorum Hispaniae Praesidem, coram admissum.*

Señor Presidente:

Nos es sumamente grato tener hoy este encuentro con Vuestra Excelencia a quien, en unión con sus ilustres acompañantes, damos nuestra más cordial bienvenida.

Recordamos aún con vivo placer la visita de Sus Majestades los Reyes de España, a principios de este año. Al igual que en aquella ocasión queremos expresar abiertamente nuestro sincero afecto hacia la querida Nación española, tan cercana a esta Sede de Pedro por históricos lazos de fidelidad y devoción.

Vuestra Excelencia ha querido hacernos partícipe de los propósitos y esperanzas de una nueva España que se está construyendo con la colaboración de todos los españoles. Una tarea que coloca a todos los responsables ante un hermoso y no menos exigente cometido de lograr una sociedad justa que permita a todos los ciudadanos realizarse plenamente en lo demás. Nos congratulamos sinceramente por la cordura y buen sentido con que el pueblo español ha sabido poner las premisas necesarias para la consecución de estos logros, tanto en el ámbito nacional como en el internacional.

En todo ello—y éste es nuetro más hondo deseo—quisiéramos que quedase reflejado un objetivo primordial : el de servir al desarrollo de la persona en todas sus dimensiones, sobre todo en su dimensión cultural, moral y espiritual. Es decir, haciendo honor a todos esos valores, de los que la historia reconoce en España un singular portavoz.

Por eso, nuestras palabras quieren ser de ánimo a todos vosotros, para que con vuestras dotes de inteligencia, de imaginación y de sensibilidad y siendo fieles a esa trayectoria humana y cristiana sepáis encauzar las legítimas aspiraciones de vuestro pueblo.

Así lo deseamos y lo pedimos en nuestra plegarias al Señor.

* Die 2 m. septembris a. 1977.

ACTA S.S. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

I

DECRETUM

LIMANAE - CALLAËNSIS

De finium mutatione

Concrediti gregis spirituali bono apprime studentes, E.mus ac Rev.mus P. D. Ioannes S.R.E. Cardinalis Landázuri Ricketts, Archiepiscopus Limanus, et Exc.mus P.D. Richardus Durand Flores, Archiepiscopus-Episcopus Callaënsis, unanimo consensu, ab Apostolica Sede enixe expostulaverunt ut fines ecclesiastici circumscriptionum sibi concreditarum aliquantulum immutarentur ac aptius disponerentur, ita quidem ut dioecesium limites cum civilibus confiniis convenirent.

Summus Pontifex Paulus Divina Providentia PP. VI, attento favorabili voto Exc.mi P. D. Caroli Furno, Archiepiscopi titularis Abaritani et in Peruviana Republica Apostolici Nuntii, ratus petitam immutationem animarum saluti cessuram, oblatis precibus benigne annuere dignatus est.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, de plenitudine Apostolicae potestatis, praesenti Sacrae Congregationis pro Episcopis decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, ab archidioecesi Limana distrahit territorium quod vernacula lingua describitur : « la zona comprendida entre la Avenida Tomás Valle y el Río Rimae » illudque dioecesi Callaênsi adnectit.

Mandat insuper Sanctitas Sua ut documenta et acta memorati territorii clericos, fideles et bona temporalia forte respicientia a Curiae Limanae tabulario ad Curiae Callaënsis archivum quam primum transmittantur.

Ad clerum quod attinet decernit ut simul ac praesens decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes Ecclesiae illi adscripti censeantur

in cuius territorio ecclesiasticum beneficium aut officium detinent; ceteri autem sacerdotes, clerici seminariique tirones dioecesi illi incardinati maneant vel incardinentur in cuius territorio legitimum habent domicilium.

Ad haec perficienda Summus Pontifex memoratum Exc.mum P.D. Carolum Fur no deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Sacram Congregationem pro Episcopis, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 25 mensis Iulii anno 1977.

© **SEBASTIANUS Card. BAGGIO,** *Praefectus*

L. © S.

83 **Ernestus Civardi, Archiep. tit. Serdicen.,** *a Secretis*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere. Nimirum praefecit :

Die 27 Iulii 1977. — **Cathedrali Ecclesiae Laudensi R. P. D. Paulum Magnani, Vicarium Generalem Papiensis dioecesis.**

Die 1 Augusti. — **Metropolitanae Ecclesiae Taurinensi Exc. P. D. Anastasium Albertum Ballestrero, hactenus Archiepiscopum Barensem.**

— **Cathedrali Ecclesiae Fesulanae R. P. D. Simonem Scatizzi, Vicarium Generalem Pratensis dioecesis.**

Die 17 Augusti. — **Titulari episcopali Ecclesiae Mullitanae R. P. Albertum Luna Tobar, ex Ordine Fratrum Discalceatorum B. M. V. de Monte Carmelo, quem deputavit Auxiliarem Em.mi ac Rev.mi P. D. Pauli S. R. E. Cardinalis Muñoz Vega, Archiepiscopi Quitensis.**

Die 9 Septembris. — **Cathedrali Ecclesiae Valleduparensi R. D. Iosephum Augustinum Valbuena Jáuregui, e clero Ibaguensi.**

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

i

DECRETUM

KILVAËNSIS - KASENG-AËNSIS

Exc.mus ac Rev.mus Dominus Andreas Kaseba, Episcopus Kilvaënsis, nuper ab Apostolica Sede expostulavit ut praesens denominatio suae dioecesis ita permutaretur ut deinde Kilvaënsis-Kasengaënsis nuncupantur, iuxta nomen civitatis vulgo Kasenga, ubi Ecclesia Concatbedralis erigeretur in qua quoque Cathedra Episcopalis constitueretur atque idem Ordinarius in memorata civitate Kasengaënsi pro lubito residere posset.

Itaque hoc Consilium Christiano Nomini propagando, accepto favorabili voto omnium quorum interest, vigore specialium facultatum sibi a SS.mo Domino Nostro Paulo, Divina Providentia Papa VI tributarum, porrectis precibus benigne annuendum censuit ac praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 4 mensis Augusti a. D. 1977.

© **D. S. Lourdusamy,** *a Secretis*

Alagherius Taddei, *a Studiis*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere ; nimirum :

Die 30 Maii 1977. — **Metropolitanae Ecclesiae, nuper erectae, Tamalensi in Ghana, promovit Exc.mum P. D. Petrum Poreku Dery, hucusque Episcopum eiusdem nominis Dioeceseos.**

— Cathedrali Ecclesiae Nakhonratchasimaënsi R. D. Ioachimum Phayao Manisap, Vicarium Generalem Dioecesis Chanthaburiensis.

— Cathedrali Ecclesiae Miriensi R. D. Antonium Lee Kok Hin, ex eiusdem dioecesis clero, S. Liturgiae magistrum in Regionali Seminario Pinangensi.

— Cathedrali Ecclesiae noviter erectae Baruipurensi praeposuit R. P. Linum Nirmal Gomes, e Societate Iesu, paroeciae Sanctae Teresiae in Calcuttensi civitate curionem.

— Titulari Episcopali Ecclesiae Strongulensi praefecit R. P. Olavium López Duque, Ordinis Augustinianorum Recollectorum, quem constituit Vicarium Apostolicum Casanarensem.

Die 7 Iulii. **— Cathedrali Ecclesiae Takamatsuensi nominavit R. D. Iosephum Satoshi Fukahori, parochum in oppido <x Kumamoto » nuncupato.**

— Cathedrali Ecclesiae Katiolaënsi R. D. Ioannem Mariam Kélétigui, e clero nativo, moderatorem Apostolatus de Laicis nationalem.

— Cathedrali Ecclesiae Poonensi R. P. D. Valerianum D'Souza, eiusdem Dioeceseos Vicarium Capitularem.

III

NOMINATIONES

Decretis suis Sacra Congregatio pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renuntiavit :

Die 28 Octobris 1976. **— Exc. P. D. Eugenium Natalem Snedden, Episcopum titulo Acheloium,** *Vicarium Castrensem* **in Nova Zelandia.**

Die 6 Maii 1977. **— R. P. Iosephum Aurelium Rozo, Societatis Mariae Montfortanae,** *Praefectum Apostolicum* **de Vichada.**

Die 21 Iulii. **— R. P. Germanum Garcia Isaza, Congregationis Missionis sodalem,** *Praefectum Apostolicum* **Tierradentroënsis Praefecturae.**

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

DECRETA

I

MATRITEN.

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Mariae Annae Mogas Fontcuberta, fundatricis Congregationis Tertiariarum Franciscalium a Matre divini pastoris vulgo « Divina Pastora ».

SUPER DUBIO

An eius Causa introducenda sit.

Vaticana Sacra Synodus Altera confirmavit landavitqne *viros ac mulieres, Fratres ac Sorores, qui in monasteriis, vel in scholis et in nosocomiis, vel in missionibus, constanti et humili fidelitate m praedicta consecratione Sponsam Christi condecorant, omnibusque hominibus generosa ac diversissima servitia praestant* **(CONC. VAT. II, Const. dogm.** *Lumen Gentium,* **46).**

Id autem maxime praestiterunt praeclari viri ac mulieres qui, ad eiusmodi opera caritativa et socialia perennanda et in Domino fundanda, Spiritus Sancti impulsus dociliter sequentes, varia condiderunt Instituta ab ipsa Ecclesia approbata. In earum numero mulierum, quae omnes vires, curas suasque sollicitudines impenderunt Institutis religiosis erigendis, recensetur, peculiari laude digna, Famula Dei Maria Anna Mogas Fontcuberta.

Ipsa orta est, die 13 mensis Ianuarii anno 1827, in Hispaniae oppido cui vulgo nomen *Corrò del Vali,* **intra Barcinonensis dioeceseos fines. Parentes, modice locupletes, habuit Laurentium Mogas et Magdalenam Fontcuberta, posteroque die, sacris Baptismi aquis, acceptis nominibus Maria Anna Peregrina, est abluta. Pie paterna in domo educata, puella praeter vividum ingenium mature inclinationem quoque ad virtutes, praesertim pietatis et bonitatis, ostendit. Cum autem Serva Dei quattuordecim esset annorum utroque parente iam orbata est ; quapropter apud optimam amitam nomine Mariam Mogas, quae et matrinae in**

baptismo iuncta erat munere, Barcinonem petiit, ibique intellectualem et moralem formationem, a parentibus iam inchoatam, prosecuta est, nec hac in re amitae fefellit spem. Lusionibus et iuvenilibus oblectamentis aliena, religionis praecepta et consilia impensius colere coepit pia puella atque magis in dies ad perfectionis vitam se attractam persentiebat. Quapropter, oblatas sibi nuptias praefracte respuit ut totam se Deo traderet, dolens utique amitae movere indignationem eiusque decipere exspectationem.

Profecto, anno 1850 admissa est in parvam communitatem, quam P. Iosephus Tous, sacerdos O. F. M. Cap. ob iniquas civiles leges exclaustratus, fundavit, probante Ordinario Vicensi, ad puellarum educationem institutionemque destinatam. Congrua probationis periodo peracta directore eodem P. Tous, Serva Dei una cum tribus aliis sociis, et ipsis inique de monasterio expulsis, die 25 Iunii a. 1851 temporaneam emisit professionem. Dei Famula autem iam ab initio novi Instituti unanimi voce Antistita fuit electa domus apud *Ripoll* **ubi, auspiciis municipalis auctoritatis, anno 1850 collegium puellis instituendis inauguratum est. Ibidem Sorores sapienti ac prudenti Servae Dei regimine atque praeclaro exemplo religiosam disciplinam et observantiam ferventius excolebant desiderio christianae perfectionis pervasae ; docendi quoque puellas in collegio rationem reddiderunt aptiorem, Famula Dei magistrae dignitatem ac nomen facile, qua erat imbuta studiis, adipiscendo. Qui autem ea tempestate in Hispania religiosa Instituta exagitabant, haud Sororibus in** *Ripoll* **pepercerunt earumque vitam ibidem difficiliorem in dies reddebant. Eapropter, de ipsius Praelati loci consilio, collegio et oppido abscedere maluerunt, sese ad alia loca convertendo. Constituta itaque sunt Instituti, cui praeerat Famula Dei, domicilia apud** *Gapellades* **(a. 1858),** *San Quirico de Besora* **(a. 1859) et** *Barcelona* **(a. 1862), quae floruerunt valde innumeraeque puellae ventitarunt ac celebrarunt. Deinde, consiliis usa virorum praeclarae virtutis, Dei Famula operam dedit naviter Instituto diffundendo etiam extra Catalauniae fines.**

Mortuo mense Februario a. 1871 praedicto P. Iosepho Tous atque attentis difficultatibus eo tempore commeandi, Institutum duas in partes anno 1872 scinditur : Catalauniam alteram, spiritu Capuccino imbutam, alteram Castilianam, Franciscali spiritu praeditam. Utraeque deinde increbruerunt ac floruerunt servato praecipuo fundationis fine. Religiosis autem, quibus Serva Dei Antistita Generalis permansit, nomen inditum est, die 16 Ianuarii a. 1872 a cardinali archiepiscopo Toletano, Congre-

gationis Tertiariarum Franciscalium a Matre Divini Pastoris, vulgo « de la Divina Pastora)) ; retento a ceteris regionis Oatalauniae nomine Sororum Capuccinarum Tertiariarum a Matre Divini Pastoris.

In moderando novo Instituto Serva Dei visa est iusta, prudens, materna indulgentia et caritate plena, vigil disciplinae exigendae custos, fortis in adversis rebus tolerandis superandisque. Interea vitam quoque coluit interiorem oratione mentali et vocali, exercitio pietatis teneraque devotione erga SS. Trinitatem, Passionem Domini, SS. Iesu Cor et Deiparam Virginem Mariam.

Cum vitam dedidisset cunctam magnae et indefatigabili actuositati, formationi, incremento et progressioni sui Instituti, tandem Matriti, Serva Dei virtutibus meritisque plena, apoplectico morbo fuit correpta atque curationis causa ad pagum *Fuencarral* **translata, Sacramentis morientium pie receptis, die 3 Iulii a. 1886, aetatis suae undesexagesimo, placide in Domino quievit. Ei suprema vox fuit aiendo : « Amor et sacrificium », quod veluti hereditate Sororibus inter lacrimas reliquit legiferam matrem circumstantibus. Exanime eius corpus in publico coemeterio pagi, magno cum populi concursu, humatum, anno 1893 in cryptam collegii a SS.mo Corde Iesu eiusdem loci translatum est ibique repositum.**

Congregatio autem Servae Dei ab Apostolica Sede die 22 Septembris a. 1894 peculiari Decreto laudata fuit ; die vero 4 Iulii a. 1896 definitivam nacta est approbationem, atque demum, die 8 Augusti a. 1899 pontificii iuris declarata est. In praesens eiusdem Congregationis Sorores circiter mille numerantur atque operam navant in Hispania, Lusitania, Italia, variisque in Civitatibus Americae Meridionalis et in Africa ad humanam institutionem religiosamque efformationem puellarum, ad caritatis opera in nosocomiis et in missionibus praestanda atque, Deo benedicente, opimos uberrimosque afferunt fructus in Ecclesiae bonum Civilisque Societatis.

Servae Dei obitum sanctitatis fama, qua et vivens fruebatur, subsecuta est tum intra tum extra religiosi, quod ipsa condidit, Instituti saepta, eamque supernis signis Deus visus est confirmare. Quapropter factum est ut Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis agi coepta sit. Instructus est itaque, annis 1949-1963, processus episcopali auctoritate apud Curiam Matritensem, et per rogatorias litteras apud Curiam S. Christophori de Habana, super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere, Romamque transmissus. Plures interim ad Summum Pontificem litterae- pervenerunt

cardinalium, archiepiscoporum, episcoporum, religiosorum et laicorum introductionem Causae Servae Dei apud Apostolicam Sedem petentium.

Servato deinde iuris ordine, Sacra tunc Rituum Congregatio die 21 Octobris a. 1965, Paulo Papa VI probante, edixit nihil obstare ex parte scriptorum Famulae Dei quominus ad ulteriora procederetur. Hinc instante P. Theodoro Zamalloa, sodali Ordinis SS. Trinitatis, huius Causae legitime constituto postulatore, habitus est die 30 Novembris superioris anni 1976 Congressus, qui dicitur, Peculiaris, in quo huius S. Congregationis pro Causis Sanctorum Patres Consultores, omnibus mature perpensis, censuerunt Causam esse introducendam, si Summo Pontifici placuisset. Quod responsum Patres Cardinales, ponente seu relatore cardinali Humberto Mozzoni, sua sententia sanxerunt in Peculiari Congregatione coadunati die 8 Martii hoc vertente anno.

Referente denique de praemissis omnibus infrascripto Cardinali Praefecto, Paulus Papa VI eam sententiam ratam habuit et confirmavit.

Datum Romae, die 11 Iunii a. D. 1977.

CONRADUS Card. BAFILE, *Praefectus*

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

II

ROMANA

Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Mariae Potter, fundatricis Parvae Societatis Mariae.

SUPER DUBIO

An eius Causa introducenda sit.

« Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum » *(Io.* **12, 32), de sacrificii sui fructibus praedicens nunciavit Christus Dominus, quod, quasi libamen promissionis et praedictionis suae, in Cruce implevit, morientem et paenitentem latronem paradiso statim donans, tacitam precem et sacrificii sui participem perdolentis Matris exaudiens.**

Illud yero peramantis materni cordis Deiparae perpetuum officium et sensus per saecula christifideles participantes, ad Christum in Cruce elevatum, multiplici opera, perenni studio, heroicis sacrificiis, periclitantes animas, praesertim supremo agone districtas, attrahere studuerunt. Nova tamen fortioreque evangelica inspiratione, novaque ratione id aggressa est hac nova mundi aetate Serva Dei Maria Potter, sociis sibi adiunctis, quae sacrificium Crucis cum Maria contemplantes participantesque, precibus et operibus, fratrum aegrotantium animos fide firmarent, advenienti Christo via parata, in eius adorando sanguine expiatos. Ea profecto tota eius vitae ratio fuit.

Domini ancilla nata est die 22 Novembris anno 1857 Londinii, patre Villelmo Norwood Potter, anglicano, et matre Maria Anna Martin (die 21 Februarii 1833 in anglicana confessione matrimonio iunctis), recenter ad catholicam Ecclesiam conversa. Die vero 12 Decembris eodem anno infans iuxta catholicum ritum est baptizata, nomine accepto Maria, in ecclesia SS. Trinitatis, in *DocJchead.* Annicula cum esset, pater domesticos lares deseruit in Australiam transmigrans. At crevit puella, quasi familiae gemma, pia, laeta alacerquej in pauperes fere prodiga, litteris artibusque, praesertim musice graphideque, bene erudita. A piissimo episcopo Southwarcensi Grant, die 21 Maii a. 1857 sacro est chrismate unita, addito Caeciliae nomine ; in festo autem Immaculatae B. M. V. Conceptionis eiusdem anni primum est Eucharistico pane refecta. Anno 1865 apud Thomam, fratrem, Serva Dei cum matre migravit in Portum Magnum (vulgo *Portsmouth),* ibique piissimo cuidam iuveni, Godefrido King, desponsata est, qui ardentiorem spiritualem vitam in sponsa aluit, praesertim in B. V. M. pietatem fovens. Quae tamen altius iam de futura vita cogitans, episcopi Grant responso accepto, abruptaque e mutua consensione desponsatione, religiosam congregationem Sororum a Misericordia, die 7 Decembris a. 1868 postulans, est ingressa ; quod vitae genus, per priorem biennalis novitiatus partem felix est experta, sed propter adversam valetudinem, domum regredi coacta est, fama non modica suae sanctitatis relicta Sororibus.

Refectis vero paulatim viribus, omnigenis profuse se dedidit religionis caritatisque operibus Dei Serva, praesertim pueris docendis et pauperibus visitandis iuvandisque, repetitis vero enixisque matrimonii rogatibus constanter recusans. Interea etiam perfecte semper sui spiritus moderatoribus et episcopo obtemperans, divinisque inspirationibus obsequens, de novo religioso instituto condendo, quod precibus et opera morientium saluti pro videret, cogitare ducta est a Spiritu Sancto. Multa-

que propterea perpessa, Nottinghamiae tandem illud inchoavit, episcopo Bagshawe, ex Oratorio S. Philippi Nerii, approbante et illam sociasque religioso habitu Parvae Societatis Mariae induente die 2 Iulii a. 1877, in paupérrima domo loci vulgo dicti *Hyson Green* degentes. Ab episcopo etiam multis gravibusque modis acriter est probata, immo et ab Instituti moderatione, per annum circiter, destituta; at omnia Dei Serva sustinuit, ipso episcopo testante, <(ut sancta ». Quod ultro eminuit etiam in duplici chirurgica sectione, quam fortiter annis 1878 et 1879 pertulit.

Crescente verum religiosarum numero, ne Institutum, contra primigeniam inspirationem et ob instantia pericula, declinaret, Dei Famula Romam anno 1882 petiit, Apostolicae Sedis impetratura adprobationem, episcopo tandem benedicente. Ibi vero a Leone Pp. XIII benignissime invitata est, ut Romae sedem poneret, quod votum libentissimo animo Dei Serva est exsecuta. Annis vero sequentibus, adprobatis a S. Congregatione de Propaganda Fide constitutionibus, prius ad experimentum per septennium, postea definitive (a. 1893), aliae plures religiosae domus cum adnexis valetudinariis a Dei Famula conditae sunt : in Australia (a. 1885), Florentiae (a. 1886), in Hibernia (a. 1888), Londinii (aa. 1896-1897), Fesulis (a. 1899), Romae ad S. Stephanum Rotundum (aa. 1904-1908). Quibus peragendis Famula Dei ardua instituit itinera operamque multam insumpsit, sollicitudinem curamque sustinuit, idque ob Dei proximique amorem, licet adversa valetudine plerumque fere opprimeretur. Neque id satis ; nam et antequam Parvam Societatem Mariae conderet, Dei Famula librum, cui titulus *Patii o f Mary* Londinii ediderat, Montfortanam Marialem pietatem fovens et novae aetati aptans; quod opus plurima alia exceperunt, ad religionem alendam in Pretiosum Christi Sanguinem, in SS. Eucharistiam, in maternum Mariae Cor et ad religiosam et christianam ascesim promovendam, confraternitatibus quoque pro moribundis et schola ad ministras aegrorum instituendas conditis. Mirum sane quod tot opera arctissime coniunxerit cum profunda diuturnaque contemplatione et adoratione, cum valido apostolatu, quo errantes, vel et apostatas ad catholicam ecclesiam reduxit. Praetereaque Ecclesiae et Romano Pontifici constanter deditissima, pietatis caritatisque, qua verbis, qua exemplis, magistra, humilitatis forma, austeritati poenitentiaeque non modicum addicta, supernis donis ditata, voto a multis decenniis emisso perfectissima quaeque semper exsequendi fideliter servato, meritis opima, opus a Deo sibi inditum absolvens, novo donato christifidelibus auxilio ad animas salvandas, filiabus benedicens,

devotissime divinis acceptis sacramentis, die 9 Aprilis a. 1913 Romae Deo animam reddidit.

Fama vero sanctitatis, quae eam, inter vivos dum degeret, circumfuderat, latius post eius mortem diffundi coepta est. Hinc e sepulcro Sororum ad Veranum a. 1917 in cryptam ecclesiae domus Romanae principis eius exuviae translatae sunt, processusque ordinaria auctoritate, annis 1942-1949, instructi sunt Romae, et per rogatorias litteras Westmonasterii, Florentiae, Brixiae atque Limerici super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere, super scriptis et super non cultu, et ad Urbem rite transmissi. Interea plurimae litterae postulatoriae sive ab Em.mis Patribus Cardinalibus, sive ab episcopis, sive a supremis religiosorum moderatoribus, aliisque illustribus ecclesiasticis laicisque viris ad Summum Pontificem missae sunt. Scriptis vero Dei Servae rite perpensis, diebus 25 Novembris a. 1956 et 8 Iulii a. 1965 decretum est ad ulteriora in causa procedi posse.

Instante demum Rev.mo P. Friderico a Virgine Perdolente Menegazzo, e Congregatione Passionis, novo causae postulatore, Congressus Peculiaris Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum Sacrae huius Congregationis pro Causis Sanctorum die 5 Octobris anno 1976 habitus est, quem excepit Congregatio Peculiaris Patrum Cardinalium die 11 Ianuarii a. 1977 celebrata, in qua Em.mus et Rev.mus Card. Sergius Pignedoli, causae ponens seu relator, dubium disceptandum posuit : *An introducenda sit causa Servae Dei Mariae Potter, in casu et ad effectum de quo agitur,* **de eaque rettulit. Et Patres Cardinales, re diligenti studio perpensa, responderunt affirmative, si Summo Pontifici placuisset.**

Facta denique de hisce omnibus per subscriptum Cardinalem Summo Pontifici Paulo VI relatione, Sanctitas Sua responsum Patrum Cardinalium ratum habuit et approbavit, Causam videlicet Servae Dei Mariae Potter esse introducendam.

Datum Romae, die 11 Iunii a. D. 1977.

CONRADUS Card. BAFILE, *Praefectus*

L. 83 S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

III

VERONEN.

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Iosephi Baldo, parochi loci v. d. « Ronco all'Adige », fundatoris Congregationis Parvularum Filiarum S. Ioseph.

SUPER DUBIO

An eius Causa introducenda sit.

Sacerdos qui sanctus non sit, sacerdos vocari nequit. Ministeria mea postulant ut sim sanctus. Paroeciae sanctificatio a mea pendet sanctificatione. Sibi hoc persuasum habebat qui haec repetebat, Dei Famulus Iosephus Baldo, dioeceseos Veronensis sacerdos et parochus, qui Deo, soli sancto, in fideli humilitate operosaque actuositate in omnibus adhaerens, ad caritatis perfectionem per apostolica sibi credita munera contendere enisus est.

Dei Servus in loco cui vulgo nomen *Puegnago,* intra Veronensis dioeceseos fines, parentibus Angelo Baldo, agricola, et Hyppolita Casa, obstetrice, die 19 mensis Februarii anno 1843 natus est, et postridie in paroeciali templo S. Michaelis Archangeli per Baptismi sacramentum Christo in Ecclesia regeneratus. Promptum ingenium sortitus, domi ad pietatem et ad bonos mores suavi fortitudine institutus est. In studia elementaris ordinis patrio in oppido incubuit, in ludos autem litterarios in pago quem vocant *Salò.* Cum prima praetulit sacerdotalis vocationis indicia, a pia matre monitum haud semel audire debuit : *Memento duo sacerdotum genera exstare; aut bonus eris sacerdos) aut pro nihilo reputaberis.*

Anno 1858 dioecesanum seminarium ingressus est, ubi pietate, caritate, oboedientia ac sollerti diligentique humanae et divinae scientiae studio enituit. Ad Ordines minores die 13 Martii a. 1862 receptus, subdiaconatum die 12 Martii a. 1864, diaconatum autem die 11 Martii a. 1865 suscepit. Ad Presbyteratum autem eodem anno, in sollemnitate B. Mariae Virginis in caelum receptae, assumptus est. Tunc propositum sibi praefixit ad imaginem Christi sacerdotis summi vitam instituendi, eiusque virtutes et apostolicam ad mortem usque actuositatem in se referendi.

Primo tirocinii sacerdotalis anno in loco v. d. *Montorio,* ut vicarius

cooperator, transacto, anno 1866 Veronam vocatus est, vice rectoris collegii episcopalis obeundo muneri addictus. Undecim per annos pueris et adulescentibus instituendis pervigilem operam dedit, prudentis sapientisque educatoris nomen sibi adeptus, donec anno 1877, die 16 Novembris, oppidi vulgo nuncupati *Ronco all'Adige* parochus canonico ex concursu est renuntiatus, ibi duodequadraginta annos, ad tardam usque senectutem, boni Pastoris speciem verbis et operibus in se manifestando.

Animarum moderandarum scientiae peritissimus, ovibus sibi commissis consilio, virtutum exemplis, indefatigabili verbi Dei praedicatione et audacibus incoeptis quae societatis progressionibus faverent consulere numquam destitit. Ut bonum decet sacerdotem qui in omnibus vigilat, laborat, ministerium suum implet, (cfr. *2 Tim.* 4, 5), orationi et ministerio verbi instans erat (cfr. *Act.* 6, 4), et populi necessitatibus actuose providebat. Sicut enim opportune et importune instabat, increpabat, in omni patientia obsecrabat (cfr. *2 Tim.* 4, 2), eodem animi ardore, tempora praeveniendo, sodalitates et socialia opera condebat, quae prudentissime, tenuiorum praesertim in bonum, evangelico spiritu imbuit, forti animo sustinuit et a socialistarum impugnationibus defendit, moderatus est.'Eiusmodi fuerunt incoepta vulgo nuncupata : *Società operaia di mutuo soccorso, Unione dei lavoratori, Cassa rurale, Locanda sanitaria,* quibus nosocomium, hospitium senibus recipiendis et asylum pueris assistendis addidit, necnon scholam in qua humilis generis puellae muliebres artes ediscerent in eisque se exercerent. Numquam deficere videbatur cum de animarum salute procuranda ageretur. Christi compulsus caritate, quod verbo docebat opere exsequebatur, ut perpetuo redderet praesentem Salvatorem, qui pertransiit benefaciendo et sanando omnes (cfr. *Act.* 10, 38), ut Ecclesiae, matris sibi dilectissimae, bonitatis et navitatis testis inter fideles suos fieret.

Quo autem aptius pauperum, puerorum et aegrotorum curae prospiceret, puellis quibusdam peculiari vocatione donatis ad sanctum opus multo studio et impensis curis antea institutis, Congregationis Sororum *Parvularum Filiarum S. Ioseph,* patribus cardinalibus Iosepho Sarto, Venetiarum patriarcha, et Aloisio de Canossa, Veronensi episcopo, approbantibus, anno 1894 fundamenta iecit) piis virginibus Constitutiones praescribens easque ad Christi sequelam fortiter efformans. Humile sinapis granum, sancto Ioseph favente, in magnam arborem brevi succrevit, ita ut Dei Famulus de Congregationis per Decretum laudis, quod vocatur, approbatione a S, Pio X anno 1913 concessa fusas Deo grates agere potuerit.

Mirae Servi Dei navitatis fontem spiritum merito dixeris orationis, quo et ad Deum in omnibus quaerendum trahebatur et ad amicale cum illo colloquium frequentandum. Vir in Eucharistiam devotissimus, ex piissima missae celebratione caritatem haurire videbatur, quam indeficienter cum omnibus, prae primis cum humilioribus mystici Christi Corporis membris, abunde communicabat. Inñrmitatum, persecutionum, adversitatum crucem ut peculiaris amoris Dei signum et suscepit et dilexit, per quam ad humilitatis viam fortius terendam deductus, eam veluti sanctitatis semitam et sciebat et commendabat. In spiritu Evangelii, sancti Ioseph simplicitatem, silentium et actuosum Christi servitium sequi enisus est, Dei gloriae, Ecclesiae utilitatis; sui ipsius autem oblivii studiosissimus. Haud inaniter repetere solebat : *Strepitus donum non operatur; bonum autem sine strepitu efficitur.*

Operibus sanctis ad finem usque ut verus sacerdos secundum cor Dei intentus, Dei Famulus diabetico morbo novissimis annis gravius est vexatus, quem serena patientia et infensior is orationis spiritu pertulit, vires ex eucharistico sacrificio hauriens, magna, quoad potuit, pietate celebrato. Ingravescente aegritudine, Ecclesiae sacramenta et petiit et summa fide percepit, donec die 24 Octobris anno 1915 de hoc mundo ad Patrem vocatus est, magnum desiderium sui ac sanctitatis famam post relinquens.

Quam sanctitatis famam, in dies percrebrescentem, Deus supernis signis confirmare visus est. Quapropter factum est ut Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem Servo Dei decernendis agi coeptum sit. Instructus est itaque episcopali auctoritate apud Curiam Veronensem annis 1955-1957 processus informativus super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere Romamque fuit transmissus. Plures interim ad Summum Pontificem pervenerunt litterae Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum atque Moderatorum generalium Ordinum et Institutorum religiosorum introductionem Causae Servi Dei apud Apostolicam Sedem petentium.

Servato iuris ordine, die 27 mensis Ianuarii anno 1962 decretum prodiit S. Congregationis Rituum quo sancitum est nihil obstare ex parte scriptorum Servi Dei quominus ad alteriora procederetur. Hinc, instante Rev.mo Domino Ferdinando Prosperini, Causae legitime constituto postulatore, habitus est, die 3 Novembris a. 1976, Congressus Peculiaris S. Congregationis pro Causis Sanctorum, in quo posito dubio num Causa introducenda esset, adfirmativum responsum est datum. Cui dubio et Patres Cardinales in Congregatione Peculiari diei 11 Ianuarii anni huius

1977, ponente seu relatore Em.mo ac Rev.mo Domino Silvio Oddi, affirmativum dederunt responsum, rati Causam esse introducendam, si Summo Pontifici placuisset.

Referente demum de praemissis omnibus infrascripto Cardinali Praefecto, Paulus Papa VI illud responsum ratum habuit et confirmavit.

Datum Romae, die 11 Iunii a. D. 1977.

CONRADUS Card. BAFILE, *Praefectus*

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

IV

MECHLINIEN.

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Damiani Iosephi De Veuster, sacerdotis professi Congregationis Sacrorum Cordium Iesu et Mariae necnon adorationis perpetuae SS. Sacramenti altaris, vulgo « Picpus ».

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

((In hoc novimus caritatem, quoniam ille pro nobis animam suam posuit; et nos debemus pro fratribus animas ponere » *(1 Io* **3, 16). Nemo enim accedere potest ad Christum quin sancta quadam necessitate cogatur ad ambulandum in dilectione, eius premens vestigia qui « dilexit nos et tradidit se ipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis »** *(Eph* **5, 2). Qui medicus venit infirmos salvos facere (cfr.** *Lc* **5, 31), per omnia secundum similitudinem tentatus absque peccato (cfr.** *Hebr* **4, 15), « infirmitates nostras accepit et aegrotationes portavit »** *(Mt* **8, 17), suum per paschale mortis et resurrectionis mysterium nobis manifestans quod in novissimae cenae sermone edixerat : « Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam quis ponat pro amicis suis »** *(Io* **15, 13), simul praeceptum suum nobis imponens ut diligeremus invicem sicut ipse dilexit nos (cfr.** *ib.* **12). Hoc plene in normam vitae sibi assumpsit Dei Famulus Damianus De Veuster, sacerdos professus Congregationis Sacrorum Cordium Iesu et Mariae qui**

re ipsa ((factus infirmis infirmus, ut infirmos lucri faceret)) (cfr. *1 Cor* **9, 22), animam suam pro ovibus posuit (cfr.** *Io* **10, 11), caritatis Christi martyr per vitae oblationem redditus.**

Servus Dei natus est die 3 Ianuarii a. 1840 in pago v. *Tremeloo,* **archidioeceseos Mechliniensis, in Belgio, parentibus Ioanne Francisco De Veuster et Anna Catharina Wouters, qui ex octo a Deo acceptis filiis, quattuor eidem in consiliorum evangelicorum professione offerre valuerunt. Eodem quo ortus est die baptizatus ac nomine Iosepho donatus, pueritiam domestica in domo pie exegit ac prima studia in pago v.** *Werchter* **perfecit, quo tempore, anno scilicet 1850, ad eucharisticam mensam primum accessit. Ludis litterariis superioris gradus nonnisi decem et octo annos natus, in urbe v.** *Braine-le-Gomte,* **operam dare valuit, unde adiumentum pro domesticis negotiis se habiturum sperabat, quibus inde ab adulescentia attendebat. At mense Maio a. 1858, bimestri vix exacto spatio, divinae vocationi assentiendum statuit, et anno 1859 ineunte, post diutinam orationem et voluntatis divinae inquisitionem, Lovanii in Congregationem Sacrorum Cordium Iesu et Mariae necnon adorationis perpetuae SS. Sacramenti altaris, vulgo** *Picpus* **nuncupatam, quam frater germanus Augustus, in religione Pamphilus, iam ingressus fuerat, ut sodalis conversus recipi postulavit. Die 3 Ianuarii eodem anno 1859 admissus, die 2 Februarii novitiatum cum novo Damiani nomine incoepit. Ad classem fratrum studentium tamen paulo post evectus, anno probationis laudabiliter exacto, Lutetiae Parisiorum die 7 Octobris a. 1860 vota religiosa nuncupavit. Philosophiae ibidem, Theologiae autem Lovanii cum operam dedisset, mense Septembri a. 1863 Mechliniae ad ordines minores assumptus est.**

Eodem 1863 anno, cum praefatus frater Pamphilus De Veuster, morbi causa prohiberetur quominus ad missiones Hawaianas cum aliis sacris praeconibus proficisceretur, eius in locum Damianus sese obtulit, sollicite petens ut in longinquas Oceani Pacifici regiones mitteretur. Voti compos factus, die 29 Octobris Brema solvere valuit, post longum maritimum iter die 19 Martii a. 1864 ad urbem v. *Honolulu* **navi egrediens. Ibi subdiaconus, diaconus ac deinde, die 21 Maii a. 1864, presbyter ordinatus, Christi Iesu discipulum qua sacerdos et victima se exhibere enisus est, unum in votis habens :** *vitam libenter pro fratribus ad exemplum Salvatoris ponere.* **Quod in loco v.** *Puna,* **in insula** *Hawaii,* **annis 1864-1865, et postea in loco** *Kdhala-Hamakua,* **in eadem insula, magno apostolico ardore praestitit : Evangelium cum fiducia annunciabat, par-**

vulis et pauperibus assistebat, infirmos quaerebat et fraterne solabatur, laetitiam Christi caritatis cum omnibus communicabat.

In hoc mirabili supra modum caritate apostolica perseveravit usque ad mortem, etiam postquam anno 1873, Vicarii Apostolici desideriis respondens, qui missionarium aliquem pro *Mololcai* **insula quaerebat, quo civiles potestates leprosos omnes coadunare volebant, sponte et libenter sese obtulit, unum sibi ex tunc constituens finem, scilicet** *vivum cum infelicibus illis se sepeliré,* **spirituali relegatorum leprosorum curae totus attendendo. Illuc die 10 Maii, solis Crucifixo et Breviario dives appulit, et statim omnia omnibus fieri pro norma habuit, studiosissime inquirens quibus mediis miseris fratribus subvenire posset qui, in infanda et materiali et morali miseria constituti, vitiis serviendo morbum suum in oblivionem quodammodo tradere nitebantur. Sui immemor et laetus ac comes, Damianus hominem Dei se exhibuit qui animi innocentia, divitiarum in summa paupertate abiectione, morum suavitate et spiritus fortitudine, operibus praestat quod fidei Evangelio annuntiat. Ut universi per eum obvium aliquomodo haberent Deum, qui** *caritas est (1 Io* **4, 16), Dei munificentissimi in omnibus bonitatem praeseferre voluit, medicum et infirmarium, fabrum lignarium et domorum structorem, vestificem et gnarum agrorum cultorem se praebens ut solamen aliquod leprosis afferret in quibus Christum animo videbat et reverebatur eique serviebat. Quo humaniores illorum vitae condiciones fierent, et mendicantem se reddere non erubuit, tunc vere felix cum quid in illorum profectum conferre posset. Quod multipliciter, persaepe solus omnino sacerdos et religiosus in illa doloris insula exsistens, etiam humana secundum carnem prudentia despecta nullaque valetudinis suae ratione habita, praestitit, ut miseros fratres in visceribus Christi sibi carissimos, ad fidem christianam traheret in eaque fortes redderet et ut mysterium doloris veluti participationem Christi Passionibus censerent.**

Huiusmodi Passionum socius et ipse per lepram anno 1884 factus, infirmitatem velut donum e manu Salvatoris ultro libenterque accepit, inde ab adventu in mortis insulam illam expectatum. Etiam valetudine laborans, nihil de prístino vivendi more quoad potuit intermisit, in fratrum aegrotorum servitium totus intentus; *nos leprosi,* **eos alloquebatur, se ipsum eis praebens fiduciae in divinam Providentiam atque plenae in Dei voluntatem resignationis exemplar. Infirmitate dire progrediente ac prohibitus quominus insulam vel ad ipsam sacramentalem confessionem instituendam derelinqueret, solitudinem etiam spiritualem Dei praesentis amore replere enisus est. Orationi intensius attendens, ex**

Eucharistia, ut ipse scribebat, vires hausit ad caritatis vitam ad finem usque in summa fortitudine ducendam et ad dirum morbum in fide sustinendum. Non defuerunt homini Dei persecutiones, calumniae, invidorum ex aemulatione simultates, per quas intimam passus est purificationem : eam a Dei manibus recepit, sciens illum per tentationem probare acceptos sibi famulos (cfr. *Tob* 12, 13), quorum actionem per spiritus crucem reddit foecundiorem. Post triennium solitudinis, anno 1888 et consodalem et presbyterum dioecesanum ex Belgio socios in vita domestica et apostolica actuositate habere potuit, qui novissimis temporibus ei adstiterunt. Ipsi, cum multis aliis, peculiaris momenti testimonium praebere potuerunt de fervida, firma et simplici Damiani vita theologali, de eius iugis orationis spiritu, de summa erga religiosae vocationis officia fide, de operosa pro spirituali et temporali fratrum bono sollicitudine, de magna animi pace qua vere *mortuus cum Christo, vitam absconditam cum ipso in Deo* agebat (cf. *Col* 3, 3), ut ipse de se profitebatur, anno 1888 etiam scribens : *Semper sum felix et contentus; licet admodum aegrotus, nihil aliud praeter boni Dei voluntatis adimpletionem desidero.* Huiusmodi sensibus, magis ac magis cum Deo coniunctus, mortem iam in suo corpore portans, ad osculum Domini se humiliter praeparavit, de morte ad vitam die 15 Aprilis anno 1889 transiens.

Qui iam inter vivos agens magnum sibi caritatis apostoli nomen vel ab ipsis gentilibus et a fratribus seiunctis habuerat, post mortem non mediocrem sanctitatis famam est consecutus, quippe qui in illo Molokaiensi « vivo coemeterio », ubi nulla iam lex dicebatur vigere, fortissimam et omnipotentem legis caritatis auctoritatem in se ad vivum expresserit, *amorem omnia posse* operibus demonstrans. Quam ob rem factum est ut Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem Servo Dei decernendis ageretur. Instructi sunt itaque, annis 1938-1949, processus episcopali potestate in Curia archiepiscopali Mechliniensi et per rogatorias in Curiis Parisiensi, Northantoniensi, Sandwichensi et Hainanensi ; quibus ad Apostolicam Sedem transmissis servatisque de iure servandis Causa Servi Dei, Pio Papa XII approbante, die 12 Maii anno 1955 introducta est. Edito deinde, die 17 Iunii eodem anno 1955, decreto super obtemperatione Urbanianis praescriptionibus circa publicum cultum eidem Servo Dei non exhibitum, adornati sunt, annis 1956-1957, apud Curias ecclesiasticas Mechliniensem, Nannetensem, Honoluluensem et Versaliensem, processus Apostolicae Sedis auctoritate super virtutibus in specie Servi Dei ; de omnium autem processuum iuridica forma

et vi Sacra tunc Rituum Congregatio die 2 Maii anno 1959 decretum edidit.

Quibus peractis, quaestio apud eandem Sacram Congregationem agitari coepta est super virtutibus theologalibus et cardinalibus eisque adnexis memorati Servi Dei Damiani De Veuster, et quidem in coetu, quem dicebant, antepraeparatorio, die 4 mensis Februarii anno 1969 coadunato. Ut autem ad ulteriora procedi posset, necesse fuit ut Officium historicum hagiographicum Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, interea conditae, amplam *Disquisitionem* **de quibusdam quaestionibus vitani Servi Dei spectantibus ex officio concinnaret, quam anno 1974 publici iuris fecit. Hinc disceptatio resumpta est super virtutibus die 19 Octobris a. 1976 in Congressu Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum, quem secuta est, die 25 Ianuarii a. 1977, Plenaria Congregatio Patrum Cardinalium, ponente seu relatore Rev.mo Cardinali Petro Palazzini. Qui quidem cuncti affirmando responderunt dubio num idem Servus Dei virtutes omnes heroum in modum exercuisset.**

Summus autem Pontifex Paulus VI, cui praedicta omnia per infrascriptum Cardinalem Praefectum die 17 mensis Aprilis hoc eodem anno 1977 relata fuere, responsum Patrum Cardinalium ratum habens, mandavit ut Decretum super heroicis Servi Dei virtutibus appararetur.

Quod cum rite factum esset, Sanctitas Sua hodierno die, ad se accitis Cardinalibus subscripto Praefecto atque Petro Palazzini, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a secretis aliisque convocari solitis, iisque adstantibus edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis in gradu heroico Servi Dei Damiani De Veuster, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta huius S. Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 7 Iulii a. D. 1977.

CONRADUS Card. BAFILE, *Praefectus*

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

V

LAUDEN.

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Petri Dominici Trabattoni, sacerdotis saecularis, fundatoris Domus Divinae Providentiae in pago v. « Maleo ».

SUPER DUBIO

An constet 'de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

((Sacerdotem admonemus, non sibi soli vivendum sancte... Cavendum sacerdoti ne, inconsulto quodam intimae perfectionis studio adductus, quidquam praetereat de muneris partibus quae in aliorum bonum conducant. Cuiusmodi sunt verbum Dei nuntiare, confessiones rite excipere, adesse infirmis praesertim morituris, ignaros fidei erudire, solari moerentes, reducere errantes, usquequaque imitari Christum qui pertransiit benefaciendo et sanando omnes)). Haec Sancti Pii Papae X in Adhortatione Apostolica *Haerent animo* **effata (cfr. A. S. S. 41, 1908, pp. 562-563) sibi dicta censuit Dei Famulus Petrus Dominicus Trabattoni, sacerdos, qui Summi Pontificis monita perscrutato est et meditatus, pro certo cum illo habens** *sanctimonia qui ornetur et affluât, is quam multa possit, vel infirmus, mirifice salutaria in populo Dei aggredi et perficere* **(ibidem, 563). Sibi enim persuasum habens se omnia posse in Christo Iesu, ei adhaerere intimo ex corde in omnibus enisus est, ut et intima cum Salvatore coniunctione fructum afferret, fructum qui in vinea Domini maneret.**

Petrus Dominicus in oppido vulgo appellato *Iseo,* **lacus Sebini ad oras, intra fines Brixiensis dioeceseos, die 26 Februarii anno 1848, parentibus Caietano Trabattoni et Teresia Dossena, tertius ex septem filiis, natus est, triduoque post sacris regenerationis undis cum Christo in Ecclesia coniunctus. Anno 1855, parentibus brevi orbatus, ad oppidum v.** *Lodi,* **apud maternos avos, cum fratribus transmigravit. Studiis primariis et secundariis privatim, probabiliter, exactis, anno 1863 in Seminarium Laúdense admissus est, ubi in studia philosophica et**

theologica cum laude incubuit, magna semper voluntate actus ea omnia quoad sacram doctrinam humanasque disciplinas et intellegendi et retinendi quae sibi opportuno tempore in pastorali officio ad fratrum salutem praesto essent.

Postquam subdiaconatum et diaconatum rite susceperat, die 21 mensis Augusti a. 1870 Bergomi sacerdotio auctus est, menseque Septembri proxime insequenti rector ecclesiae ruralis sancti Francisci, in agro oppidi cui nomen *Maleo,* **renuntiatus, per quattuordecim annos impensa sedulitate actuosoque ministerio pastorali omnia omnibus est factus ut omnes Christo lucrifaceret. Dum autem commisso sibi gregi attendit, et missionibus ad populum magno animi fervore sollicitam dat operam, beatum Vincentium Grossi haud semel in Evangelio nuntiando socium habens.**

Maio'mense anni 1884, paroeciae loci *Maleo* **regendae praepositus est, vicarii foranei adiecto munere, utraque officia in nomine Domini corde magno et volenti animo suscipiens, nihil antiquius habens quam Christi Iesu summi sacerdotis et episcopi animarum referre caritatis imaginem, Ecclesiae matris in omnibus monita et hortamenta sectari, ad generosam austeramque vitae spiritualis rationem sibi créditos fideles adducere, per vitae exempla ea prius proponendo quae deinceps divini Verbi praeco nuntiaret. Nil mirum si inde a paroecialis muneris auspiciis statim fidelibus maxime evaserit acceptus, qui pastorem suum germani apostoli Christi virtutibus praeditum viderunt, ad omne opus bonum instructum. Ipse enim, cum orationi et lectioni indefatiga tus attenderet, scientiam Dei ex Christi corde haurire valuit, quam cum animabus per paenitentiae Sacramenti et verbi Dei praedicationis ministerium abunde communicabat. Dei Servus, qui fervido praedicationis studio motus, universos ad Deum diligendum ipsique serviendum trahere cupiebat, perspectum semper habuit tantum se in Verbi ministerio esse perfecturum, quantum per fidem et caritatem in Dei communionem ipsemet profecisset. Hinc sese abnegandi studium ; hinc mortificationis et paenitentiae exercitium ; hinc paupertatis cultus ; hinc prae primis intermissa numquam oratio. Videbatur quodammodo Sancti Gregorii Magni verba semper prae oculis et in mente habere, iuxta quem** *Praedicator veritatis tantae caritatis esse debet, ut instanti desiderio non petitor, sed petitio esse sentiatur. Salutem quippe fidelium tam instantius debet appetere, ut ex usu interni gustus, omnem motum cordis m affectus ducat supplicationis (Expositio in I Regum,* **V, 3 : PL 79, 338).**

Vir summae fidei Evangelio et Ecclesiae sibi vel in minimis adhaerendum praestitit; spe, quae non confundit, dives, ab universis liber semper esse voluit, ut eius in vita fideles Deum divitias omnes esse cernèrent, quibus est tendendum ; caritas autem Christi, qua maxime erat accensus, eum et ad Deum prae omnibus dirigendum trahebat et ad fratres impenso servitio prosequendos. Sui in omnibus oblitus, quae sua erant numquam quaerebat, sed quae aliorum, tunc vero animo et facie beatus cum quidquam solacii, laetitiae, auxilii fratribus, potissimum pauperibus, afferre potuerit. Ut autem, quo ardebat, ignem in alios inferret innumeras pias associationes in Paroecia erigendas curavit : adulescentes, iuvenes, puellas, viros et mulieres omnes in agminibus constituere enisus est, ut in Eucharistiae cultu, in filiali erga Deiparam Virginem devotione, in catecheseos studio, in actuosa caritatis fraternae donatione christiano nomine digni exsisterent. Ita, dum Sacramentorum frequentiam et orationis spiritum fovet, ad opera forti animo exercenda fideles adhortatur. Nec in receptis a traditione sistit, sed temporum novorum homo, perenni Spiritus Sancti novitate actus, nova pro temporum condicione et molitur et in exsecutionem ducit. Socialismi sectatoribus impetentibus, qui nesciunt quid Christi sacerdos caritate plenus valeat, societatem a « mutuo soccorso » pro operariis ad inertiam coactis erigit ; collationes a sancto Vincentio a Paulo totis fovet viribus et alit ; asylum senibus recipiendis, quod domum appellavit a divina Providentia, a fundamento erigit. Litterarum Leonis Papae XIII quae a verbis *Rerum novarum* **incipiunt fidelissimus exsecutor, operariorum iura publice defendit, consociationes agricolarum, vulgo** *Leghe bianche,* **constituens. Haud semel ab aliis incomprehensus, spem suam in Deum erigebat, cuius ad gloriam haec omnia maximo cum sui sacrificio perficiebat. Namque et socialis Servi Dei actuositas Evangelium pro norma habebat, Ecclesiam magistram, caritatem finem. Inimicis sacerdotem iurium opificum studiosum damnantibus, maiorem tantum opponebat caritatis navitatem, pro certo habens omnia posse amorem qui ab eo verbis praedicetur cuius vita indeficiens donum est.**

Ad sacerdotum autem pietatem custodiendam et alendam recessus instituit menstruos in ipsius domo paroeciali cogendos, quibus instaurandis die 18 Iunii a. 1888 episcopus Mantuanus praefuit, qui quidem post circiter quindecim annos futurus erat Summus Ecclesiae Pontifex, sanctus videlicet Pius Decimus. Qui Pontifex forte memor eiusmodi Cleri conventus, scribebat in memorata Apostolica Adhortatione : « Nec mi-

nus deinde proficiet animis, si consimilis recessus, ad paucas horas, menstruus, vel privatim vel communiter habeatur : quem morem libentes videmus pluribus iam locis inductum, ipsis Episcopis faventibus, atque interdum praesidentibus coetui » (in A.S.S. 41, 1908, p. 375). Iuvat quoque meminisse sedulam Servi Dei operam ad sacerdotales fovendas vocationes, cui Dominus messis benedixit vocatione ad sacerdotium tredecim iuvenum ex ipsa Famuli Dei paroecia.

Humilis et fortis Famulus Dei haec omnia dum perficit, cum Deo et Deipara, cui cliens addictissimus semper exstitit, in dies coniunctior evadebat. Inde ab anno 1923 articulari morbo affectus, martyrium corporis in crucem suscepit, suetis suis pastoralibus officiis diligenter attendens, sed praesertim in orationem incumbens, per eam in rem deducere nisus quae, senio et morbo ingravescente correptus, iam peragere operibus haud valebat. Pastorali officio se pluries abdicare opta vit, quod ineunte anno 1929 episcopo suo acceptante consequi potuit. Tunc paroecialibus aedibus relictis, ad « domum Divinae Providentiae » a se erectam transiit, novissimos dies, post sexaginta circiter annorum sacerdotalis ministerii vitam, in humilitate cum suis praedilectis senibus pauperibus traducens. Ibi piissime, virtutum fama insignis, die 14 Septembris a. 1930, fideles ad Christi atque Ecclesiae amorem adhortatus, cursum consummavit.

Percrebrescente virtutum eius laudatione, processus ordinaria auctoritate in Curia Laudensi instructi sunt eiusque Causa beatificationis die 16 Decembris a. 1972 apud Apostolicam Sedem fuit introducta. Post processum autem auctoritate apostolica adornatum eadem in Curia Laudensi, disceptatio agitari coepta est apud hanc Sacram Congregationem super eiusdem Servi Dei virtutibus in suetis coetibus, et quidem primum in Congressu, qui dicitur, Peculiari, die 14 Decembris a. 1976 habito; deinde, die 19 Aprilis. 1977, in Congregatione Plenaria Patrum Cardinalium. Facta postmodum de hisce omnibus, die 11 Iunii hoc eodem anno, Summo Pontifici Paulo VI per subscriptum Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua vota Patrum Cardinalium rata habens, mandavit ut Decretum super virtutibus heroicis Servi Dei rite appararetur.

Hodierno demum die, accitis coram se Eev.mis Cardinalibus Conrado Bafile, Praefecto, et Silvio Oddi, Causae relatore, me Antistite a Secretis aliisque de more convocandis, Summus Pontifex, edixit; *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum*

tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis in gradu heroico, Servi Dei Pe-Petri Dominici Trabattoni, in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem Decretum publici iuris neri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 7 Iulii a. D. 1977.

CONRADUS Card. BAFILE, *Praefectus*

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Venerdì, 2 Settembre 1977, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Udienza S. E. il Sig. Don **ADOLFO SUÁREZ**, Primo.Ministro di Spagna, con S. E. il Sig. Don **MARCELINO OREJA**, Ministro degli Esteri e il Seguito.

Venerdì, 23 Settembre 1977, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Udienza S. E. l'On. **JAMES CALLAGHAN**, Primo Ministro del Governo di Sua Maestà Britannica, con la Consorte e il Seguito.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

29 giugno 1977. S. E. il Sig. Card. Bernardin G-antin, ***Presidente della Pontificia Commissione « Iustitia et Pax».***

14 agosto » S. E. Mons. Edoardo Rovida, Arcivescovo tit. di Taormina, ***Pro-Nunzio Apostolico in Zaire.***

15 » » S. E. il Sig. Card. Pericle Felici, Presidente della Pontificia Commissione per la Revisione del Codice di Diritto Canonico, ***Prefetto del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.***

23 settembre » S. E. Mons. Blasco Francisco Collaço, Arcivescovo tit. di Ottava, ***Nunzio Apostolico nel Panama.***

Assistenti al Soglio Pontificio:

31 maggio 1977. S. E. Mons. Swanstrom Edward E., Vescovo titolare di Arba.

25 luglio » S. E. Mons. Punzólo Luigi, Arcivescovo titolare di Sebastea.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha nominato :

5	**settembre**	**1977.**	**P. Romeo Panciroli, Segretario della Pont. Commissione per le Comunicazioni Sociali,** *Direttore della Sala Stampa della Santa Sede.*
»	**»**	**»**	**Mons. Luigi Sposito,** *Delegato della Sezione Ordinaria dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica.*

Protonotari Apostolici soprannumerari:

7	**giugno**	**1977.**	**Mons. Barlett Francis (Westminster).**
11	**»**	**»**	**Mons. Schwieder Giorgio (Rieti).**
8	**luglio**	**»**	**Mons. Kempeneers Joseph (Malines-Bruxelles).**

Prelati d'Onore :

18	**gennaio**	**1977.**	**Mons. Hanisch Paul (Köln).**
6	**aprile**	**»**	**Mons. Winiarz Giacomo (Lwów).**
7	**maggio**	**»**	**Mons. Drehsen Werner (Köln).**
»	**»**	**»**	**Mons. Maahsen Karl (Köln).**
9	**»**	**»**	**Mons. Grafi Guglielmo (Eisenstadt).**
»	**»**	**»**	**Mons. Mersich Martinus (Eisenstadt).**
»	**»**	**»**	**Mons. Stirling Antonius (Eisenstadt).**
7	**giugno**	**»**	**Mons. Hofmann Rudolf (Freiburg im Br.).**
14	**»**	**»**	**Mons. Da'y Noel Desmond (Sale).**
9	**luglio**	**»**	**Mons. Gabellone Luigi (Gallipoli).**
»	**»**	**»**	**Mons. Tarantino Luigi Maria (Gallipoli).**
24	**agosto**	**»**	**Mons. Moreni Gian Vincenzo (Brescia).**

Cappellani di Sua Santità:

24	**dicembre**	**1976.**	**Il sac. Hoffmann Josef, (Münster).**
18	**gennaio**	**1977.**	**Il sac. Pistor Giovanni (Köln).**
15	**febbraio**	**»**	**Il sac. Grohs de Rosemburg Vladislao (Krakow)**
»	»	**»**	**Il sac. Kisielewski Leopoldo (Krakow).**
7	**maggio**	**»**	**Il sac. Breuer Peter (Köln).**
»		**»**	**Il sac. Dresbach Heinrich (Köln).**
»	»	**»**	**Il sac. Hommerich Friedrich (Köln).**
		»	**Il sac. Ketzer Heinz Werner (Köln).**
»	»	**»**	**Il sac. Schneider Franz (Köln).**
		»	**Il sac. Weiss Karl (Köln).**
	»	**»**	**Il sac. Winkel Richard (Köln).**
16	»	**»**	**Il sac. Kloidt Karl Heinz (Paderborn).**
»		**»**	**Il sac. Köster Werner (Aachen).**
»	»	**»**	**Il sac. Niermann Ernest (Würzburg).**
17		**»**	**Il sac. Malysiak Stanislaw (Krakow).**
»	»	**»**	**Il sac. Márquez Zorrilla Santiago (Huarí).**
»	»	**»**	**Il sac. Satora Miecislaw (Krakow).**
25		**»**	**Il sac. Villalobos Alfonso (Callao).**

11 giugno 1977. Il sac. Zeck Federico (Graz-Seckau).
24 agosto » Il sac. Adams Edward Joseph (Philadelphia).
» » » Il sac. Lobo Stanislao (Bombay).
» » » Il sac. Pircalli Pietro (Padova).
» » » Il sac. Sozzo Antonio (Verona).
» » » Il sac. Vialetto Valentino (Padova).

Gentiluomini di Sua Santità:

30 giugno 1977. Il sig. Avezzù Pignatelli di Montecalvo Antonio Pio (Adria).
» » » Il sig. D'Adda Salvaterra Gioacchino (Roma).
» » » Il sig. Daddi Giuliano (Roma).
» » » Il sig. De Urquijo y Olano Ignacio (Bilbao).
» » » Il sig. Pacelli Filippo (Roma).
» » » Il sig. Rossini Mario (Roma).
» » » Il sig. Scarozza Serafino (Roma).

Addetto di Anticamera:

11 **luglio 1977. Il sig. Morandini Luciano (Roma).**

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

21 giugno 1977. A S. E. il Signor Virgile-Octave Tevoedjre *(Bénin).*
» A S. E. il Signor José Calvet de Magalhaes *(Portogallo).*
» A S. E. il Signor John Mill McMillan *(Australia).*
» A S. E. il Signor Jules Razafimbahiny *(Madagascar).*
» A S. E. il Signor Eduardo Tamayo Gascue *(Venezuela).*
» A S. E. il Signor Gordian Gudenus *(Austria).*
» A S. E. il Signor Gerard Woods *(Irlanda).*
» A S. E. la Sig.ra Bernadette Olowo *(Uganda).*
» A S. E. il Signor Shaffie Abdel Hamid *(Egitto).*
» A S. E. il Signor José Sansón Teran *(Nicaragua).*
» A S. E. il Signor Marcel Sandoungout *(Gabon).*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI ha conferito :

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

6 giugno 1977. Al sig. Mendozza Leonelli Cesare (Caracas).
31 agosto » Al sig. Casalini Alberto (Pescara).

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

27 **aprile 1977. Al sig. Heger Giovanni Alfredo (Salzburg).**

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

30 novembre 1976. Al sig. Von Galen Christoph Bernhard (Münster).
4 dicembre » Al sig. Rothenstein John (Birmingham).
21 » » Al sig. Branagan John (Westminster).
15 gennaio 1977. Al sig. Langendorfer Günther (Köln).
4 febbraio » Al sig. Zender Matthias (Köln).
25 marzo » Al sig. L'Astrange Michael (Sydney).
27' aprile » Al sig. Senn Walter (Salzburg).
1 maggio » Al sig. McDonnell Francis Edward (Westminster).
27 » Al sig. Ohly Sydney George (Arundel and Brighton).
6 giugno » Al sig. Staccioli Erminio (Caracas).
11 » » Al sig. Humbert Karl (Mainz).
14 luglio » Al sig. Di Miniello Umberto (Roma).
16 » » Al sig. Tuminomor Christian *(Indonesia).*
23 » » Al sig. Schafter André (Paris).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

12 dicembre 1976. Al sig. Polzer Robert (Köln).
21 » » Al sig. Janssens Anthony (Westminster).
15 gennaio 1977. Al sig. Lichius Matthias (Köln).
» » » Al sig. Lindlar Laurenz (Köln).
1 aprile » Al sig. Fitzherbert Cuthbert (Westminster).
» » » Al sig. Petermann Bernard (Köln).
12 maggio » Al sig. Mohrmann Giacomo J. M. (Bois-le-Duc).
25 » » Al sig. Cuddon Philip (Westminster).
» » » Al sig. O'Connell Patrick (Westminster).
27 » » Al sig. Dutton Philip (Arundel and Brighton).
» » » Al sig. Kimber Harold (Arundel and Brighton).
» Al sig. Strudwick John Philip (Arundel and Brighton).
14 giugno » Al sig. Von Bönninghausen Tot Herinckhave Eduard (Breda).

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

25 marzo 1977. Al sig. Farny Ansgar (Rottenburg).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

7 maggio 1977. Al sig. Fiala Ignazio (Salzburg).
» » » Al sig. Nekarda Luigi (Salzburg).
» » » Al sig. Rippel Hermann (Salzburg).
» » » Al sig. Rücker Federico (Salzburg).
16 » » Al sig. Trost Wilhelm (Paderborn).
30 » » Al sig. Adamo Nicola (Patti).
» » » Al sig. Fuga Corrado (Patti).

30	maggio	1977.	Al Sig; Mannino Giuseppe (Patti).
»	»	»	Al sig. Paterniti Sebastiano (Patti).
»	»	»	Al sig. Sofia Aldo (Patti).
4	giugno	»	Al sig. Avetta Udo (Roma).
»	»	»	Al sig. Baldo Galeotti Walfredo (Roma).
»	»	»	Al sig. Mazzétti Tommaso (Roma).
»	»	»	Al sig. Mucci Francesco (Ohiusi-Pienza).
»	»		Al sig. Pagnotta Elio (Ohiusi-Pienza).
»	»	»	Al sig. Ripanti Francesco (Roma).
6	giugno	»	Al sig. Giacomello Felice (Caracas).
7	giugno	»	Al sig. Amin Raffouli Naamen (Babilonia dei Caldei)
»	»	»	Al sig. Nouri Jean Antoun (Babilonia dei Caldei).
16	giugno	»	Al sig. Gorini Sergio (Milano).
30	»	»	Al sig. Barrientos de Ugarte José (Chiquitos).
»	»	»	Al sig. Gaiero Sebastiano (Casale Monferrato).
»	»	»	Al sig. Speroni Paolo (Italia).
14	luglio	»	Al sig. Chimenez Filippo Ugo (Roma).
24	»	»	Al sig. Vallesi Remo Raimondo (Caracas).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

21	dicembre	1976.	Al sig. Aumühlner Johann (Eisenstadt).
»	»	»	Al sig. Eitzenberger Anton (Eisenstadt).
»	»	»	Al sig. Federsei Josef (Eisenstadt).
»	»	»	Al sig. Hebaus Michael (Eisenstadt).
»		»	Al sig. Knoll Ferdinand (Eisenstadt).
»		»	Al sig. Leimstättner Johann (Eisenstadt).
»	»	»	Al sig. Wagner Michael (Eisenstadt).
15	gennaio	1977.	Al sig. Riemer Karl (Innsbruck).
»	»	»	Al sig. Stappert Robert (Köln).
24	»	»	Al sig. Rodrigues Vincent (Dacca).
4	febbraio	»	Al sig. Englisch Johannes (Köln).
11	marzo	»	Al sig. De Romagnoli Georges (Malines-Bruxelles).
14	»	»	Al sig. Lebwohl Carolus (Graz - Seckau).
»		»	Al sig. Schwarz Rudolf (Graz - Seckau).
22	»	»	Al sig. Cedzich Giuseppe (Opole).
»	»	»	Al sig. Igl Carlo (Innsbruck).
»	»	»	Al sig. Kramer Giovanni (Innsbruck).
»	»	»	Al sig. Muth Roberto (Innsbruck).
29	marzo	»	Al sig. Barette Emilio (Malines-Bruxelles).
	»	»	Al sig. Etienne Jules (Malines-Bruxelles).
»	»		Al sig. Marady Giuseppe (St. Pölten).
6	aprile		Al sig. Akerele Abiola Flavio (Lagos).
»	»	»	Al sig. Ebhodaghe Abebe Christopher (Lagos).
»		»	Al sig. Koya Olutayo Emmanuel (Lagos).
»	»	»	Al sig. Müller Josef (Köln).
		»	Al sig. Seweje Marcellino A. S. (Lagos).
»		»	Al sig. Shotunde Adewunmi Clement (Lagos).
27	»		Al sig. Mogg Richard Arthur (Cardiff).

1 maggio 1977. Al sig. Guri Fernando (Strasbourg).
» » » Al sig. Peckhardt Ernesto (Str Pölten).
7 » » Al sig. Dorn Corrado (Salzburg).
» » » Al sig. Janauscbek Giuseppe (Salzburg).
11 maggio » Al sig. Veit Ferdinand (Freiburg im Br.).
12 maggio » Al sig. Derks Alberto H. (Utrecht).
13 » » AI sig. De Mol Teodoro (Breda).
» » » AI sig. LoontJens Hendrik A. (Roermond).
16 » » AI sig. Hagenan Johannes C. A. (Haarlem).
» » » Al sig. Jansen op de Haar Gerardo A. (Haarlem).
20 » » Al sig. Masao Murata Thomas (Osaka).
» » » Al sig. Morzone Francesco (Boma).
» » » Al sig. Osami Matsumaka Giovanni Battista (Osaka).
» » » Al sig. Ou I Tchong Thomas (Hong Kong).
25 » » Al sig. Filz Peter (Köln).
» » » Al sig. Gloeckler Ignace (Strasbourg).
» » » Al sig. Reinelt Egon (Innsbruck).
» » » Al sig. Sluiter Giovanni Antonio (Utrecht).
» » » Al sig. Troiano Michele (Pescia).
27 » » Al sig. Rottinghuis Hendrik (Utrecht).
7 giugno » Al sig. Fullbrook Cary (Westminster).
» » » Al sig. Santiago Eduardo A. (Manila).
10 giugno » Al sig. Staroccia Antonio (Roma).
14 » » Al sig. Bürger Antonio P. L. (Bois-le-Duc).
» » » Al sig. Mes Eduard Cornelius A. A. (Breda).
» » » Al sig. Van Kemenade Enrico G. A. (Bois-le-Duc).
14 luglio » Al sig. Golo-Musa Joseph (Makeni).

NECROLOGIO

6 agosto 1977. Mons. Erasmo Hinojosa Hurtado, Arcivescovo di Piura *(Perù).*
9 » » Mons. Jean Bassoul, Arcivescovo Melchita di Zahlen e Furzol *(Liban).*
13 » » Mons. Antoni Baraniak, Arcivescovo di Poznan (Polska).
» » » Mons. Nicanor R. Aguirre Baus, Vescovo tit. di Lisinia.
14 » » Mons. Albert Vincent D'Souza, Arcivescovo già di Calcutta *(India).*
16 » » Mons. Basile Pierre Habra, Vescovo Siro di Le Caire *(Egypte).*
18 » » Mons. Thomas J. Riley, Vescovo tit. di Regie.
» » » Mons. Pierre Khuât-Van-Tao, Vescovo di Haiphong *(Vietnam).*
24 » » Mons. Karl Joseph Alter, Arcivescovo già di Cincinnati *(U.S.A.).*
27 » » Mons. Jean Gay, Vescovo già di Basse-Terre *(Antillé).*
2 settembre » Mons. Theotonius Amai Ganguly, Arcivescovo di Dacca *(Bangladesh).*
» » » Mons. Bernardo Regno, Vescovo già di Kandy *(Sri Lanka).*

An. et rol. LXIX 30 Novembris 1977 N. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

SYNODUS EPISCOPORUM V

Quartus Coetus Generalis, a die 30 m. Septembris ad 29 m. Octobris a. 1977 habitus, de catechesi hoc nostro tempore tradenda praesertim pueris et iuvenibus.

Ineunte V Synodo Episcoporum, die 30 m. Septembris a. 1977, Summus Pontifex banc habuit Patribus Synodalibus, una cum eo in sacra Xystina aede Missam celebrantibus, homiliam.

Venerabiles Fratres,

Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et a Domino Iesu Ghristo [1 Gor. 1, 3).

His Apostoli gentium verbis hodie vos consalutare placet; vos, inquimus, qui, negotiis cotidiani muneris vestri pastoralis intermissis, Romam convenistis, ut hanc Episcoporum Synodum celebraretis, in quam profecto omnis Ecclesiae sanctae Dei tum consideratio intenditur, tum convertitur spes.

Gaudeamus, Venerabiles Fratres, de hoc conventu; atque spirituali laetitia huius horae fruamur, animos pervadentis atque corroborantis. Christus Dominus, qui promisit se arcano modo ibi esse futurum, ubi plures congregati essent in suo nomine (cf. *Mt.* 18, 20), contegat et consignet uberrima luce et gratia sua Coetum hunc nostrum, egregium communionis ecclesialis exemplum.

Considerationi vero Nostrae, in hoc tam singulari momento, ille sancti Evangelii locus sese sponte offert, quem modo audivimus, per quemque Sanctus Marcus Evangelii sui finem facit. Cuius sane loci plura sunt

quae succurrant animo, praesertim discipuli ipsi et Apostoli Domini; Evangelium ab ipsis praedicandum; homines, ad quos nuntius ille salutis afferatur. Haec sunt scilicet praecipua Synodi nostri capita ac quasi inter Coetum totidem tractanda argumenta.

Atque primum, hoc mane in eam textus Evangelii partem intendamus, quae personas discipulorum Domini attingit, cum ad nos ipsos pertineat : ad nos Episcopos nempe, ac praecipue ad eos, qui ad hanc Synodum frequentandam designati sunt. Dominus nos illuminet!

Ad hoc quod attinet, duo potissimum placet in lumine collocare, atque imprimis nostram uniuscuisque conscientiam ; qui ad id electi et vocati sumus, ut per missionem nobis creditam alios transformemus; cumque simus Episcopi, id est successores Apostolorum atque Ecclesiae Dei Pastores, nostrum proprium est esse et testes, et praecones Evangelii, et magistros apud homines. Quod idcirco memoramus, Venerabiles Fratres, ut conscientiam redintegremus electionis et vocationis nostrae, itemque officiorum, quae muneri nobis concredito, magno quidem ac periculoso et incommodo, inhaerent ; praesertim vero ut fiduciam, quam in Christo collocavimus, confirmemus : fore videlicet certe ut ille aerumnis, laboribus ac spei nostrae praesens adsit. Si quis enim de hominibus huius temporis cogitet, ad quos omnis nostra Pastorum industria spectat, et quos omnia probare videntur esse hostiles, neglegentes, surdos ad ea, quae nos proponimus, tametsi revera saepe eorum agendi modus hoc solummodo prodat, inscios eos reapse desiderare et quaerere Deum non sine magno labore — si quis, dicimus, haec reputet, timor quidam, ut est hominum natura, eius animum penetret, robur omne debilitans. Non sane hic de humilitate agitur, sed de timore, qui instinctu quodam impellit, ut viae quaerantur minus graves ac minus periculosae. Ita plane est : esse hodie veros Christi Apostolos, ut est fortis animi, ita est viri virtuti et auxilio Dei valde fidentis : quod praesidium Deus fidelissime suppeditabit, dummodo Apostoli animus suavi ac potenti gratiae tactui pateat.

Ceterum, quo modo beatissimi Pauli Apostoli verba, quae sunt de christiani armatura, non memoremus, tam apta Apostolo? Profecto ipsa Ecclesia hodie magnanimis animosisque hominibus indiget, qui se discrimini ministerii sui exponere non dubitent, audacter nunc, nunc tacite, semper tamen vigilanter, actuose, cum omni fiducia et perseverantia.

Qua re ipsis Apostoli verbis vos hortamur : *accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, et, omnibus perfectis, stare ... in omni-*

bus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela Maligni ignea exstinguere (Eph. **6, 13 sqq.).**

Altera facies seu ratio, ad quam dirigitur mens Nostra, est ipsa amplitudo ministerii nostri. Magister enim nos exire iubet *in mundum universum (Me.* **16, 15). Et probe scimus ex ipso hoc certissimo mandato iam definiri ministerium nostrum ut universale et catholicum, immo vero — addere licet secundum vim vocabuli Graeci — cosmicum. Nullis igitur finibus locorum continetur evangelizatio : pro sua virtute et natura vult ac debet complecti totum orbem terrarum, ante omnia orbem hominum, sed — propter principalem hominis locum in rebus creatis et propter officium eius velut legati ac sacerdotis, quod exercet inter res creatas — etiam orbem inanimum omnium rerum.**

Hic mundi prospectus, in quem nostrum evangelizatorum officium intenditur, praebet nobis aliquam speciem immensitatis operis nostri, immo permittit nobis quasi manu experiri pondus muneris nostri. Tamen quot, quot res restant adhuc agendae ! Inde primo aspectu emergit sensus imparis et inferioris condicionis, quo opprimimur, sensus deficientium virium nostrarum, qui videri potest plena insufficientia. Attamen, eam ipsam ob causam debet affirmari simulque confirmari studium operae nostrae : conspectus mundi ac prospectus futuri temporis nullum generare debet languorem, proprium istius hominis, qui non haurit ex fonte apostolicae gratiae iudicium suum de mundo et normam ad aestimandas potestates, suo muneri innatas. Ex contrario : non tantum non licet refugere in nos ipsos, ne videlicet invitamento inertiae cedamus, verum scire nos oportet « virtutem », hoc est potentiam, praesidium, adiumentum Domini esse nobiscum. Hoc idem nobis promittit Iesus Christus extremis et aequalibus huic rei verbis primi Evangelii : *et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus (Mt.* **28, 20). Praeterea visio ipsa maximae mobilitatis rerum et eventuum huius temporis istud valde confirmat. Homines nostrae aetatis sese avertunt a religione neque libenter audiunt nuntium nostrum, quoniam sibi falso persuaserunt ingentes progressus humanitatis cultusque rationalis — qui emineant in technologia ac scientia — iam auferre necessitatem religionis. Attamen, quicumque diligenter considerat rationem eventuum humanorum, apertius detegit duplicem consecutionem eorundem progressuum.**

Hinc enim religiones ab homine institutae ipsi non sufficiunt, dum homo, progressionem consecutus, sibimet ipsi placet, atque fiduciam, quam in mirabili ubertate proprii operis, scientia duce patrati, ponit, pro religioso mentis habitu substituit, qui atheismo dissolvitur. Illinc

autem atque eodem tempore necessario sentit sibi opus esse, ut cognoscat mysterium, immo mysteria universi, cogitationum, vitae, atque item necessario experitur propriam omnimodam frustrationem, cum ipse veritate religiosa careat.

Haec autem veritas efficeretur aenigma perenne, nisi ipsa sustentaretur Verbo arcano, quod solum capax est ad fulciendum desuper aedificium scientiae humanae. Quae quidem scientia quo magis progreditur eo magis postulat adiumentum huiusce Verbi superni, dummodo hoc sit verum et dummodo confirmetur a Magistro, qui cogitationes humanas inducere valeat in altiorem regionem Veritatis supremae et futurae hominis sortis supernaturalis. Necessitas huius Verbi, quod ab homine exigit Fidem, aetate nostra acrior est magisque cruciat quam umquam alias. Solum si ei satisfit per Evangelium — quod est Veritas non repugnans veritati « scientificae », sed est hac superior — lux in terra iterum effulget.

Si res ita se habent, Fratres dilectissimi, — ut experientia pastoralis et indagatio psychologica haud difficilis confirmant — munus nostrum his etiam temporibus libentissime recipi potest. Si ex hac ratione, quae non est levis neque exterior, iudicamus, tempus nostrum non est putandum tempus, cuius proprius sit atheismus, sed tempus Fide nostra insigne, quae est Fides vera. Tempus hoc nostrum quasi privilegio commendari dici potest propter veritatis annuntiationem; quapropter Coetus noster Synodalis videtur esse opportunus et providus. Qui quidem Coetus, postquam hanc necessitatem evangelizationis, urgentem et primariam, consideravit, perpendit et illustravit autumno abhinc tres annos, nunc in eo est, ut eius formas et methodos meditetur, studiose ponderet, ostendat, argumentum catecheseos proponens, ad quod data opera incumbatur.

Est demum animadvertendum hanc securitatem circa Fidem corroborari alia ratione, cui attendamus oportet : scilicet ratione ((communitaria ». Re enim vera Fides progignit coetum credentium, qui est Ecclesia. Nonne in plurali numero posita est sententia Domini? Ipse enim ait : *Euntes ... docete,* et ita congregat simul omnes discipulos suos in unum opus, quod non exstinguit singulorum illorum propria officia, sed iniungit praeterea iis consociatam et compositam industriam, quae exsequenda est in communione intentionum et virium et propositorum. Ecce etiam nos hic simul adsumus eiusdem rei causa : convenimus modo, ut penitius pervestigemus et profiteamur et disseminemus Fidem in Christum, respondentes eodem tempore interrogationi fratrum nostro-

rum, qui urgentius quaerunt. Nunc maxime efficimus nos « communionem»; et fortunati erimus si, iam inde a primo noe Eucharistico coetu ac deinceps per totum Synodi tempus, corroborare poterimus sanctum istud vinculum communis operis, dum inter nos fraterne permutabimus experientias et consilia, dum mutuo congrediemur ac multo magis dum coniuncte tractabimus Verbum Dei et mysterium Corporis et Sanguinis Christi. *Beati, qui audiunt verbum Dei et custodiunt (Lc.* 11, 28): promissa haec beatitudo hodie semperque consoletur nos, iam precari pergentes.

Vespere autem, eodem die 30 mensis Septembris, hanc allocutionem Summus Pontifex in Synodi aula habuit.

Venerabiles ac dilecti filii,

Laeto animo audivimus ea, quae Venerabilis Frater Noster Sebastianus Cardinalis Baggio, nomine etiam cunctorum huius Coetus Synodalis Sodalium, modo dixit. Pro hac dilectionis et obsequii significatione, maxime pro optimis ominibus, quibus Nos ob octogesimum diem natalem est prosecutus, gratias agimus plurimas. Quo in vitae Nostrae eventu Nobis est propositum tempus omne, quod Deus Nobis adhuc concedet, bono Ecclesiae prorsus impendere, ut inter ((mundanas varietates » lucem divinam effundat et salutem hominum operetur.

Postquam hodie mane in Sacello Xystino Spiritum Sanctum imploravimus, ut dona sua super cunctos Sodales huius Coetus emitteret, nunc datur Nobis, ut singulos universos, qui eum participant, cum gaudio salutemus. Eos peculiariter salvere iubemus, qui nunc primum Conventui Synodali intersunt.

Ad Nos ipsos quod attinet, multum sane laetamur, quod quintum iam Coetum Synodi Episcoporum auspicamur, animadvertentes novum hoc institutum ecclesiale incrementis feliciter profecisse et instrumentum factum esse communionis inter Romanum Pontificem et Episcopos, qui sunt in orbe terrarum.

Re quidem vera decem anni abierunt a prima Synodo Episcoporum, anno millesimo nongentesimo sexagesimo septimo celebrata. Quare affirmare gaudemus eam reapse operam contulisse ad illos fines generales assequendos, quos ei proposuimus per Litteras, a verbis «Apostolica Sollicitudo » incipientes et motu proprio die quinta decima mensis Septembris anno millesimo nongentesimo sexagesimo quinto'datas. Vere

enim aucta Nobis esse videtur et arctior reddita coniunctio et cooperatio inter Romanum Pontificem et sacrorum Antistites, in universo mundo degentes; videntur Nobis melius cognitae esse ac penitius intellectae condiciones vitae variarum Ecclesiarum particularium ; videtur denique maior effecta esse concordia sententiarum <(saltem quoad essentialia capita doctrinae et quoad modum procedendi in vita Ecclesiae » *(Ibid.,* n. II; *A.A.S.* LVII, 1965, p. 777).

Est ergo, cur Deo gratias persolvamus maximas pro egregiis bisce fructibus, qui in Ecclesia eius editi sunt per novum hoc et « stabile Episcoporum consilium ». Cum huius constitutionem primum annuntiaremus, sermonem habentes, quo ultimae Sessionis Concilii Oecumenici Vaticani Secundi initium fecimus, die videlicet quarta decima mensis Septembris, anno millesimo nongentesimo sexagesimo quinto, significavimus « novum huiusmodi institutum » esse « spei plenum » *(A.A.S.* LVII, 1965, p. 804). Profecto id spem non fefellit, cum instrumentum evaderet aptissimum ad satius cognoscendas varias condiciones Ecclesiarum particularium et ad fovendam impensiorem cooperationem firmioremque coniunctionem cum Romana Ecclesia, quae universo caritatis coetui praesidet (cf. S. IGNATIUS M., *Ad Rom.,* Praef. ; ed. Funk, I, p. 252). Ipse vero Romanus Pontifex, quamquam a Christo plenitudinem potestatis accepit, ab eodem instituto in multis quaestionibus gravis momenti est adiutus, scilicet in illis, quae in quattuor Synodi Coetibus, ab anno millesimo nongentesimo sexagesimo septimo usque in praesens, sunt pertractatae, cooperantibus Episcopis, qui totius orbis sacrorum Antistites repraesentabant.

Etiam in quinto Synodi Coetu, quem nunc aperimus, plurimum tribuemus experientiae, quam unusquisque vestrum adiumenti causa praebebit. Agitur nempe de experientia Pastorum, ingenio et usu praestantium, probe consciorum variarum quaestionum, quae hodie ponuntur circa opus magis in dies efficax catecheseos in Ecclesia, imprimis quod pertinet ad pueros et iuvenes.

Postquam in Synodo anni millesimi nongentesimi septuagesimi quarti argumentum evangelizationis in mundo huius temporis perpendimus, nunc vos convocavimus, ut simul consideraremus ulterius hoc argumentum catecheseos, quae, ut dixit Concilium Oecumenicum Vaticanum Secundum, oportet « fidem illuminet et roboret, vitam secundum spiritum Christi nutriat, ad mysterii liturgici consciam et actuosam participationem conducat » (cf. *Gravissimum educationis,* 4).

Ut vero catechesis in Ecclesia incrementis augeretur, olim iam approbavimus ac publici iuris fieri iussimus Directorium Catechisticum Generale, a Sacra Congregatione pro Clericis apparatum et Dominica Paschae Resurrectionis Domini anno millesimo nongentesimo septuagesimo primo editum. Hoc agens, Apostolica Sedes non solum votum, a Concilio Oecumenico Vaticano Secundo prolatum (cf. *Christus Dominus*, 44), implevit, sed etiam utilia principia theologica et pastoralia suppeditavit, quibus recte dirigi aptoque nexu ordinari posset actio catechetica in Ecclesia (cf. *A.A.S.* LXIV, pp. 97-176). Verumtamen, comprehensum habentes momentum huius argumenti ad formandam succrescentem hominum generationem, vos ad hanc Synodum arcessivimus, quo altius idem argumentum perspiceretur.

Itaque etiam hac in re tanti ponderis quoad navitatem Ecclesiae in mundo huius temporis, hac in re, quae proxime tangit eius officium instituendi subolem iuventutis, Synodus ipsa unitatem actionis provehet, quae ab omnibus expetitur et unde sine dubio uberes laetique fructus provenient aetati futurae.

Munus autem, Nostro nomine, praesidendi huic Coetui commisimus Venerabilibus Fratribus Nostris Cardinalibus Sebastiano Baggio, Antonio Ribeiro et Hyacintho Thiandoum, nec dubitamus, quin ii, pro experientia, qua ornantur, annisuri sint, ut Synodi opus frugifere et ordinate procedat. Iam nunc iis gratias agimus, quod paratos se praestant, hoc ministerium obeundo, Romano Pontifici et Episcopis, quos hic repraesentatis, servire.

Haec omnia animum pulsant Nostrum, dum vobis, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, Benedictionem Apostolicam, superni luminis et roboris pignus, effusa caritate impertimus.

Die denique 29 mensis Octobris, exeunte Episcoporum Synodo, hanc Summus Pontifex allocutionem habuit.

Venerabiles Fratres ac dilecti Filii,

Quoniam ad finem quinti huius Coetus Synodi Episcoporum est perventum, vos per Antonium Cardinalem Ribeiro, Patriarcham Lisbonensem, Nobis vale dicere statuistis atque animorum sensus testari, quibus in hac discessione movemini. Ad Nos quod attinet, gratias vobis agimus plurimas salutemque reddimus fraterne. Postquam per mensem impense disceptavistis de argumento, quod magni momenti est pro futura Ecclesiae vita, id est de catechesi, iam profecturi estis ad

sedes vestras vestraque munera resumenda, id propositum habentes, ut ad renovatam actionem catecheticam in regionibus vestris diligenter incumbatis.

Per hoc tempus unusquisque vestrum propriam experientiam cum ceteris sodalibus studuit communicare et scientiae suae adiumenta fructusque, in vitae usu collectos, afferre, eo consilio ut in Ecclesia res catechetica promoveretur atque adeo « in hominibus fides, per doctrinam illustrata, viva fieret atque explicita et operosa » (cfr. *Christus Dominus,* 14). Hoc vero praestitistis non quidem pervestigationibus theoreticis et historicis — quae aliis in campis utiles sunt — sed potius ad finem quam maxime pastoralem contendentes; quatenus videlicet ducebamini experientia vestra, ut animarum Pastores cotidie participantes angustias ac difficultates, in quibus homines aetate nostra versantur. Propter ipsam hanc indolem pastoralem hic Coetus synodalis laetos felicesque exitus habet.

Conscii gravis momenti, quod tribuatur oportet huic formae Verbum Domini annuntiandi hominibus nostri temporis, Romam vos ascivimus, ad sepulcrum beati Petri, propter hos duos fines speciales et proximos, qui in Litteris, a verbis « Apostolica Sollicitudo)) incipientibus motuque proprio datis, continentur quique his verbis enuntiantur : « opportunos nuntios invicem communicare ; consilia conferre circa negotia, quorum causa Synodus singulis vicibus convocabitur » *(A.A.S.,* LVII, 1965, p. 777). Multa ergo, quae ex cuiusque experientia sunt percepta, ad communem utilitatem in medium sunt prolata, multa sunt proposita, ut actio catechetica in universa Ecclesia efficacior fieret ac quidem in omnibus rerum hominumque ordinibus.

Conclusiones vero, sub finem confectae, a vobis exponendae erunt Fratribus vestris in Episcopatu, cum ad dioeceses et officia vestra redieritis. Scilicet ignem, quo ardebatis, tradetis — ut probe confidimus — iis, qui vobiscum in munere pastorali sociantur. Ita fiet, ut Synodus quoad catechesim novam mentium incitationem inducat, eo pertinentem, ut in agendo novae viae ineantur, catechistae aptius formentur, subsidia ad rem accuratius quaerantur, servatis quidem sapientibus legibus canonicis, quae hac in provincia vigent, et normis, quae in Directorio Catechistico Generali proponuntur, a Sacra Congregatione pro Clericis edito et a Nobis approbato et continuato.

Non pauci ex vobis, Venerabiles Fratres ac dilecti Filii, opportune conati sunt causas explanare discriminis, in quo catechesis per hos annos proxime praeteritos fuit. Nos vero arbitramur non opus esse

eiusmodi difficultates nunc pertractare, sed potius vos monere, ut futura tempora intueamini, atque per vos hortari cunctos, qui christiani nominis officium sentiunt, ad conitendum, ut ex hac Synodo actio catechetica renovata in universam Ecclesiam emanet.

Haec impulsio, quasi orbes efficiens magis magisque augescentes, a Synodo pertinget ad Coetus episcopales Orientis et Occidentis et ex his ad paroecias, ad familias, ad scholas, ad consociationes, in nomine Christi ac ductu- Pastorum legitimorum congregatas. Hanc ergo continuam renovationem catecheseos Episcopi, qui in variis mundi partibus degunt, una cum Christi Vicario, promovebunt, dirigent, sustinebunt, arcte coniuncti cum sacerdotibus, religiosis viris et mulieribus atque laicis, qui perspectam habent praestantiam et pulchritudinem huius apostolatus. Ceterum hic est sensus et vis nuntii ad Populum Dei, qui hodie, cum finis fit huius Coetus Synodi Episcoporum, ex urbe Roma ad totam Ecclesiam perfertur.

Opus patratum respicientes, fatemur Nos admodum laetari quod de praecipuis capitibus catecheseos sodales hic praesentes consenserunt et quod res perutiles sub exitum suaserunt, quae, congestae in triginta quattuor propositiones, Nobis sunt traditae. Nos quidem attente de iis cognoscemus, perinde ac de ceteris scriptionibus, quae Nobis sunt exhibitae. Libenter deinde ea, quae magis expedire visa erunt, voto a vobis significato obsecundantes, universae Ecclesiae patefaciemus.

Nous attendons de vous, chers Fils et chères Filles membres de ce Comité, que vous Nous aidiez dans notre double mission de vigilance et d'animation pastorales auprès de tous ces foyers qui forment le tissu même de la société humaine.

Vigilance, car vous savez la gravité des menaces qui pèsent sur cette institution sacrée du mariage, soit en raison des conditions de vie défavorables à sa stabilité, soit en raison du dérèglement des mœurs, soit même, malheureusement, à cause de la permissivité croissante de certaines législations. Il est de la responsabilité de l'Eglise de protéger ce que Dieu a inscrit au plus profond du cœur des hommes : l'amour, dans son acception la plus noble, sur lequel deux êtres fondent une alliance appelée à refléter, dans son indissolubilité, la fidélité de l'Alliance de Dieu avec les hommes.

S'il vous faut être attentifs à cette sauvegarde de la conception chrétienne de l'amour et du mariage, plus encore faut-il vous attacher à un travail d'animation, de soutien et d'éducation en ce domaine. En lien avec les organismes compétents de la Curie, avec les Conférences episcopales et les Associations familiales catholiques, votre Comité doit agir en sorte que l'Eglise offre aux jeunes qui se préparent au mariage comme aux foyers déjà constitués les bases et les ressources doctrinales, spirituelles et morales de leur engagement.

Que l'indifférence ou même l'opposition à l'idéal chrétien du mariage ne vous découragent pas dans votre effort d'éducation des consciences et des cœurs : l'action du Seigneur vous accompagne dans votre service apostolique. Elle est en œuvre, cette action de Dieu, n'en doutons pas, dans le cœur même de ceux et celles que le manque de préparation, la faiblesse humaine ou l'influence délétère d'une ambiance permissive ont conduit à l'échec d'un amour qu'ils auraient sans doute souhaité plus stable. Que ceux-là même dont la situation illégitime ne permet pas de vivre en pleine communion avec l'Eglise ne soient pas exclus de votre réflexion et de votre attention.

Notre salut paternel s'adresse maintenant à vous, membres du Conseil pontifical « Cor Unum » où se trouvent associés, dans un effort commun de réflexion, des représentants de Conférences episcopales, d'Organisations internationales et nationales d'entraide, d'CEuvres pontifi-

cales, des prêtres, des religieux et religieuses, des laïcs de divers continents. Nous aimons voir dans cette représentation qualifiée du Peuple de Dieu l'expression de ce que Nous avons souhaité en instituant ce Conseil « Cor Unum » : qu'il soit un lieu de rencontre, de partage et d'animation de tout le Peuple de Dieu pour qu'ensemble ces membres de communautés ecclesiales et nationales, riches et pauvres, œuvrent à part égale et d'un seul cœur, au service de la Charité universelle de l'Eglise.

Certes l'immense champ d'action qui s'offre à votre attention et à votre concertation apparaît démesuré au regard de vos possibilités : des peuples entiers stagnent dans une situation de sous-développement, malgré les efforts louables d'entraide internationale ; des conflits sanglants et des catastrophes dévastatrices ne cessent d'augmenter le long cortège des populations sans abri, sans emploi, privées du minimum vital.

Nous savons pourtant le remarquable effort que nombre d'organisations catholiques déploient, grâce aux générosités des fidèles, pour atténuer ces misères du monde. Il fallait offrir à ces multiples initiatives comme aux multiples appels qui les suscitent un lieu de concertation, tant pour en ordonner les priorités que pour permettre de les accorder dans un esprit toujours plus évangélique. Tel est bien la tâche spécifique de « Cor Unum ».

Dans la continuité du travail de réflexion déjà réalisé au cours des sessions précédentes, votre actuelle assemblée va s'efforcer d'approfondir un certain nombre de problèmes majeurs, concernant la coordination de vos efforts et les urgences à prendre en considération, au plan des Eglises locales. Nous vous encourageons dans cette préoccupation de relier toujours vos initiatives d'entraide aux Conférences episcopales, premières responsables des choix à opérer dans les besoins de leurs communautés ecclesiales et nationales.

Puissent ces quelques considérations sur vos trois organismes vous faire sentir l'intérêt constant que Nous portons à votre action, puisqu'il y va du témoignage de l'Eglise universelle et de sa contribution spécifique au service de l'humanité. La compétence, le sens de l'organisation et de la coopération y sont nécessaires — Nous y avons insisté — mais dans une perspective de foi, d'espérance et d'amour que seul donne l'Esprit Saint. Priez souvent cet Esprit Saint de vous donner sa lumière et sa force pour réaliser une œuvre vraiment évangélique et ecclésiale. Et Nous, Nous sommes heureux de vous accorder une particulière Bénédiction Apostolique.

VII

Ad Margaritam II, Daniae Reginam, sollemni caeremonia coram admissam.*

Majesté,

Nous sommes heureux de Vous accueillir, et Nous tenons d'abord à Vous remercier de cette visite que Vous avez bien voulu Nous faire. Elle Nous rappelle celle de votre illustre père le roi Frédérik IX.

Depuis cinq ans, Votre Majesté siège sur le Trône du Denemark, et Nous savons l'estime qu'à bon droit Lui porte le peuple danois. Nous nous associons à ces sentiments en Vous présentant nos hommages respectueux et les vœux fervents que Nous formons pour votre Personne, pour la Famille royale et pour le succès de votre règne.

Notre cordiale salutation s'étend à votre cher peuple. Pacifiques et industrieux dans leur travail, vos compatriotes ont su accéder à un niveau de vie élevé, aux plans civil, économique et social. Nous leur souhaitons bonheur et prospérité. Votre pays a su s'intégrer activement, non seulement dans le Conseil Nordique vu son affinité avec les pays Scandinaves, mais dans le réseau économique, culturel et politique des Communautés Européennes et du Conseil de l'Europe. Votre Majesté n'ignore pas l'intérêt que Nous portons à la vitalité de ces Institutions, voyant là une chance de solidarité bénéfique pour l'affermissement de la paix, pour le progrès humain des pays membres, pour leur service commun des régions moins favorisées et pour le rayonnement de leur patrimoine spirituel.

Le progrès spirituel est en effet au centre de nos préoccupations. Et c'est au titre de notre mission universelle en ce domaine que Nous nous sentons proche des populations danoises. A partir de son évangélisation au neuvième siècle, le Danemark a connu une grande vitalité religieuse, dont témoignèrent entre autres au Moyen Age de nombreux monastères et des saints qui méritent une mention spéciale : le roi Knud, Kjeld de Viborg, l'Abbé Guillaume. Plus près de nous, au dix-septième siècle, l'Evêque Niels S tense, célèbre pour sa culture scientifique et plus encore pour ses vertus, acquit un tel renom de sainteté que sa cause de béatification a été introduite. Aujourd'hui les catholiques danois, bien que très réduits en nombre, sont heureux d'y vivre leur

* Die 11 m. novembris a. 1977.

foi dans la paix et de travailler avec leurs frères de la confession luthérienne au respect et à la promotion des valeurs religieuses.

Les chrétiens sont tous porteurs d'un Message qui vise d'abord à développer les rapports des hommes avec le Dieu vivant et qui peut aussi grandement aider la société contemporaine à dépasser le matérialisme pratique où elle risquerait de s'enfermer et de s'enliser, en perdant l'espérance. L'Evangile donne en effet aux hommes les plus hautes raisons de vivre, affine les consciences, développe leur responsabilité en matière de justice, de paix, d'amour, les oriente en un mot vers un humanisme plénier ouvert à l'Absolu, qui fait considérer tous les biens de ce monde selon la véritable hiérarchie des valeurs. Qui ne souhaiterait ce réveil ou ce progrès spirituel et moral, qui correspond au vœu secret de l'humanité, inscrit dans les cœurs par le Créateur et ravivé par Jésus-Christ, notre commun Sauveur? Nous croyons que Votre Majesté est sensible à ces propos, puisqu'il y va de l'âme de son pays, de sa noblesse. L'Eglise catholique, en essayant de vivre ces exigences qui sont en définitive celles de la charité, entend contribuer pour sa part, avec les autres croyants et hommes de bonne volonté, à servir au mieux la société, et elle est heureuse de le faire au Danemark dans un climat de liberté religieuse auquel Vous veillez.

Nous prions le Seigneur d'assister Votre Majesté dans sa très haute charge et de répandre ses Bénédictions sur sa Personne et sur les membres de sa Suite, sur ceux qui collaborent avec Elle au bien commun du pays, et sur tout le peuple danois.

VIII

Ad Exc.um Virum Milo§ Minie, vices gerentem Praesidis Consilii Exsecutorii Foederalis et Secretarium Foederalem ab Exteris Negotiis Reipublicae Socialisticae Foederativae Iugoslaviae, coram admissum.*

Excellence,

Nous sommes heureux de vous exprimer la satisfaction que Nous éprouvons à vous recevoir aujourd'hui et de vous présenter à vous-même, à Madame Minie, ainsi qu'à toutes les eminentes personnalités qui vous accompagnent, nos souhaits de bienvenue.

Le Saint-Siège suit avec intérêt et apprécie l'action que mène la You-

*** Die 17 m. novembris a. 1977.**

goslavie pour parvenir à une meilleure coopération dans le domaine international. Votre pays, en particulier, se penche avec attention sur les problèmes qui touchent à la paix, au désarmement, au respect des minorités, à l'appui qui est dû aux pays en voie de développement. Actuellement la Yougoslavie participe d'une manière très active à la réunion qui a lieu précisément à Belgrade, comme suite à la Conférence sur la sécurité et la coopération en Europe.

Pour sa part, le Siège Apostolique désire apporter sa contribution, selon les moyens qui lui sont propres, à la promotion de tous les hommes et de tous les peuples. L'universalité de sa mission et de son action lui ont donné une expérience certainement privilégiée dans le domaine de la rencontre et de la collaboration des peuples les plus divers. De cette expérience historique, l'Eglise a tiré la conviction profonde que la coopération ordonnée et fructueuse entre les diverses communautés humaines, aussi bien à l'intérieur d'un Etat qu'au plan international, est possible seulement lorsque la dignité de tous ses membres est reconnue effectivement comme base et comme expression du plein respect des droits fondamentaux de tout homme.

Vous savez combien Nous avons voulu et encouragé le développement des rapports entre le Saint-Siège et le Gouvernement yougoslave. Nous sommes heureux de constater qu'ils ont donné de bons résultats et Nous souhaitons, pour l'avantage des deux parties, qu'ils en donnent d'autres encore plus considérables à l'avenir. Le Saint-Siège sera en mesure de contribuer plus efficacement à la réalisation de ce souhait s'il peut compter pleinement, en Yougoslavie, sur les conditions concrètes qui permettent à l'Eglise, dans son ensemble aussi bien qu'à chacune de ses communautés même les plus périphériques, de mettre au service des personnes comme de la société la richesse des valeurs authentiques dont elle est porteuse.

Nous avons confiance, et Nous sommes certain que Votre Excellence partage notre espérance, que la bonne volonté ne fera jamais défaut pour surmonter les difficultés éventuelles, afin de garantir à chaque personne une paix et une liberté d'esprit qui ne manqueront pas de rejaillir sur toute la communauté civile.

Nous renouvelons, Excellence, nos souhaits cordiaux, et Nous vous prions de transmettre à Monsieur le Président de la République, en l'assurant du bon souvenir que Nous gardons de sa visite, nos salutations et les vœux fervents que Nous formons en Dieu pour la prospérité de toutes les populations de Yougoslavie.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI, successivis decretis Sacrae Congregationis pro Episcopis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere. Nimirum praefecit :

Die 21 Martii 1977. — Titulari episcopali Ecclesiae Turrensi in Numidia R. P. D. Martinum Matronola, e Congregatione Casinensi O. S. B., quem constituit Abbatem Ordinarium Abbatiae Montis Casini.

Die 25 Martii. — Abbatiae nullius Sublacensi R. P. D. Stanislaum Andreotti, e Congregatione Sublacensi O. S. B.

Die 22 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Marsorum, Exc.mum P. D. Blasium Victorium Terrinoni, hactenus Episcopum titularem Perentiensem.

Die 4 Iunii. — Metropolitanae Ecclesiae Rheginensi Exc.mum P. D. Aurelium Sorrentino, hactenus Archiepiscopum Potentinum et Episcopum Marsicensem et Muranum.

— Cathedrali Ecclesiae Bovensi Exc.mum P. D. Aurelium Sorrentino, hactenus Archiepiscopum Potentinum et Episcopum Marsicensem et Muranum.

Die 11 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Albanensi Exc.mum P. D. Caietanum Bonicelli, hactenus Episcopum titularem Mustitanum.

Die 27 Augusti. — Metropolitanae Ecclesiae Surrentinae Exc.mum P. D. Antonium Zama, hactenus Episcopum titularem Blandanum.

— Cathedrali Ecclesiae Castri Maris Exc.mum P. D. Antonium Zama, hactenus Episcopum titularem Blandanum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Cissitanae R. P. D. Antonium Pagano, cancellarium curiae archidioecesis Neapolitanae, quem constituit Auxiliarem Em.mi P. D. Conradi S. R. E. Cardinalis Ursi, Archiepiscopi Neapolitani.

— Titulari episcopali Ecclesiae Mustitanae R. P. D. Antonium Ambrosanio, magistrum in facultate s. Theologiae pro Italia Meridionali, quem constituit Auxiliarem Em.mi P. D. Oonradi S. R. E. Cardinalis Ursi, Archiepiscopi Neapolitani.

Die 17 Septembris. **— Metropolitanae Ecclesiae Milvaukiensi R. D. Rembertum Weakland, Abbatem Primatem Ordinis Sancti Benedicti.**

Die 21 Septembris. **— Metropolitanae Ecclesiae Oklahomensi Exc.mum P. D. Carolum A. Salatka, hactenus Episcopum Marquettensem.**

— Cathedrali Ecclesiae Steubenvicensi Exc.mum P. D. Albertum Ottenweller, hactenus Episcopum titularem Perdicensem.

Die S Octobris. **— Cathedrali Ecclesiae Bellomontensi Exc.mum P. D. Bernardum J. Ganter, hactenus Episcopum Tulsensem.**

Die 7 Octobris. **— Cathedrali Ecclesiae Verae Pacis Exc.mum P. D. Gerardum Humbertum Flores Reyes, hactenus Episcopum titularem Novacaesarensem et Administratorem Apostolicum Izabalensem.**

Die 17 Octobris. **— Cathedrali Ecclesiae Tergestinae R.P.D. Laurentium Bellomi, presbyterum Veronensis dioecesis, studiorum Universitatis catholicae Sacri Cordis sacerdotem curatorem.**

— Cathedrali Ecclesiae Triventinae R.D. Antonium Valentini, provicarium generalem dioecesis Pinnensis-Piscariensis.

Die 27 Octobris. **— Titulari Episcopali Ecclesiae Regiensi R.P. Aloisium Mariam Estrada Petau, Ordinis Fratrum Praedicatorum, quem constituit Administratorem Apostolicum permanenter constitutum Izabalensem.**

Die 28 Octobris. **— Titulari Episcopali Ecclesiae Lilybaetanae R.P. Carolum Albertum Nicolini, Rectorem Seminarii Interdioecesani Montisvidei, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P.D. Marcelli Mendiharat, Episcopi Saltensis in Uruguay.**

— Cathedrali Ecclesiae Fodinensi Exc.mum P.D. Carolum Arturum Mullin Nocetti, S.I., hactenus Episcopum titularem Birthensem.

Die 29 Octobris. **— Cathedrali Ecclesiae Iericoënsi Exc.mum P.D. Augustum Aristizábal Ospina, hactenus Episcopum titularem Ceramussensem et Auxiliarem archidioecesis Caliensis.**

Die 31 Octobris. **— Titulari Ecclesiae Nabalensi R.P. Iesum Dosado, Rectorem Seminarii Maioris Cebuani, quem deputavit Auxiliarem Em.mi P.D. Iulii S.R.E. Cardinalis Rosales, Archiepiscopi Cebuani.**

Die 3 Novembris. **— Titulari episcopali Ecclesiae Cusiensi R.D. Iosephum Ferrario, parochum in oppido vulgo Kailua dioecesis Honolu-**

luensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P.D. Ioannis Scanlan, Episcopi Honoluluensis.

Die U Novembris. — **Cathedrali Ecclesiae Sancti Nicolai de los Arroyos Exc.mum P.D. Fortunatum Antonium Bossi, hactenus Episcopum Cervi Lusci.**

SACRA CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

LYALLPURENSIS - FAISALABADENSIS

DECRETUM

De mutatione nominis dioecesis

Cum propositum sit ut denominatio dioecesis Lyallpurensis, in Pakistan, ita permutaretur ut deinde Faisalabandensis nuncuparetur, attento novo nomine urbi antea Lyallpur nuncupatae dato, scilicet Faisalabad, Sacrum hoc Consilium Christiano Nomini Propagando, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Pp. VI concessarum, memoratam propositionem adprobavit ac praesens ad rem Decretum confici iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 1 mensis Septembris a. D. 1977.

AGNELLUS **Card. Rossi,** *Praefectus*

L. © S.

© D. S. Lourdusamy, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

DECRETA

I

BRIXIEN.

Beatificationis et canonizationis Servi Dei Iosephi Tovini, viri laici.

SUPER DUBIO

An eius Causa introducenda sit

Eas inter benedictiones quibus recentiora tempora Deus cumulavit, agmen recensendum est virorum qui, christiano spiritu plene imbuti, in saeculo vere sanctam egerunt vitam, Evangelii gratia etiam terrestrem civitatem vivificantes et ad perfectionem inter mundi varietates, sollicitudines et luctas pro viribus contendentes. Hos inter viros Dei Famulus adnumerandus venit Iosephus Antonius Tovini, advocatus et paterfamilias, qui altera saeculi XIX medietate, Concilii Vaticani II praeveniens et ad rem deducens in se adhortationem, familiari, sociali ac politica sua actione « fermenti instar ad mundi sanctificationem velut ab intra contulit, sicque praeprimis testimonio vitae, fide, spe et caritate fulgens, Christum aliis manifestavit » (cfr. Const. Dogm. *Lumen Gentium,* n. 31).

Iosephus Antonius Tovini, parentibus Moise et Rosa Malagozzi, in loco v. *Cividate Camuno,* intra fines dioeceseos Brixiensis, die 14 Martii a. 1841 natus est, primus ex septem filiis, quorum duo religiosam vitam amplexati sunt. Austere domi ad pietatem educatus, primam institutionem nativo in oppido et Breni habuit, in litterarum autem ludos in Collegio municipii v. *Lovere* (aa. 1852-1858) et Veronae, in Collegio a *Mazza* nuncupato (aa. 1858-1860), incubuit; iurisprudentiam autem didicit in universitatibus studiorum Patavina et Papiensi, in qua die 15 Augusti a. 1865 doctor iuris est renuntiatus.

In oppido *Lovere* et deinde Brixiae advocati artem didicit et primum

exercuit, quo tempore (a. 1871) et municipii sui, v. *Gividate Camuno,* moderator seu syndicus est electus, quo munere tamen se brevi abdicavit (a. 1874), ut impensius advocaturae attenderet. Et post diu imploratum Spiritus Sancti lumen, ac matura praehabita consideratione, a. 1875, Epiphania Domini recurrente, Aemiliam Corbolani, Brixiensem, uxorem duxit. Matrimonium cum semper censuisset « moralis et religiosi profectus medium », novi status officia sancte assumpsit magno semper desiderio actus voluntatem Dei ut Christi asseclam decet adimplendi. Decem ex pia coniuge habuit filios, quos monitis et consiliis ad christiane agendum adhortatus est, virtutum exemplis praecessit, fortiter instituit. Nil mirum si ex filiis unus Societatem Iesu ingressus fuerit, ex filiabus autem altera inter filias S. Teresiae Abulensis se Deo sacraverit, altera autem in Visitatione S. Mariae vota nuncupaverit.

Eucharistiae cultor eximius, eam fontem habuit unde vires hauriebat ad angelicam puritatem vivendam, ad officia publica et familiaria eximio caritatis et iustitiae sensu implenda, ad virtutes omne genus magno fervore exercendas. Vir orationis, Deum prae oculis semper habebat, cum quo clara semper fultus fide ambulabat, ab universis creatis spiritu liber, caritate in omnibus actus, per quam et Deo adhaerebat et hominum bonum pro viribus procurabat. Quodsi proposita quae Dei Famulus annuis in spiritualibus exercitationibus scripto consignabat, illius sinceram indeficientemque voluntatem proferunt ad perfectionem contendendi, huiusmodi perfectionem Iosephus Tovini in definita sua exsistentia et consideravit et in rem deducere enisus est. Persuasum enim cum haberet universa quae in mundo sunt ad Dei obsequium et gloriam, Christi Evangelio viam sternente, trahenda esse, nihil intentatum omisit ut quocumque pergeret Iesu nomen et iura per vitam suam praedicaret, per generosa caritatis opera sigillo christiano societatem signans.

Impossibile prorsus est vel compendio recensere quae Dei Famulus, minus commoda valetudine etsi uteretur, brevi annorum spatio ad christianam iuventae institutionem fovendam, ad opificum iura tuenda, ad societatem fide catholica imbuenda peregerit. Apostolus praeli, diaria et commentarios periodicos excitavit et sustinuit ; adulescentium et iuvenum in Christo amicus, scholas et collegia condidit ; ruricularum et operariorum benefactor, mensas argentarías eorum praesertim in commodum constituit, opera socialia innumera promovit et fovit. Sui semper immemor cum de bono ad lucem Evangelii promovendo causa esset, in *Opera dei Congressi,* qua futurae Actionis Catholicae Italicae vires colligebantur, vitam generose impendit.

Haec omnia autem Ecclesiae vel in minimis fidelis praestitit, cum nihil antiquius haberet quam cum Ecclesia sentire et Summorum Pontificum doctrinam et principia socialia proponere et tueri. Bonus Christi miles contradictiones et difficultates innumeras perpessus est, inimicis semper ex Dei amore pepercit, pro omnibus orare non destitit.

Valetudine semper debilis, inde ab anno 1885 pulmonum tabe vehementer correptus est, qua prohibitus non fuit quominus ad mortem usque iuvenili ardore, febribus etsi plerumque laborans, operaretur, invictae fidei et caritatis indicia universis novissimis praesertim temporibus praebens. Maxime cum Deo et Virgine Maria, cui addictissimus ceu filius semper exstitit, coniunctus, sacramentis recreatus, pie in Domino obiit Brixiae die 16 Ianuarii a. 1897, magna cum virtutum christianarum fama, quam innumeri viri Dei, ut S. Pius X, tunc Venetiarum Patriarcha, Venerabilis Andreas Card. Ferrari, Mediolanensium archiepiscopus, Venerabilis Iosephus Toniolo, extulerunt. Humilis Vineae Domini operarii funera triumphi decus habuerunt; quod iterum mense Septembri a. 1922 habitum est, cum Servi Dei exuviae ad templum S. Lucae translatae sunt, ubi pia fidelium visitatione incessanter coluntur.

Sanctimoniae fama qua Servus Dei in vita et in morte gavisus est, post obitum non deferbuit, immo percrebruit Deusque supernis signis eam confirmare visus est. Quapropter de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis cogitari coeptum est. Instructi sunt demum apud Curiam episcopalem Brixiensem annis 1948-1957 processus episcopali auctoritate super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere, et super scriptis Servo Dei tributis necnon et super cultu publico eidem non exhibito; suppletivus deinde anno 1965 eadem in Curia Brixiensi adornatus est processus ad excutiendos alios testes circa Servi Dei famam sanctitatis. Qui processus absoluti Romam sunt transmissi. Plures interim pervenerunt litterae cardinalium, archiepiscoporum et episcoporum aliorumque virorum in civili dignitate constitutorum, quibus a Summo Pontifice expostulabant ut Causa Servi Dei apud Apostolicam Sedem introduceretur.

Servatis igitur de iure servandis, Sacra tunc Rituum Congregatio, scriptis Servi Dei examinatis, die 10 Aprilis a. 1964 nihil obstare edixit quominus ad ulteriora in Causa ipsa procedi posset. Hinc, instante Rev.mo Domino Ferdinando Prosperini, Canonico Vaticano, huius Causae postulatore legitime constituto, habitus est, die 21 mensis Decembris a. 1976, Congressus Peculiaris S. Congregationis pro Causis Sanctorum

in quo disceptatum est super dubio num Causa Servi Dei introducenda esset. Die autem 8 Martii hoc anno 1977 et Patres Cardinales, in Congregatione Peculiari adunati, ponente seu relatore Em.mo ac Rev.mo Domino Pericle Cardinali Felici, super eodem dubio disceptantes, adfirmando responderunt, esse scilicet Causam Servi Dei introducendam, si Summo Pontifici placuisset.

Facta postmodum de hisce omnibus per subscriptum Cardinalem Praefectum fideli relatione Paulo Papae VI, Sanctitas Sua responsum Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum ratum habuit et confirmavit.

Datum Romae, die 14 Aprilis a. D. 1977.

CONRADUS Card. BAFILE, *Praefectus*

L. ffi S.

® Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

II

TAURINEN.

Beatificationis et canonizationis ven. Servae Dei Henricae Dominici, antistitae generalis Instituti Sororum a S. Anna et a Providentia.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet in casu et ad effectum de quo agitur

Per quadraginta quattuor annos religiosis votis Deo dicata, Venerabilis Maria Henrica Dominici, Instituti a S. Anna et a Providentia antistita generalis, die 10 Octobris a. 1829 in oppido *Borgo Salsasio* **intra fines archidioeceseos Taurinensis nata, atque die 21 Februarii a. 1894 Taurini mortua, christianae perfectionis cursum secuta est talem ut, servatis de iure servandis, Paulus Papa VI die 1 Februarii Anno Sacro 1975 declaraverit eamdem Famulam Dei virtutes omnes, théologales scilicet et cardinales earumque comites et socias heroum in modum exercuisse. Ita strata fuit via ad miraculorum discussionem quae, eadem Venerabili Serva Dei deprecante, divinitus patrata ferebantur.**

Causae huius actoribus in animo erat duas exhibere miras sanationes ad honores beatificationis eidem Venerabili obtinendos; at, infeliciter accidit ut, novissimo bello Europaeo furente, documenta medica circa as-

sertum quoddam miraculum per eiusdem intercessionem divinitus patratum plura périrent. Quapropter examini huius Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum alteram actores proposuerunt sanationem, quae noctu inter diem 12 et 13 mensis Decembris anno 1947 puero quattuor annorum, Brunoni Colla, obtigit. Ipse namque acutae appendicitis accessu correptus, in eo erat ut, medico a curatione imperante, Taurinum ad valetudinarium, nocturnis quidem horis, deduceretur ; quod tamen ob temporis inclementiam fieri nequivit. Cum vero certa immineret pueri mors, antistita montanae coloniae una cum alia religiosa sodali cumque tribus pueris ad Venerabilis Mariae Henricae Dominici confugerunt patrocinium, deposita reliquia in pueri lectulo, precesque fuderunt. Et adfuit illico de caelo Venerabilis : placidissimus somnus complexus est puerum, et matutinis horis omnino sanatus expergefactus est, testibus miraculum conclamantibus.

Super hac mira sanatione processus Apostolicae Sedis auctoritate constructus est apud archiepiscopalem Curiam Taurinensem a die 11 Octobris a. 1949 ad diem 3 Ianuarii a. 1950 Romamque deinde transmissus ; de eius autem iuridica forma et validitate decretum exiit die 6 Iulii anno 1952.

Servato iuris ordine, eiusmodi sanatio ad Medicorum Consilium huius Sacrae Congregationis relata est ; qui quidem medici, disceptatione habita die 14 Aprilis a. 1976, eandem sanationem scientiae legibus et praeceptis explicari non posse asseruerunt. Secuta est postmodum theologorum discussio, et quidem primum in Congressu, qui vocatur, Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum die 26 Aprilis a. 1977 habito ; deinde in Coetu Plenario Patrum Cardinalium, die 31 Maii eodem anno ad Vaticanum coacto, ponente seu relatore Rev.mo Cardinali Sergio Pignedoli. Et in utroque coetu dubio proposito num de miraculo constet in casu et ad effectum de quo agitur, omnes adfirmando responderunt. De hisce omnibus facta, die 11 Iunii insequentis mensis, per subscriptum Cardinalem Praefectum relatione Summo Pontifici Paulo VI, Sanctitas Sua vota Sacrae Congregationis rata habens, mandavit ut Decretum de more super eadem mira sanatione appararetur.

Quod cum rite factum esset, accitis hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Sergio Pignedoli, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis ceterosque de more convocandos, eisque astantibus idem Summus Pontifex supremam sententiam proferens edixit : *Constare de uno miraculo, Venerabili Henrica Dominici intercedente, a*

Deo patrato, videlicet de instantánea perfectaque sanatione pueri Brunonis Colla ab acuta appendicite.

Hoc autem Decretum rite promulgari et in actis S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 7 Iulii a. D. 1977.

CONRADUS **Card.** BAFILE, *Praefectus*

L J S .

83 Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

III

QUITEN, SEU BARCINONEN.

Beatificationis et canonizationis ven. Servi Dei Fratris Michaelis (in saeculo: Francisci Febres Cordero), ex Instituto Fratrum Scholarum Christianarum.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet in casu et ad effectum de quo agitur

Magnam esse constat erga Venerabilem Fratrem Michaelem, ex Instituto Fratrum Scholarum Christianarum, caritatem singularemque in eum honorem civium omnium Aequatorianae Reipublicae, ibidem medio superiore saeculo natum et anno 1910 fortuito Barcinone in Hispania vita functum. Fuit vir suae gentis litteratus fama celeber, institutioni iuvenum, praesertim pauperum, deditus; ac potissimum religiosus fuit, qui christianas virtutes heroum in modum exercuit, prouti Paulus Papa VI die 16 mensis Martii anno 1970 sollemni edixit decreto.

Porro, ex innumeris gratiis quae eiusdem Venerabilis Servi Dei intercessione ferebantur obtentae, Causae actores duas Apostolicae Sedi ad cognoscendum exhibuerunt miras sanationes, eum in finem ut Beatorum Caelitum honores eidem rite decernerentur. Quarum autem una dumtaxat felicem nacta est exitum post aerem et diligentem iuris investigationem. Quae sanatio Sorori Clementinae Flores Cordero obtigit; ipsa etenim per solam praedicti Venerabilis invocationem mense Februario anno 1935 a colecistite calculosa cum fístula colecisto-digestiva et pancreatite secundaria extemplo ac plene convaluit.

Hac super sanatione instructus est annis 1939-1941, apud Curiam

archiepiscopalem Conchensem in Aequatoria, processus Apostolicae Sedis auctoritate, necnon alii tres eadem in Curia Conchensi processus suppletivi seu additionales annis 1953, 1970 et 1976 adornati. Qui processus Romam transmissi, rite aperti fuere deque eorum iuridica forma et validitate probe constitit. Consilium autem Medicum ipsius Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, severo examini subiectis depositionibus cum testium in processibus auditorum, tum medicorum a curatione, ab inspectione et ex officio deputatorum, praeter naturae vires praedictam sanationem evenisse affirmavit die 25 Novembris anno 1976.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, eadem mira sanatio ad examen revocata est in Congressu, qui appellatur, Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum, die 26 Aprilis a. 1977 coadunato ; et deinde, die 31 Maii eodem anno, in Plenario Coetu Patrum Cardinalium, relatore seu ponente Cardinali Humberto Mozzoni.

De hisce omnibus peractis certior est factus Summus Pontifex Paulus VI die 11 mensis subsequentis Iunii per subscriptum huius Sacrae Congregationis Praefectum. Et Sanctitas Sua vota Patrum Cardinalium rata habens, mandavit ut Decretum super eadem mira sanatione appararetur.

Quod cum factum esset, Beatissimus Pater hodierno die ad se accivit Cardinales infrascriptum Praefectum atque Humbertum Mozzoni, Causae ponentem seu relatorem, meque Antistitem a Secretis, ceterosque de more convocandos, eisque astantibus edixit : *Constare de uno miraculo. Venerabili Fratre Michaele deprecatore, a Deo patrato, scilicet de instantánea perfectaque sanatione Sororis Clementinae Flores Cordero a colecistite calculosa cum -fístula colecisto-digestiva et pancreatite secundaria.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 7 Iulii a. D. 1977.

CONRADUS **Card.** BAFILB, *Praefectus*

L. © S.

© Iosephus Casoria, Archiep. tit. Foronovan., *a Secretis*

ACTA COMMISSIONUM

PONTIFICIA COMMISSIO DE SPIRITUALI MIGRATORUM ATQUE ITINERANTIUM CURA

DECRETUM

DE PASTORALI MARITIMORUM ET NAVIGANTIUM CURA

Apostolatus Maris interiorem vim ac praestantiam in ipso Evangelii ambitu et apostolicae praedicationis primordiis invenit, quippe quae ad nautarum vivendi genus marisque negotia magnopere attineant.

Ecclesia autem singulari usque sollicitudine maritimos homines prosecuta est, neque Sedes Apostolica pro variis temporum adiunctis umquam praetermisit, quominus subsidia ad pastoralem eorum curam efficaciter agendam suppeditaret. In quo Apostolatus Maris, qui nostro ineunte saeculo ortus est, peculiarem industriam collocavit propriis conditis institutis. Etenim anno 1957, ratione habita Constitutionis Apostolicae *Exsul Familia* [1] eorumque qui prospere successerant exituum, Sancta Sedes specialem ordinationem per « Leges Operis Apostolatus Maris »[2] statuit. Nuperrime vero sive praecepta Concilii Oecumenici Vaticani II necnon quae inde subsecuta sunt documenta ad eadem in usum deducenda, sive directoria monita, dum pastoralem eiusdem incepti spiritum impense acuerunt, simul palam demonstraverunt opportunam accommodationem esse peragendam.

Post exquisitam igitur competentem Episcopalium Conferentiarum, Episcoporum necnon sacerdotum ac laicorum rei maritimae peritorum sententiam, auditis quoque Romanae Curiae Dicasteriis, quorum interest, Sacra haec Congregatio, operam conferente Pontificia Commissione de spirituali migratorum atque itinerantium cura, totam ab integro

[1] Cfr. *A.A.S.* 44 (1952), pp. 649-704.
[2] Cfr. *A.A.S.* 50 (1958), pp. 375-383.

causam recognoscendam curavit ad mentem novissimi Oecumenici Concilii, brevi comprehendens normas, facultates et privilegia.

Quae cuncta, seu normas, facultates et privilegia, a Sacra Congregatione pro Episcopis apparata, Summus Pontifex Paulus, divina Providentia PP. VI, auctoritate sua approbavit evulgarique iussit, contrariis quibuslibet nihil obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Episcopis, die 24 Septembris 1977.

© SEBASTIANUS Card. BAGGIO, *Praefectus*

SB EMMANUEL CLARIZIO
Pro-Praeses Pontificiae Commissionis de spirituali migratorum atque itinerantium cura

PARS PRIMA

NORMAE PRO MARITIMORUM ATQUE NAVIGANTIUM SPIRITUALI CURA GERENDA

ART. 1

« Apostolatus Maris » peculiaris activitas est, in qua reapse perficitur, ordinatur atque provehitur materna Ecclesiae sollicitudo erga Maritimos et Navigantes, qui consuetis pastoralis curae officiis frui nequeunt.

ART. 2

In normis, quae hic sequuntur :

a) Nomine *Maritimorum* ii significantur, qui habitualiter atque officii vel operis causa, sive moderatorum munus, sive inferioris ordinis munera exsequentes, ad piscatoriam etiam artem attinentia, in navibus versantur, etsi ad tempus in terra degunt, ipsique nauticorum Institutorum tirones;

b) Nomine vero *Navigantium* ii significantur, qui actu in navibus versantur, iter maritimum aggressi per quodlibet temporis spatium, sive ad migrandum sive ad delectabiliter itinerandum, quibusvis de causis vel rationibus.

Nomine autem Maritimorum etiam Navigantes designantur, nisi aliter edicatur.

ART. 3

§ 1. Pontificia Commissio de pastorali migratorum atque itinerantium cura, Apostolicis Litteris *Apostolicae Caritatis* **a Paulo PP. VI Motu Proprio -die 19 mensis Martii, anno 1970, editis, huic Sacrae Congregationi obnoxia, constituta est** *ad impensius ... procurandam salutem eorum, qui procul a sedibus propriis morantur.* **Eidem igitur competentia attributa est moderandi quamlibet actionem pastoralem, in universo terrarum orbe, ad Maritimorum et Navigantium bonum exercendam.**

§ 2. Praecipue autem, Pontificiae huiusce Commissionis est :

1) instructiones, consilia etc. edere, quae ad pastoralem Maritimorum curam attinent ;

2) actionem apostolicam et opera externa Apostolatus Maris inter se apte ordinare, quae in diversis mundi partibus provehuntur, attenta adiunctorum varietate;

3) fovere, indicere atque apparare et, prout res ferat, moderari et inter se ordinare actiones, relationes conventusque, quae internationalem indolem praeseferant;

4) ea suppeditare subsidia, quae ad spiritualem Maritimorum assistentiam necessaria vel utilia esse existimantur;

5) prudenter invigilare, ut huiusmodi ministerium rite et fructuose expleatur ;

6) adiutricem operam providere iis omnibus, qui apostolici huiusce muneris partes habent, eorumdem animos erigere et confirmare, atque pravos usus, qui forte irrepserint, emendare.

§ 3. Quo efficacior et magis ordinata pastoralis Maritimorum cura evadat, Pontificiae Commissionis est cooperationem et mutuam actionum compositionem cum Conferentiis Episcopalibus et locorum Ordinariis fovere atque provehere.

ART. 4

§ 1. In unaquaque maritima natione seu dicione specialis coetus vel Commissio Episcopalis constituatur, cuius erit Apostolatum Maris ibidem provehere, fovere ac moderari.

§ 2. Si forte in natione huiusmodi Commissio Episcopalis constitui nequeat, donec id fieri possit, unus saltem ex Episcopis deputetur tam-

quam Promotor, qui sit Ordinarius dioecesis, cuius sedes, vel saltem maior territorii pars ad oras maritimas pateat, ut idem Apostolatum Maris studiose moderetur.

ART. 5

Commissionis vel Promotoris Episcopalis haec sunt officia :

1) sacerdotem idoneum seligere eumque Conferentiae Episcopali praesentare, quae, per decretum scriptis datum, ad certum tempus eundem renuntiet *Directorem Nationalem Apostolatus Maris,* **eiusque nomen Pontificiae Commissioni significet;**

2) praecepta tradere Directori Nationali, huius actioni invigilare, eidemque opportuna consilia et adiumenta praebere ad suscepta munera rite obeunda;

3) statis temporibus et quotiescumque id opportunum videbitur, relationem de pastorali Maritimorum assistentia deque rebus gestis a Directore Nationali expetere ;

4) relationem, de qua in n. 3, diligentiore examine perpendere eandemque, una cum proprio iudicio, ad Pontificiam Commissionem mittere.

ART. 6

§ 1. Ordinarii loci ius et officium est sollicito studio praebere pastoralem assistentiam omnibus Maritimis, qui in sua dicione, etiam ad tempus tantum, degunt.

§ 2. Idcirco, Ordinario loci reservatur potestas :

1) definiendi formas curae pastoralis pro Maritimis aptiores atque constituendi ordinationes, seu structuras, quae secundum locorum adiuncta aptae sint ad animarum bonum hac in re efficaciter fovendum et in tuto ponendum, veluti: paroeciam territorialem, paroeciam personalem, missionem cum cura animarum, cappellaniam etc. ;

2) collatis consiliis cum Directore Nationali, Cappellanos Apostolatus Maris suae dioecesis nominandi iisque debitum officium conferendi ;

3) facultates speciales Cappellanis Maris tribuendi, quae ad eorum apostolatum exercendum necessariae vel utiles sunt;

4) ea subsidia suppeditandi Cappellanis, quae ad officium rite adimplendum postulantur ;

5) erigendi oratorium eique benedicere in navi, quae in portu, ad fines ipsius dicionis adiacenti, publice sit inscripta.

ART. 7

Praecipua Directoris Nationalis officia sunt :

1) rationes servare cum suae nationis Episcopis de iis, quae spirituale Maritimorum bonum respiciunt;

2) saltem semel in anno, relationem de animarum statu et pastorali Maritimorum cura in propria natione Commissioni vel Promotori Episcopali mittere, in qua quidem enarret tum opera quae feliciter gesta sint, tum ea quae minus bene forte evenerint atque remedia ad eadem sarcienda adhibita, et quidquid, demum, ad Apostolatus Maris incrementum conferre posse videatur;

3) Cappellanos Apostolatus Maris moderari, salvo iure Ordinarii loci ;

á) curare ut Cappellani propriis officiis diligenter satisfaciant atque praescripta Sanctae Sedis et Ordinarii loci servent;

5) peculiari sollicitudine confirmare atque provehere apostolatum laicorum, actuosam eorum participationem fovendo, attenta diversa eorum ingenii indole;

6) Apostolatum Maris suae nationis partes gerere in publicis rationibus, quae necessario ineundae sunt cum coetibus, seu particularibus structuris eiusdem Apostolatus Maris, in aliis nationibus exstantibus;

7) recta vincula nectere et servare cum Sodalitatibus atque Institutis assistentiae provehendae, sive catholicis sive non catholicis, quae ad proposita Apostolatus Maris propria assequenda pariter contendunt;

8) sedes Apostolatus Maris, portus et naves saepius invisere ;

9) de consensu Commissionis vel Promotoris Episcopalis, universae nationis Cappellanos, pro temporum adiunctis, convocare, eo praesertim consilio ut una simul exercitationibus spiritualibus vacent, vel conventibus ad meliores pastoralis sui ministerii vias ac rationes efficiendas intersint;

10) authenticum exemplar Librorum baptizatorum, confirmatorum et mortuorum, a se vel a Cappellanis exaratum, ad competentem Curiam Episcopalem mittere ;

11) quamprimum certiorem facere parochum domicilii personarum, quarum interest, de iis quae in Libris paroecialibus exscribenda sunt.

ART. 8

§ 1. Cappellanus Apostolatus Maris est sacerdos ab Ordinario loci nominatus, ad normam art. 6, § 2, cui ab eodem Ordinario committitur officium spiritualem Maritimorum curam agendi.

§ 2. Cappellanus Apostolatus Maris sit vitae integritate, animarum studio, prudentia atque doctrina praestans, necnon sermonum peritia commendatus ac prospera valetudine fruens; idem, quantum fieri potest, Maritimorum curae sit unice addictus atque stabiliter in huiusmodi munere constitutus, nisi iustae causae, de Ordinarii loci iudicio, aliud suadeant.

§ 3. Ut Cappellanus Apostolatus Maris apprime idoneus evadat ad peculiare suum munus rite obeundum, oportet congrue sit ipse institutus ac sedulo praeparatus, antequam spiritualis cura Maritimorum ei concredatur.

§ 4. Cappellanus, de quo in § 1, omnes actus animarum curae proprios inter Maritimos exercere potest, excepta re matrimoniali, nisi parochus aut moderator Missionis cum adnexa cura animarum, ad normam iuris, sit renuntiatus.

§ 5. Iurisdictio Cappellano Apostolatus Maris concessa, quae quidem sub auctoritate Ordinarii loci exercenda est, semper cumulatur una cum iurisdictione parochi illius territorii, ubi exercetur. Quapropter, Cappellanus pastorale suum munus agat in fraterna consuetudine cum parocho territorii et collatis cum eodem consiliis.

§ 6. Pastoralis cura Cappellani Apostolatus Maris extenditur ad omnes Maritimos, qui sunt :

a) 1. in navibus, sive ad portus stantibus, sive per maria vel flumina cursum tenentibus;

2. in circulis a « Stella Maris » appellatis et in aliis sedibus Apostolatus Maris, atque etiam in coetibus inter conf essionalibus pro Maritimis, de consensu Ordinarii loci erectis ;

3. in valetudinariis et in aliis id generis institutis;

4. in scholis et academiis pro Maritimis.

b) Quae cura extenditur etiam ad Maritimorum familias, etiamsi hae exstent in territoriis a portubus remotis, collatis consiliis cum parochis competentibus, ad normam § 5.

ART. 9

Cappellanus Apostolatus Maris debet :

1) proprium ministerium explere ad bonum animarum intentus, quae ipsius curae pastorali commissae sunt ;

2) inter Maritimos ac praesertim inter sodales catholicorum Institutorum viros et mulieres deligere, qui maxime idonei sint, eosdemque ita in re morali et doctrinali instituere, ut actionem apostolicam, secundum dotes ac virtutes laicorum proprias, fructuose exercere valeant ;

3) Libros baptizatorum, confirmatorum et mortuorum accurate conficere, eorumque exemplar authenticum, una cum relatione de rebus gestis, exeunte anno ad suum Directorem Nationalem mittere.

ART. 10

Quantum fieri potest, Cappellanus Apostolatus Maris oeconomicam administrationem circulorum v. d. « Stella Maris » aliarumque sedium ne assumat, sed eam viro provido, idoneo, spiritu apostolico praedito ac bono testimonio commendato gerendam committat. Huius quidem onus erit rationem reddere administratorum Consilio, cuius idem Cappellanus praeses erit.

ART. 11

§ 1. Cappellanus Apostolatus Maris, qui pastorale ministerium in navi exsequitur, ab auctoritate competenti Cappellanus Navigantium designatur. Iisdem qualitatibus de quibus in Art. 8, § 2, praeditus, ipse officio tenetur spiritualem assistentiam praestandi omnibus iter conficientibus, a primo initio itineris maritimi, lacustris vel fluvialis usque ad eius exitum.

§ 2. Cappellanus Navigantium ipsius vi iuris accipit iurisdictionem inde a primo suae nominationis momento eamque retinet durante munere. Pariter, virtute iuris, ei conceditur potestas utendi facultatibus quae in *Parte Secunda* **recensentur, servatis de iure servandis et in bonum tantummodo eorum, qui cum eo in navi iter faciunt.**

§ 3. Attentis peculiaribus adiunctis in quibus Cappellanus Navigantium curam animarum agere cogitur, ipse obligationibus tenetur de

quibus in art. 9 et 10, congrua congruis referendo. Unoquoque itinere maritimo, lacustri vel fluviali ad exitum adducto, debet Librorum baptizatorum, confirmatorum et mortuorum exemplar authenticum, una cum relatione de rebus gestis, ad Directorem Nationalem mittere.

ART. 12

§ 1. Ut circulus vel coetus interconfessionalis constitui possit, consensus Ordinarii requiritur, et insuper oportet, ut eius statuta atque activitatis quam exercet cursus apte congruant cum christianis principiis et cum normis, quae in Directorio Oecumenico continentur.

§ 2. Inter regulas, quae prae oculis habendae sunt et in usum deducendae, haec quae sequuntur religiose serventur :

a) **spiritualis moderatio catholicorum coetuum laicorum uni Cappellano Apostolatus Maris reservetur ;**

b) **cappellani, ad hoc munus specialiter designati, pro certo habentes se plena cum libertate agere posse in Apostolatu Maris provehendo, pastorale suum officium sub unica auctoritate propriorum Superiorum exerceant ;**

c) catholici quoque coetus laicorum eadem fruantur libertate tam in propriis officiis exsequendis et in rectis rationibus fovendis, quam in vinculis nectendis et servandis cum aliis Sodalitatibus vel Institutis localibus, de quibus in art. 7, n. 7 dictum est.

PARS SECUNDA

FACULTATES PRO SACERDOTIBUS SPIRITUALEM MARITIMORUM ATQUE NAVIGANTIUM CURAM EXERCENTIBUS

I

Facultates et privilegia, quae infra dinumerantur, propter bonum animarum tribuuntur Cappellanis Apostolatus Maris, qui spiritualem Maritimorum curam, sive in portubus sive in navigatione exercent, durante munere et ab ipso navigationis initio.

Potissimum vero recensendae sunt facultates :

1) Missam celebrandi, iusta de causa, bis diebus ferialibus, atque ter, si vera necessitas pastoralis id postulet, diebus dominicis et festis de praecepto ;

2) Missam qualibet diei hora, iusta de causa, celebrandi et Sacram Communionem vespere distribuendi, servatis de iure servandis;

3) Missam celebrandi extra locum sacrum, sed loco honesto et decenti, numquam autem in cubiculo, per modum actus et iusta de causa, habitualiter vero solummodo de causa graviore;

4) Missam, iusta de causa, celebrandi in mari et in fluminibus, debitis tamen adhibitis cautelis;

5) quoties necessitas urgeat, cum Sacrum in navibus celebratur, utendi loco candelarum luminibus electride actis ;

6) feria V in Cena Domini horis vespertinis, ubi ratio pastoralis id postulet, alteram Missam in ecclesiis et oratoriis publicis vel semipublicis celebrandi, atque, in casu verae necessitatis et tantummodo pro fidelibus, qui nullo modo vespertinam Missam participare valent, horis etiam matutinis ;

7) Sanctissimam Eucharistiam asservandi in navis oratorio legitime erecto, impetrato tamen a Sancta Sede, per Pontificiam hanc Commissionem, indulto apostolico;

8) Sacramentum Confirmationis administrandi, itinere maritimo perdurante, cuilibet maritimo necnon cuilibet puero vel adulto in navi versanti, dummodo nullus adsit Episcopus communione iunctus cum Apostolica Sede, atque praevideatur confirmandum, propter aetatem vel inscitiam sermonis vel loci adiuncta, nonnisi magna cum difficultate extra navem in continenti terra idem Sacramentum esse recepturum, ceterisque servatis de iure servandis ;

9) absolvendi, itinere maritimo perdurante, poenitentes quoslibet a censura, quam, ad normam can. 2350 § 1, C.I.C., abortum procurantes incurrunt, servatis de iure servandis ;

